JOHANNES KEPLER
GESAMMELTE WERKE

HERAUSGEGEBEN IM AUFTRAG
DER DEUTSCHEN FORSCHUNGSGEMEINSCHAFT
UND DER
BAYERISCHEN AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN

UNTER DER LEITUNG VON
WALTHER VON DYCK† UND MAX CASPAR

C. H. BECK'SCHE VERLAGSBUCHHANDLUNG
MÜNCHEN

JOHANNES KEPLER
GESAMMELTE WERKE

BAND XVII

BRIEFE 1612–1620

HERAUSGEGEBEN VON
MAX CASPAR

C. H. BECK'SCHE VERLAGSBUCHHANDLUNG
MÜNCHEN MCMLV

Gedruckt mit Unterstützung der Deutschen Forschungsgemeinschaft in der
C. H. Beck'schen Buchdruckerei, Nördlingen
Printed in Germany

BRIEFE

1612—1620

627. KEPLER AN MATTHÄUS WACKER VON WACKENFELS

[Prag, 1612]

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 323–327. Abschrift

323 Illustris S. C. M^tis Consiliarie,
Mecaenas benevolentissime.

Quam ad me misisti virgunculam, vellem equidem, uti suades, deglubere ex animi mei sententia possem: adeò formosa et delicata est, addo et generosa: verùm nescio qui fiat, ut quo plures hujusmodi virgines sub meum aspectum veniant; quoque plures ego adamare incipiam, hoc minus quotidie possim. Adeò vel solus earum conspectus enervat vires; et desperatione objectâ potiundi universis, vilitatem quandam et satietatem inducit singularum, animo impari tamque varijs desiderijs. Totam hanc noctem cum hac novitia pulchellula volutatus, effeci nihil: dotem quam attulit, per me obtinet.

Percontatus ex illa cujusnam esset parentis; nihil quidem nisi Apellis, didici caeterum varijs artibus nunc hoc nunc illud rogando, tantum me puto didicisse, ut te procul dubio errare in Brenggero existimem: mea quidem sententia aut Welseri ipsius est; nam qui posset ingeniosius latere post suam tabulam; aut certe, quod magis est consentaneum † reliquis argumentis, Joannis Bejeri Rainani, eius qui Ouranometriam adornavit.

Tandem igitur nobis credendum est, non frustra fuisse promissionem † Joannis illius Fabricij, qui proximis nundinis, indice catalogo, maculas Solares nobis est pollicitus? Et o nos Pragae segnes, qui Lipsiam vicinam cùm habeamus, ne nunc quidem ullum vidimus libelli exemplar. Verum, age, si nihil hac vice possumus in ipsam, habitum saltem eius lustremus, genuinus sit an personatus, et Bacchanalium fabula.

Prima quidem Epistola mihi dubitationem omnem eximit; rem esse non phantasma, quam tubo deprehenderunt. Quisquis est, mathematicè loquitur, sobriè raciocinatur, illusionum expertus est; optimè sibi cavisse creditur. Itaque de rei veritate penitus ipsi concedo: de ijs igitur quae super re ille disputat, quaeque superaedificat, lubet cum illo disserare. Primum admoneo, videat ne quid nimis tribuat visui circa qualitatem et colorem macularum. Optica ratio docet, si Veneris ipsius corpus in Sole fuerit, quantumvis eâ luce luceret, quâ penes nos umbram 323v corporibus circumscribit, tamen quicquid Venus occupat, | id propter immensum fulgorem Solis, meram umbram, merumque nigrorem visum

iri. Non sequitur igitur ab eo quod accidit hic visui, ad rem ipsam, maculas scilicet istas esse nigriores revera quam sunt maculae Lunae. Nullum igitur censeri debet hoc argumentum, aut certè pertenuè, ad vindicandum ipsum Solis corpus ab his maculis.

At illud validius est argumentum, non reverti easdem maculas postquam corpus Solis absolverunt. Video absolvi discum Solis diebus circiter 12. Da ergo ut in hemisphaerio Solis averso morentur dies alias 12. itaque post dies 24. ijdem aspectus eaedemque maculae debebant redire: quod factum non est, si credendum Apelli. 15 enim diebus longè aliae maculae successerunt, eodem temporis spacio absolventes corpus Solis. Aut igitur series quaedam perpetua est corpusculorum inter se connexorum ferè in modum catenae; quae paulatim inter nos et corpus Solis traducitur: aut si alijs argumentis probabitur, maculas has ipsi corpori Solis inesse: sequetur illas nasci et interire, rursumque veluti efflorescere, ut in candenti ferro, quibus partibus ab humido aere aspiratur: quod quotidie minus minusque minus absurdè dicetur; quo magis quotidiè patescet rerum coelestium cum terrestribus cognatio. Nam etiam in optica Astronomiae parte Cap: sexto, Solem comparavi candenti lapidi, seu potius liquido metallo summae pelluciditatis et simul densitatis.

Viam ait munitam ad motus Veneris et Mercurij indagandos. Mercurius quidem paucis ab hinc annis semel atque iterum in clypeum Solis incurrere poterit circa primos trientes Geminorum et Sagittarij: at de Venere nihil habet haec aetas quod speret. Cuperem Apelli nostro lectum meum Phaenomenon singulare, seu Mercurium in Sole.

Illud verò maximopere mirum, Aquilam illam Solis aspectu frui ut Lunae. Ego hoc manè sanè quàm turbido instrumentum in Solem direxi, cujus vitrum superius non amplius patebat capite aciculae: et ecce nullam literam scribo, cum jam hora abierit, quae non flammea et rubicunda sit, prurigo oculos incessit urentissima, quamvis et caeruleo vitro me mu|niverim, et vix unius nictus oculi spacio fulgorem Solis sustinuerim. Jupiter ipse, benigni et blandi luminis stella, nec frequenter inspectus, distorquet oculorum musculos, crebrasque experior dextri oculi trepidationes. Vale o virgo, tuosque conde vultus; ne meos penitus configas oculos: aut si me amas, noctu redi, luminibus extinctis, temporaque tuum inter Apellem et me partire, interdiu ipsius oculos, noctu meam mentem exhilararis.

Altera Epistola declarat, non deesse authori consilium; qui conjunctioni Solis et Veneris corporali censuit insidiandum. Sed non sat firmo judicio transfugas audivit; qui existimat propterea quasdam conjunc-

53) pellucidatis 73) Solis *fehlt*

tiones Solis et Veneris directae corporales esse, quia Maginus ex Reinholdo, Reinholdus ex Copernico, illas praestant corporales. Nequaquam verò. Nam Ptolemaeus, quem Copernicus sibi sumpserat imitandum, planè nullam concedit corporalem Veneris et Solis conjunctionem. Scilicet praestantissimo artifici unica objectio imposuit eorum, qui ut
† 80 Venerem Mercuriumque supra Solem locarent, negârunt ullam unquam visam subincursionem horum planetarum sub Solem. Atqui nec ipsi attenderunt, nec omnes omnium seculorum astronomos audiverant. Extitit Averroes (·seu, quod conijcio, Avenrodan, ut Mirandulanus
† testatur opere contra Astrologos·), extitit et Adelmus monachus, qui Mercurium sub Sole cernerent. Et tamen credulus Ptolemaeus ut sese quàm facillimâ operâ expediret ab objectione falsâ: librationes introduxit Epicyclicas horum planetarum, legesque, quibus in omni conjunctione Veneris cum Sole Venus plus diametro Solis ad latera exspaciaretur. Copernicus verò novatis hypothesibus in eam se coniecit necessitatem,
90 ut quamvis cuperet expressum ad unguem Ptolemaeum non posset tamen effugere conjunctiones quasdam corporales: ut videre est: 1579. 1587. 1595. 1603. 1611. Decembri: sic 1578. 1586. 1594. 1602. Majo. Nihil igitur effecit Apelles, nisi quod hoc certum fecit, errare hisce diebus calculum Copernici in Solis et Veneris motu. Id verò unde eveniat non constat ex Apellis observatione. Da enim Venerem sub Sole omnino collocatam esse; multae tamen aliae caussae possunt intervenire, cur illa hac vice in discum Solis non incurreret: aut si incurrerit, cur id eo
3249 tempore factum non sit, quando Apelles Solem eâ de caus|sa inspexit. Hoc equidem verum; si Apelles Venerem sub Sole deprehendisset;
100 actum futurum fuisse, cum novatis Copernici hypothesibus. Atqui hoc Phoebus Apollo et quicquid est deorum sideralium averruncassint exemplum pessimum; ut Venus unquam directa incedens sub Sole conspiciatur; duintque Apelli meliorem mentem, exutis sinistris hisce suspicionibus, ut ille posthac malit alia omnia venari, quàm conspicuum Veneris directae cum Sole concubitum. Etsi video, nihil ipsum mali de Copernicano systemate ominatum; sed cupiditate quadam ejus uno insuper argumento locupletandi ad hanc observationem provectum. Atqui incertis dubijs, et nihil ex necessitate inferentibus argumentis quid opus est in re clarissimâ; postquam Galilaeus nobis jam
110 ante Veneris directae plenos Vultus, retrogradae cornutos ostendit? Aut si ratio proferenda sensibus: quisquam ne dubitet Copernicum ab illa esse munitissimum in caussis motuum coelestium explicandis, qui vel solam Rhetici Narrationem legerit? Sin denique mundi Archetypum fas sit ad testimonium dicendum allegare; quae generosa mens est, quis à Natura rerum ad sui effigiem formatus Genius, quodnam in Euclidis

schola rectè imbutum ingenium; quod nam in Mysterio meo Cosmographico mundanarumque figurarum inter orbes interlocatione, quâ Veneris curriculum circa Solis corpus circumducitur; primâ statim mentione primo figurae aspectu acquiescat?

Tertia Epistola valido me quatit ariete, ut jam supra confessus sum. Itaque nisi hoc dici possit, difficultate observandi factum inter initia, et non satis accuratè macularum ordo inter initia ex aspectu in chartam transferrentur: quo me vertam, non invenio.

Et in aere quidem, inque Lunae coelo non inesse hoc quicquid est corpusculorum, quae maculas Soli obijciunt, ijs argumentis, quae Apelles eruditè proponit, facilè persuadeor. De Veneris verò et Mercurij regionibus aliter omnino agendum; nec enim sufficit hic parallaxium mentio. Valde enim metuo, ut ipsius est Veneris circuitus, quem proximè Tellus nostra cingit suo curriculo, quâ parte nobis vicinissimus est, immenso diametrorum Terrae numero à nobis absit; adeò lubrica est *326* ratio dimetiendi intervalli Solis à Terra per Lunae Eclipses. Inter enim 800. et 2000. semidiametros Terrae nihil hic certi statui potest. Quod si Sol abest 2000 semidiametris; citimus igitur margo orbis Veneris aberit circiter 500 semidiametris (·loquor de Copernici hypothesibus·) octies amplius quàm Luna; ut parallaxis illi relinquatur ad summum 7. vel 8. minutorum; orbis Mercurij citimae apsidi dimidium scilicet 3. vel 4. minutorum. Atqui tantulam parallaxin in hoc observationis genere animadvertere ne ipse quidem hujus tabulae Apelles speraverit. Per parallaxin igitur nihil impedit, quin isthaec corpuscula Solem obscurantia, vel in regione Mercurij vel hunc inter et Venerem circumeant. Ut igitur eijciantur ex his regionibus Veneris et Mercurij alijs opus est argumentis; quae jam statim ipse nobis suppeditat Apelles. Nam si credendum ipsius observatis, macularum istarum et motus et quantitas major est in medio Solis umbilico quàm circa ejus margines. Agnoscit Apelles ipse vim argumenti, ut credat, maculas istas circa Solem circumire. Si circa Solem, non igitur linea recta vel proximè recta per faciem Solis transeunt quocunque illa loco sit, seu prope Solem seu in regionibus Veneris Mercurijque. Atqui curricula Veneris Mercurijque comparata ad corpus Solis, et tantulâ portione quam disco Solis obtendunt aequiparantur rectis. Non sunt igitur isthaec curricula in regione Veneris Mercurijve.

Atqui o Apelles, tanta vis est tuorum istorum argumentorum; ut te ipsum constringant, induantque cassibus inexplicabilibus. Nam si circa Solem eunt hae velut insulae, quantò, putas, intervallo curriculum earum à Sole recessit? Respice ad figuram tuam litera B. 2. sit BE corpus †

116) quod non 124) quiquid

Solis, R oculus, FK curriculum macularum. Duos ais menses fuisse, cum ista scriberes, ex quo non redeant maculae, transijsse tamen a G in I diebus quindecim. Quod si inordinatus earum motus est, prodigium potius aliquod videris, quam partem aliquam naturae: mirandum tamen sit et omnes simul visas, et quae prioribus abeuntibus successerunt, constanti intervallo 15 ut dicis, dierum circumire, de caetero inordinatè ferri. Non cohaerere ista te puto videre. Ordinatus igitur earum sit motus: si hoc, ergo, qui per dies 15 ab G in I motae, ex eo per duos menses emanserunt: quod igitur restat IKFG, amplius quadruplo longius est, quam GI. Quinta igitur vel sexta curriculi eorum[1] pars, puta GI Soli ostenditur. Atqui sexta circuli pars aequalibus angulis ad R divisa, non exhibet portiones valde inaequales: non potest igitur fieri, ut maculae in G I et tardae et parvae apparuerint, in N magnae et veloces. Aut si sic apparuerunt, quod equidem Apelli credo; non potest igitur fieri, ut quinta vel sexta solum particula ipsarum curriculi Soli fuerit obtenta, omnino dimidia aut minimo minus ad hoc phaenomenon requiritur: quod perinde est ac si dicas, maculas in ipsissima superficie Solis aut proxime circumijsse. Si hoc; quare ergo non post alios 15 dies redierunt aut paulo tardius? Videsne Apelles, inconsideratè factum à te, ut argumento non redeuntium macularum stato tempore, Solis superficiem ab ijs liberares: liberanda enim fuerit etiam vicinia omnis Solis eò usque, donec non amplius inaequalis earum appareat et motus et quantitas sub Sole. Vides et hoc, duorum alterum nobis esse dicendum; aut te post aliquot dierum



326v

intervallum vidisse easdem, quamvis non habueris pro ijsdem, errore picturarum: aut interim dum absunt, evanuisse, novasque ortas, veluti strigmenta quaedam à Sole tanquam à candenti ferro revulsa.

Hisce ad leges mathematicas examinatis jam porrò physicè reliqua examinare nihil impediverit. Ac primum mihi consentaneum est, quicquid sit de diversitate macularum redeuntium, illas esse in ipsa Solis superficie Solemque gyrari ab occasu sursum versus ortum indeque deorsum (·versus nostrum obtutum·) in occasum spacio 24 aut 26 circiter dierum. Cur hoc mihi consentaneum videatur, mea de Marte commentaria dicent Cap. XXXIV, ubi fol. 175 necessarijs rationibus † probavi, Solis corpus si convertitur, citius quam trium mensium spacio semel converti. Addidi conjecturas, quibus haec periodus ad tridui vel etiam unius diei angustiam redigitur; sed imbecilliores sunt istae; ceduntque jure optimo huic experientiae, quae à 26 ad 30 dies dicit.

Apelles mavult eas à superficie Solis separare tantulo intervallo, quanto absunt nubes nostrae à superficie Telluris, hoc est, insensibili. Nec habeo quod mathematicè contradicam, et sic tandem loci nonnihil relinqueretur ipsis etiam conjecturis meis de tridui revolutione. Hoc enim habet mea argumentatio jam allegata ex Capite XXXIV Com: Martis, omni corpore, quod à Sole circa se circumagitur, Solem ipsum celerius circa suum axem converti. Celerius igitur Sol converteretur, quàm istae maculae. Nubes ait statui non posse has maculas. Equidem quia Solis corpus fortasse non continet intra sese talem humo¹ris fontem ut Tellus nostra. Quid si igitur ut Tellus nostra nubes aqueas, sic Solis corpus fuligines exsudat ex sese gignitque circa se piceas atra fuligine nubes. Etiam de magnitudine vide Apellem esse sollicitum. Verum quae necessitas urget eandem illarum proportionem statuere ad Solem, quae est nostrarum nubium ad Terram; cum etiam in Luna montes sint, non tantum in proportione majores nostratibus, sed simpliciter etiam. De obumbratione supra dictum, magnitudinem detrimenti luminis, imputari in profunditatem umbrae: ob paratam oculisque expositam comparationem.

Negat etiam esse cometas. Plurimas mihi cogitationes excitat ad omnem mentionem hujusmodi; primum atque cum maculis hisce ab ipsa Solis superficie discedimus. Quid si enim Sol anno illo toto caede Caesaris, scaber fuit et hujusmodi strigmentis totus obsitus: quid si, quoties prodigiosae tenebrae fuerunt, talis aliqua fuligo latè explicata toti corpori Solis obstitit? quid si strigmenta ista à candenti Solis corpore resultantia sunt reverâ cometae? quippe animadversum plerosque à Sole inter

208) hanc periodum 214) reliqueretur 222) Nam de magnitudine veto Apellem esse sollicitum. Nam quae

initia heliace oriri. Nonne veterum haec philosophia fuit, cometarum corpora condita in Solis latere lucere, quoad certis de caussis prosiliant, inque conspectum veniant? Nonne in meo libro de stella anni 1604. conjecturis quibusdam ductus considerandum proposui, num omnis cometae materia sit emunctio quaedam Globorum mundanorum, adeoque et Solis, aut detersio aurae aetheriae, et sic excretio fuliginis, quae obscuritatem erat factura, et opacitatem aurae aetheriae, quae impedimento sit radijs Solaribus.

Concludit Apelles, aut partes esse coeli alicujus densiores, aut corpora per se existentia opaca. Si partes alicujus coeli, quale illud? Nonne tale quod Solem sic ambiat proximè, uti meum corpus amicitur indusio, et uti cor involvitur pericardio? Atqui videat Apelles, quâ verisimilitudine in quâlibet revolutione loricam aut amiculum hoc novum generet, novis distinctum maculis. Si corpora singula per se existentia seorsim, nec eodem coelo connexo, quid illud quaeso est quod omnia eodem tenore motus connectit, cur non suas singula servant periodos? Omnibus itaque modis ad maculas Solares redigimur, ipsi superficiei inhaerentes.[1] *325v* Tunc sanè non negavero et densa esse strigmenta et luci Solis non minimum officere: ut tamen nihil impediat, quin ipsa per se totâ luce sint pervia et veluti candentia; eoque nomine non aliena à Solis consortio: dixi enim supra, quomodo haec stent juxta invicem.

Agnoscit Apelles casses in quas incidit, fassus non posse solo motu circulari defendi phaenomenon illud, quod maculae gracilescant in margine Solis. Aliam igitur causam molitur, statuens corpora rotunda et instar Veneris et Lunae illustrabilia à Sole. Rursum autem sutor ego Apellem ex suâ ipsius redarguo tabula; nec mirum, illa quippe fabrefacta est de mea crepida. Illuminatio, inquit, partem opacam ad nos imminuit, et sic umbrosum grande facit. Non omnis inquam hoc facit illuminatio; non quippe ea quae umbrosum undique ambit. Esto sint corpora rotunda, dummodo sub Sole. At quam diu sub disco Solis, cinguntur à Solis illuminatione cujus circularis extremitas ad nos porrigitur. Nec obstat, illam ex plaga versus Solis centrum latius in oculos nostros incurrere, corpore ad margines Solis stante. Quantulum enim hoc est de corpore illustrato? nonne dimidius saltem de eo gradus, idque obliquissimè sub puncti ratione inspectus. Et quantumcunque hoc sit à plaga versus centrum Solis, totum ex altera plaga versus marginem iterum decedit. Simul enim margines junguntur illustrantis et illustrati, simul in puncto contactus desinit nostris oculis obverti, extremitas circularis illustrationis. Extra margines igitur Solis fit, quod Apelles caussatur. At extra discum Solis nunquam ullum talium corporum illi visum

237) luce 249) novum 260) instans

est. Nihil igitur ad rem intra discum Solis, ea quae contingunt extra illum. Denique ut omnia sint concessa, margo tamen corpusculi illustratus, si Soli opponatur, nihilominus umbram facit, quia magnum Solis fulgorem post tenuem suam luculam, opacitatis suae vi occultat; quemadmodum et ab initio dictum.

Venerem hoc saeculo cuiquam sub Sole visam nullus dixero. Dies et hora et annus indicentur. Sectiones planorum sunt nisi fallor circa 10 II. ♐. Anguli sectionum habent ad 10° graduum apparentiam in citima apside, quod si conjunctio sesqui gradu inciderit, à sectione, jam apparens latitudo est minutorum 15′, quanta est Solis semidiameter. Atqui anno 1591. erat conjunctio in 29 ♐. anno 93. in 1 ♌. anno 1595. in 14 ♓.[1] anno 327
1596. in 10 ♎. anno 1598. in 23 ♉, omnium hac aetate proxima. Anno 1599. rursum in 27 ♐, et sic caetera.

Restant Apellis corollaria. In primo certi sumus effectumque hac Epistola, ut tanto essemus certiores: proximè enim Solem sunt.

II. Satis magna esse, non absorptione illarum in lumine Solis, sed visu illarum solo probandum est. Nam et illa in Sole videmus, quae Sol irradiat ita, ut umbra eorum penes nos penitus absorpta sit; omnia scilicet quae sunt in disco Solis, minora illo disco, seu alta sint seu humilia, vicina Soli an ab eo remota.

III. Saepe jam dictum de ratione cur tam nigrae appareant. Videtur Apelles umbram facere θετικόν τι non στερητικόν. Nec sub ratione umbrae ad nos usque pertingunt hae species, sed sub ratione ἀντιφράξεως, quae est etiam ubi umbra absorpta. Quod verò ex attenuatione illarum in Solis marginibus ratiocinatur de fortitudine illustrationis (·quasi ob eam parte illustrata Soli aequiparentur à nobis·) ex fortitudine illustrationis de profunditate opacitateque: dictum est saepe hactenus, quam laxa sit connexio.

IV. Lunulas nullas videremus, quamdiu sub disco Solis sunt, sunt mera corpora rotunda siquidem globosa essent. An verò etiam extra discum Solis progrediantur, adhuc quaeritur. Tunc enim fierent sanè lunulae falcatae.

V. Illustrari sic astra caetera res est à Galilaeo certissimè demonstrata in Venere.

VI. Plures quatuor circa Jovem esse, indifferens est affirmatio negatioque. Diversis eos invehi circulis res est certissima; nam etiam tardius redeunt, qui longius excurrunt. Haec verò diversitas illos longissimè distinguit à Solaribus maculis, quae uno motu incedunt. Quod in Boream Austrumque inclinantur, ea in re Lunam nostram imitantur.

283) selectionum 305) rotundo

VII. De Saturno, praeter ea quae à Galilaeo habeo, nihil audivi ultra; itaque jure hic se continet Apelles.

Ultimò dubitat author, fixa sint illa sydera, an Solaria an erratica. Moveri illa res indicat, si etiam Terram moveri concedas: praevertunt enim annuum Terrae circuitum. Si in Solis superficie sunt, hactenus fixa dici possunt, ut fixum opponatur non Mobili in genere, sed erratico in specie. Idem si in certo orbe affixa circa Solem eunte.[1]

327v Dum autem plures tales credere vult errones, nos inter et Solem, ex quibus ij soli cernantur, qui Solem incurrant, hic à Sole longius recedit, quam patiuntur ejus argumenta; nam et inaequalis motus in disco Solis et parallaxium obliviscitur.

Concludo tamen cum ipso, ea quae scimus minimam esse partem eorum, quae ignoramus. Itaque te delecta versu Vergilij, quo paulò detorto et ipse meum Phaenomenon seu Mercurij observationem in disco Solis conclusi.

Nihil igitur restat, Illustris D. Patrone, quàm ut Apellem de tabula prolicias, huicque importuno sutori immittas. Vale.

Ill. D. T. A crepidis paratissimus

Sutor ante Tabulam Apellis

Hem tibi opportunissimo tempore etiam Fabricium de Solis Maculis testantem: Videbis si taedium legendi ambagiosas verborum lacunas superaveris, consensum non contemnendum.

628. MARTIN BACHACZEK AN KEPLER IN PRAG

Prag, 19. Januar 1612

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 59. Eigenhändig

59 Circa medium Noctis Luna erat constituta fermè in medio Coeli, in signo ni fallor Leonis, et paulò post sequebatur Juppiter conjunctus cum stella Cordis Leonis, et quidem in exigua distantia vel latitudine, ita tamen ut Juppiter fuisset septentrionalior. Cor verò Leonis Meridionale. Spero praeterea futurum, ut hodiè Luna Jovi conjungatur, in exigua quoque latitudine. Cùm autem existimem: me heri in tuis Ephemeridibus vidisse aspectus horum dierum in Ephemeridibus esse correctos, et in margine assignatos, si forsan Juppiter quoque in suo motu est correctus, et sit assignatum qua hora et minuto illa Conjunctio Jovis et Lunae accidet, rogo mihi assignes. Video diligentius esse observandam

hanc Conjunctionem Lunae Jovis et Cordis Leonis, quia vix post biennium aut forsan plures annos sumus ejusmodi Conjunctionem habituri. Quicquid hic in mei gratiam feceris, studebo tibi et tuis satisfacere. Gratum mihi accidisset, ut ipse adesses, et possemus coràm de his colloqui, mihi propter meum morbum pedum et ventriculi non licet exire. V. Dab: Pragae 19. Januarii Anno 1612.

T.

M. Bachaczek

629. KEPLER AN JOHANNES REMUS QUIETANUS IN ROM

Prag, 18. März 1612

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 116–118. Abschrift

S. P. D. 116

Literas tuas Nobilis et doctissime vir, 17 Decembris Romae scriptas, accepi 5 Martij, à ministro Postae Pragensis: nullum igitur mihi morae culpam imputato. Iis literis doctissimas nonnullas moves quaestiones. Primùm obijcis motui Telluris invariabiles fixarum inter se distantias. Equidem in hoc scrupulo ante annos 14 laboravi. Stellam enim † polarem circa 26 Septembris observavi in media nocte humilimam; postea circa 25 Decembris vesperi et manè tam humilimam quàm altissimam, si fortè differentiam invenirem ab observatione mensis Septembris, indeque orbis magni Telluris ad orbem fixarum sentiri posset proportio. Sed frustra fui, ligneum erat instrumentum pinnacidia non accurata, inepta omnia ad scrupulosam observationem. Hoc tamen notavi, perpendiculum Decembri recidisse eodem, quo reciderat Septembri. Postea copiam nactus inspiciendi observationes Tychonis Brahe, vidi altitudinem eandem utroque mense intra unum quidem scrupulum; nec major accuratio fuit in illis altitudinibus. Itaque semidiameter orbis magni se habet ad semidiametrum fixarum, ut minus aliquid sinu unius scrupuli ad sinum totum. Proportio est ad ter millies eoque amplius. Itaque haec immensitas etiam Tychonem Brahe perculit, quominus Copernico † credere vellet, aut ante illum Aristarcho qui Archimede teste proportionem eam dixit Orbis motus terrae ad orbem fixarum, quae sit centri ad superficiem. Ego verò libro de stella nova serpentarij probabilem † statui proportionem hanc, ut sicut corpus Solis ad Regionem mobilium, sic haec ad ambitum fixarum. Corpus enim Solis est motor, sphaera fixarum est locus et mera in ea quies. Sicut igitur motor ad mobile, sic

hoc ad quiescens. Cùm itaque Sol sit ad terram ut 6 ferè ad 1: Et Saturnus absit 11500 semidiametros terrae, aberit igitur 2000 fere semidiametros Solis. Fixae igitur abessent 2000 semidiametros Saturniae sphaerae, 20000 orbis magni, et semidiameter orbis magni subtenderet sextam partem unius minuti: seu 10″ secunda. Quod si qua inest pulchritudo in hac proportione, quid opus est nos trepidare super potentia creatoris. Ille quod pulchrum est, facilè invenit, faciliusque efficit. Miraberis forsan, cui bono tanta vastitas? Mirabar ego cui bono reliqua hujus generis. Ecce tu ipse ratione ductus mechanica nescio qua; Saturnum 116v collocas | in medio inter Solem et fixas, medium intelligens aequalitatis, seu Arithmeticum. Sphaera igitur Saturni octava pars erit sphaerae fixarum solidae cogitatae. Cui igitur bono septem partes vacuae? nisi quia tibi pulchrum videtur, Saturnum in medio esse. Et mihi igitur pulchrum videtur, Saturnum esse in medio geometrico proportionali; ulterius non quaero de vastitate illius spacij. Et quid si dixero totum illud spacium esse vacuum; ut obtineam etiam hic nihil factum esse frustra. Vacuum enim nihil est. Equidem valde tenuem oportet esse materiam, quae Saturni lumen non hebetat per 12000 semidiametrorum terrae trajectum. Fixae igitur ipso Saturno clariores quid aliud arguunt, quam hoc, nihil esse in intermedio, inter Saturnum et fixas. Haec de prima quaestione.

Continuo filo orationis devenis ad quaestionem aliam; non enim video, qui cohaereat objectio cum prioribus. Nimirum incredibile putas, ea quae de vi motrice disputavi, sic se habere; cùm si vera essent, terram 10 diametris progredi necesse esset quolibet die. Nihil hoc turbat. Nam Venus certò progreditur uno die pluribus semidiametris terrae multòque pluribus semidiametris suis. In Mercurio omnia sunt in proportione majori. Omnino tibi quodammodo invito videtur aliquid absolute magnum aut celere, quia latens imaginationis error est. Et quid tum, si etiam Solem credas moveri? Nonne et hoc mirum, tantum corpus dietim promoveri duabus suis semidiametris, decem terrae.

In hypothesi Lunari, quae tertia tua est objectio contra meas speculationes, difficultates ais te videre maximas. Ego vero nullâ in Lunâ opus habeo libratione, qualem Braheus computandi causa statuit. Sufficit mihi in Luna duplicem vim magneticam statuere, alteram perennem in ipso corpore, alteram variabilem ex illuminatione. Sed haec est materiae † Hipparchi mei, quem spero me elaboraturum, ubi me ad quietem composuero, deo vitam largiente.

Si viam planetae ex helicibus componis, doce et modum, quo per illas vias incitentur sine solidis orbibus. Ego ex observationibus ovalem

51) terra

Martis viam docui, ex physica et Geometria causas ostendi, quibus haec figura motu planetae circumscriberetur.

Lunam eandem nobis toto mense totaque nocte faciem | ostendere 117
res est certa. At quid hoc ad terram? Num opus tibi esse videtur ut
omnes planetae eodem motu moveantur. Atqui verisimile est, Venerem 70
rapidissimè rotari circa suum axem, adeò ut ea rotatio ad sensum notari
possit, undeque sit eius scintillatio. Et Jupiter procul dubio rotatur
circa axem, ut hac rotatione secum circumire faciat quatuor suos satelli-
tes: quos certissimo intuitu videmus etiam in Germania, ridemusque
Sicium vestrum nostrumque Horkyum, manifesta negantes. Denique si †
ideo terra non rotatur, quia Luna non rotatur, oportebit neque Solem
rotari. Atqui maculae Solares circumeunt in disco Solis, absolvuntque
periodum citius uno mense.

Observationes Eclipsium, altitudinum Solis et declinationum Ma-
gnetis videre cupio: quae si usui futurae sunt, cedent tibi honori. 80

Eccentricitatibus quas Tycho Brahe constituit, ego uti non soleo:
eoque fit, ut delitescant inter meas chartas nec facilè jam inveniri possint.
Limavit autem veteres Copernici (·ut dicere est solitus·) secundum
aequum et bonum, aestimatione usus non adeò exacta.

Parallaxes planetarum insensibiles esse suspicor. Nam Martis ἀχρονυχίους
animadvertere non potui, Veneris verò etsi sunt majores in perigaeo
Epicycli, at illa tunc non est conspicua. Si quod Tycho in quibusdam
Epistolis est professus, Martis parallaxes majores essent Solaribus, ut †
essent quidem, si conspicerentur; magno praesidio niteremur contra
oblocutiones Ptolemaei discipulorum. 90

Cupio etiam tuam dirigendi methodum videre, ut cum mea itidem
nova comparem. Non equidem quod experientiae respondeat; sufficere
enim puto si praemium respondeat labori dirigendi loca Geneseos; sed
ut videam, cui rationi innitaris. Mea quippe ratio naturalis est.

De Venere erras, periodus eius est 224 $^{2}/_{3}$ dierum, tui verò 583 sunt
nisi fallor, commutationis periodus, tempusque inter duas conjunc-
tiones Solis et terrae.

De Calendario miror etiam socios mihi esse vani et irriti laboris. Est
mihi ad manus manuscriptum colloquium de Calendario lingua Teu-
tonica, quem Caesari nunquam tradidi. Cum varia moveam, probo 100 †
tamen | popularem correctionem aurei numeri; nec probo nostras 117v
rationes esse subtiliores Nicenis. Itaque et tuam scrupulositatem circa
annum 1598 intempestivam puto.

De Christianorum aera dubitas, rectène 1612 jam numeremus, tibi
enim 1613 numerandum videtur. Atqui ò bone libellus à me extat, in

† quo non 1612 vel 1613, sed 1617 numerandum contendo. Nihil tamen hoc ad Calendarium.

De connexione diei Aegyptij cum Romano, Lunae motus nobis illud dubium, quod tu moves, penitus eximunt. Si error est in Ptolemaicis adnotationibus Aequinoctiorum; oportet aliam habeat causam: sic ut Ptolemaeus non ignorantia rationis temporum aequinoctium uno die postposuerit (·si postposuit·) sed videns volensque. Nam eadem ex eius Calendario Aegyptio sequuntur, quae ex nostro Romano, si id applicemus. Neque tantum sequuntur illa, sed et scit illa Ptolemaeus, et inculcat: nimirum inter Hipparchum et Ptolemaeum annum esse longum, quia in 300 annis decedit dies: cum contra inter Ptolemaeum et Albategnium sit annus brevis: at inter Albategnium et nos mediocris fuit. Et tu omninò rectè ratiocinaris, si ab Hipparcho ad nos statuamus annum aequabilem; Ptolemaica aequinoctia uno die anterius ponenda esse, quàm à Ptolemaeo sunt annotata. At quis tantae est audaciae, qui dicat Ptolemaeum studio falsum annotâsse, idque toties repetitis vicibus? Quantum hoc in philosopho dedecus? Ignorans enim nihil fecit, qui Lunae motus citra errorem unius diei computare potuit. Etsi tuis me suspicionibus eò redigis, ut quamvis saepissimè tentaverim comminisci speciosam occasionem errandi Ptolemaeo, semperque frustra fuerim: tamen eandem rem porrò quoque tentare statuam.

De eccentricitate sanè minor est difficultas, major erroris excusatio † Ptolemaeo. Nam in opticis demonstravi, vel solam refractionem in causa esse posse; cur inter Ptolemaicam et Tychonicam eccentricitatem discernere Ptolemaeus aut Hipparchus non potuerit. Alteram etiam causam errandi tu dicis, proportionem inter 11 et 83. Sic quidem, jam olim ego sum ratiocinatus, ipsam hanc divisionem circuli in 83 crassum quippiam redolere. Quomodo enim illam putas esse natam? Nisi sic, quod Eratosthenes circino comprehendit intercapedinem tropicorum, eaque circulum toties peragravit, donec tandem pes circini in pristinum punctum rursum incideret: quod factum post undecim pererrationes circuli, in quibus intercapedo tropicorum inventa est octuogiester. At post undecim circini | lationes, consentaneum est mensorem fessum *118* esse, gratoque animo amplecti qualemcunque propinquitatem puncti octuagesimi quarti ad primum, ut ea pro ijsdem accipiat. Ut non dicam, quid peccari in 83 punctionibus potuerit.

De octava sphaera non facilè tibi in tantilla differentia adsentior, nihil tamen habeo ex meis observationibus, quod contradicam. Nam ex quo † D. Tengnaglius adversis fatis animum ad politica transtulit; instrumenta Brahei pereunt; egoque solus supersum, qui speculando artem

114) Neque tamen 116) qui in 125) frusta

qua possum promoveo. Oculis imbecillibus utor; nec valetudo ad nocturna frigora toleranda sufficit, praesertim solitario. Quid verò Linciana conditio, ad quam jamjam transire constitui Rege probante, profutura sit observationibus, tempus dabit. Vale et boni consule. Literas si scripseris, suadeo ad aulam Regiam dirigas: inde Linccium facilè transferentur, siquidem jam fuero profectus. Dedi Pragae 18 Martij anno 1612.

Nobilis Dominationis Tuae studiosissimus

Johannes Keplerus
S^ae C^ae M^tis et illustrium Austriae supra
Anasim Procerum Mathematicus

630. BENJAMIN URSINUS AN KEPLER IN LINZ

[Prag], 26. Mai 1612

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 293–294. Eigenhändig

S. 293

Etsi plus satis hactenus doluerim, Excellentissime Domine Keplere, quod non potuerim Tibi et Tuis ante abitum valedicere: gratulor tamen Tibi de errore tali, qui Te illi conciliavit, quae fortè lubentiore animo Tuum Salve excepit, quàm ego Vale Tuum. Miror interim, qua ratione Tui ipsius adeò oblitus sis, ut eam mihi praeripias, quàm antea, dum de Matre cogitares, mihi destinaveras. Tunica scilicet propior pallio. Dominus meus pecuniam rectè à Domino Schörckelio accepit. Chirographum Tuum in turbis, ut scis, Passovicis aliquò sepositum contra mentem Tuam remittere nequivit; mittit Quitanciam. Salutat etiam Te officiosissimè, et vovet corditùs ut feliciter queas brevi Tui

stabilire novis Coeli laquearia transtris.

De Perspicillis quod scribis, gratissimum mihi est auditu. Homo enim morosissimus, Instrumenti Dominus non credis quàm urgeat ipsum Instrumentum. Solutionem omnem respuit. Interim me apud Teuffelianos, quos ante ob amorem scis à me alieniores esse, distrahit, eosque contra me armat animatque. Misissem hac occasione 10 Thaleros illos, ut tantò citius habere queam, quo illi satisfacerem, sed non erant jam ad manus. Dabo operam ut citius habeas, quàm speras. Interim quaeso eligas aliquod, quod saltem aut tàm bonum sit, ut illius erat, vel etiam melius. Sique ad alia multa mihi praestita beneficia hoc addere placet, adde alterum pro me (saltem ut bonum sit) cuiuscunque precij erit, refundam lubentissimè. Meae res qualiter se habent quaeris? Discipuli cum consobrino suo circa festum

Altorfium abibunt. Me quidem Dominus bis terve jussit secum manere,
293v promi|sitque victum et habitationem, ut antea. Addidit praeterea, se libenter pro me facturum, quaecunque sperare possem. Professionem si cuperem, elaboraturum se in id, ut ultrò mihi offeratur, ne ab aliquo videar expetijsse. Quid faciendum sit, nescio. Te consulo. Teufeliani quotidie Domino aures vellicant, mendacijs, obtrectationibus me et
30 Herilem filiam lacessunt. **Sie lieffe mir nach, wir weren ſtündtlich bei einander,** aliaque nequiora. Cum tamen, Deum testor! ipsa nullum hominem plus evitet quàm me, Ego nullum, quàm illam. Metuo igitur, si solus ero absque discipulis in domo herili posteriori, ne illi plus, Diabolico furore acti, noceant, quod nollem

Me si fata meis paterentur ducere vitam
† Auspicijs et sponte mea componere curas.

Multò potius tecum esse mallem, Teque Doctore et ductore penetrare in abditiora Uraniae adyta, quàm purpuratorum istorum somnos et cavillos pati. Saltem si aliqua ratione Gymnasij vestri studia, mea opera
40 opus haberent, ut aliquid mihi accederet pecuniolae, qua amictum et quae quotidie necessaria, procurarem. Paedagogias jam nullius duco. Impediunt enim et negant me mihi et studijs meis. Habes summam voti mei, si me consilio et re juvas, devincies me ante–Tuum Tibi fortiùs, et communia nostra studia utrinque nobis leviora erunt, si alter alteri humerum ut Hercules Atlanti supposuerimus. Vale, liberosque inprimis Susannulam Tuam melitissimam meo nomine saluta. Dabam VII. Kal. Junij Anno 1612.

T. totus

Benjamin Ursinus

294v Excellentissimo Viro, Domino Johanni
50 Keplero, Mathematicorum seculi huius Ptolemaeo, Domino, Patrono, et Praeceptori suo unicè colendo.
Lintz beym H. Johan Memhardt zu erfragen.

631. MATTHIAS BERNEGGER AN JOHANNES MEMHARD IN LINZ

[Straßburg], 2. Juni 1612 (a. St.)

Original unbekannt. Erster Druck: M. G. Hansch, Joannis Keppleri aliorumque Epistolae mutuae, 1718, p. XLIII

. . .

Quod si nihil vel communio studiorum, vel tua commendatio apud me potuisset, potest autem utrumque plurimum: certe vel solum Keppleri nomen auditum, cujus ille et testimonium honorificum refert,

et famulum egit, ad hominem amandum ac pro virili mea juvandum impulisset. Cujus ego viri summam eruditionem et praeclara in rem literariam merita tantum non adoro. Scripsi ante quinquennium ad eum epistolam, quam tamen, à Patronis meis, qui vivere me voluerunt in hac Academia, retractus, non transmisi, qua meam ipsi famularem operam, praecipue in Mathematicis negotiis obtuleram: quam si recepisset, in magna felicitatis meae parte locassem. Nam in Academiis quidem ipsi similium virorum annona carissima est.

632. BENJAMIN URSINUS AN KEPLER IN LINZ

[Prag], 7. August 1612

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 295. Eigenhändig

Salutem et observantiam. 295

Quae petis de libris coëmendis, efficiam propediem, ipseque Tibi certo certius, cum ipse me adjunxero comitem Mercatoribus nostris, et ad Te exiero, afferam. De Altograto etiam tum respondebo. Jam nihil dicam, nec scribam nisi ut me circa Bartholomaei expectes. Studia mea hic jacent, ita distractus et disturbatus sum. Respiciat me tandem aliquando pax et tranquillitas. Imò verò ego me. Hodie literas ex eo extorquere non potui, adhuc expectabis et ejus à me literas. Vale. Raptim inter turbas et negocia nescio quae. 7. Aug. 1612.

T.

BUSS.

Nobili et Clarissimo Viro Domino M. Johanni Keplero S. C. Maj. Mathemat. Praeceptori suo colendo. Lintz 295v

633. BENJAMIN URSINUS AN KEPLER IN LINZ

[Prag], 13. August 1612

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 296–297. Eigenhändig

Salutem et debitam observantiam. 296

Citius quàm putassem, Excellentissime Domine Keplere, Mercatores nostri ad vos movent. Rebus meis nondum collectis. Quam ob causam, spero te non offensum iri adhuc parvulâ morâ, donec videlicet illi huc remetientur: Tum enim providebo mihi de quodam Lincien-

si aurigâ, qui rebus Mercatorum huc transvectis, meas ad vos avehere possit. Planè enim animo meo sedet, Tecum vivere, quàm diu Deus et Tu ipse volueritis. Injurius siquidem omninò Tibi essem, si, quam spem de me concepisti, eâ Te defraudarem. Nec è re meâ est diutius hic subsistere, ita plane studijs meis excidi. Nisi quod Teuffelio Mestlini Astronomiam praelego, quam absolvere cupio ante abitum. Caeterùm Importunissimum illum, quod attinet, hominem, qui hic mihi singulis diebus turbas dat ob Instrumentum illud, imò nec Tibi parcit, quaeso Te, da operam ut antequam abeam hinc contentus sit. Scio quidem, me in Tuo aere esse, et eam ob causam Te jure omnem rem in me rejicere posse, praesertim solutionem quod attinet. Oro autem parcas, hoc in articulo constituto mihi. Cum ad Te venero, afferam quae hic jussisti emere, et reliquum etiam quod erit pecuniae. Valere Te jubeo, cum Tuis, Susannulamque lepidissimam et Ludoviculum meo nomine salutare. Dabam Id. VItil. Anno 1612.

T.

BU.

297v Clarissimo Viro Domino Johanni Keplero
S. C. Maj. Mathematico, Praeceptori suo
colendo. Lintz

634. REGINA EHEM AN KEPLER IN LINZ

Pfaffenhofen, 3. September 1612

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 175–176. Eigenhändig

175 Edler vndt vöſter jnſunters lieber her Vatter ich winſcht denſelben ein glickhſelige zeit vnd ſiege den hern Vatter zu wüſen das ich ſein ſchreiben zu recht emtpfangen vnd het in gern geantwort wie mein her verſchickht iſt worn ſo iſt es gar zu eilent gewöſt vnd habs auch nicht recht gewiſt das er nach prag reiſen wer ſo hab ich diſe erntzeit gar fil zu duen es gibt gar fil ſcharwerkher denen man alen zu öſen geben mues aber khein lon wen eins nicht ſelbſt darpei iſt vnd ſie anhölt ſo iſt es vergebens mit inen ſie arweiten nigz guets der her Vater khan mich wol fir entſchiltigt halten es iſt nicht meins vnfleis ſchult vnd wen ich ſchon geſchriben het ich den hern Vater wenig raten khenen wögen ſeiner heirat wie ich wol aus desſelben ſchreiben verſtanten das dern gar fil ſein zu denen der her Vater luſt het weil er aber nur eine nemen darf khan ich wol leichtlich ab nemen das ime die wal we duet wen ich den hern Vater raten ſol zu einer ſo riet ich zu des hern eimpacher dochter mein her ſagt mir ſie ſeie gar ein fein menſch wiewol er ſie auch nur ein mal geſehen hat ich wolt der pauriſchen khein guet wort mer göben es wirt ſie noch wol rauen das ſie es nicht geben hat es wirt ſchwerlich ein ötlman nach ir khumen das ſie ſich ſo ſtolz machen mit ir. Zu der

frau von Starnberg irn menſchen rat ich ganz vnd gar nicht ein heirat wers wen der †
her Vater khein khint het ich hab vermeint die frau Rauſcherin ſein ſo ein feins
menſch wie ſie pei der polzin gewöſt iſt aber es iſt ganz das witerſpil ein menſch das
pei einer ſo ſtatlichen frauen iſt dern gibt man khein genanten lon ſuntern man khleit
ſie vnd gibt ir ale noturft ſie fragen nicht was gilt die rauſcherin ſie ſpart nichts wen
ſie von ſamet ein khleit het es mues hindurch der man ſech ſies oter ſaur in warheit
es iſt gar mislich mit ſolchen junkhfraun zu heiraten gerat eine es ſein wol huntert
die nicht geraten wen ich pein den hern Vater ſein ſol wolt ich im dern gar fil ſagen
von fein menſchern die auch an ſtilen orten getient haben aber man hats in zwein
Jarn wol geſehen wen ſie geheirat haben wies iſt hergangen bit den hern Vater ganz
freintlich er wole nur der khinter petenckhen das ſie ein frume mueter pekhumen ein
mal rat ich nicht zu der von Starnberg ich ſich wol wie es meins hern prueter get
er hat auch geſagt ſie wer mit einer waſer ſuben verlieb nemen vnd wer in fil erſparen
hiez mag ſie khein rintfleiſch öſen vnd mues 2 mät haben hat khein khint iſt im ge-
ſtorben | Vor iſt ſie gern 4 meil wög gangen hiez mag ſie nich gern ein halbe meil 175v
auf irm hof gen ſie iſt auch ein menſch gewöſt wie ein peſchlieſern bein einer frau het
auch nigz ſie vermeint ſie dörf mir nigz nach göben ir her ſein öben das herkhumen als
mein her aber das einkhumen hater nicht wie gotlob mein her hat khan auch das
nicht verſehen was mein her khan wen got ſein ſögen gibt das wir noch ein Jar hie
ſein hof ich wir wolen das Interöſe nicht petörfen das Jar hat es fil gekhoſt mit fich
vnd antern wolt nichts mer khlagen wen ich nur ein rechte prätig hörn ſol wir haben
ein pfafen hie das es ſint vnd ſchant iſt das er ein Diener gotes ſein ſol er wirt wol
wenig khalfiniſch machen wir haben in den ganzen amt nur ein gueten pfarer iſt aber
weit von vns zu Sulzbach hates feine hern vnd ein ſchene khirchen ornung es ſicht
wol anſter aus als in der pfalz es ſein khirchen wie ein ſtatl das mir graut hin ein
zu gen mein her ſagt oft zu mir ich ſol in die khirchen gen ſol der gemein khein pes
egzembl göben ſo gib ich in zu der antwort ich wil ob got wil ein löben firn das ſie
ſich an mir nicht örgern dörfen wen ich gleich in die khirchen geh vnd iſt mir nicht
ernſt ſo due ich got khein wolgefalen ſuntern det nur heichln ſchweigt er den ſtil vnd
lacht mein es gefölt in ſelbſt nicht wie ſie es hie machen.

lieber her Vatter ich hab von mein hern verſtanten das die khamer von gräz das
gelt pein der nitenauſin verpoten hat wie wol ich die ſchreiben ale gelöſen hab die der †
her Vater hat heraus geſchickht ich khan mich nicht genuegſam verwuntern das ein
ſolange zeit iſt angeſtanten vnd iſteſen nie getacht worn als hiez mein her würt ſchon
mit den hern Vater geröt haben von der ſachen wie ich wol von in verſtanten hab
wil er das gelt zu ſteir auf oſtern aufkhinten vnd ſich hiezwiſchen eins gewiſen ort
erkhintigen wir haben vermeint wir wolens gen augspurg anlögen zu khein firſten
hat mein her luſt gelt zu leihen er hat vergangene oſtern zu mir geſagt wen er ein
guete gelögenheit wuſt wolt ers heraus ins reich anlögen er peſorg es wer noch
ſelzam zue gen in öſtereich ſo hab ichs nicht haben wolen das ers heraus nemen ſol |
wer leicht pöſer wens geſchehen wer weil hiez erſt der firſt den zöhenten pfening haben 176

wil bit alſo den hern Vater er wole mir ſchreiben ob er vermeint das es ein glögenheit wer auf augspurg gelt anzulögen vnd bit auch der her Vater wole mein hern ein gueten rat geben der her Vater weis wies der prauch an den ort iſt wen ſie es zu gräz nicht inen wurn das ich gelt zu ſteir ligen hab pis wöckh khumt darmit ſie es nicht auch verpieten wie das die Nitenauſin ſchultig iſt der her Vater wole das pöſte pei der ſachen duen vnd ſich meiner als ein Vater annemen wie ich den das verdrauen zu ime ſöze er wer mich nicht laſen wen ich ſolches witer vmb den hern Vater ober die ſeinigen verdienen khan wilichs von herzen gern duen nicht mer ſuntern wünſche den hern Vattern ſamt den khintern was inen ſelbſt lieb iſt vnd ſie imen ſelbſt winſchen mögen vnd due ſie ſäment den lieben got pefelhen Datumb pfafenhofen den 3 September 1612.

Regina Ehemin

176v Dem Edlen vnd Hochgelarten hern Johan Keplern
der Röm: Kay: May: vnd Einer Erſ. Landtſchafft jn Öſterreich ob der Enß beſtelten Mathematico, Meinem freundlich lieben hern Vattern.
Aniezo zu Prag oder Linz

635. BENJAMIN URSINUS AN KEPLER IN LINZ

[Prag], 11. September 1612

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 298. Eigenhändig

298 Salutem.

† Ad ternas Tuas, Excellentissime Domine Keplere, quas simul quidem hodie accepi, hoc respondeo. De illis, quas per Consulis Styriensis Filium ad me curari voluisti, optimè per illum ad Teuffelium curatae sunt: sed ibi latuerunt quasi octiduum. Schörckelio dedi Seussianas binas: promisit se quam diligentissimè curaturum. Reliqua omnia et singula cum hac, quod scis, vespera curari nequeant, dabo operam, ut quàm optimè, quàm cautissimè quàm citissimè à me curentur. Reddam Tibi omnium ordine rationem; singulis enim γραμματοφόροις à nobis abeuntibus, in quos saltem incidero literas meas dari reipsa experieris. Heri fui cum Wackerio. Sed non habui tum Tuas literas. Aegrè ille fert absentiam Tuam. Dedit mihi librum Italicum, Galilei novum discursum de rebus † quae sub aqua accidunt, quaeque in eâ moventur. Hunc ego per ocium proximis diebus latinitate donabo. Videbam enim Wackerium hoc velle. Interim semper quasdam pagellas per nuncios à me habebis. Absolvi hesterna vespera quaternionem, sed ob temporis angustiam describere non licet. Non credis quam optem Tecum esse: Vale Tuosque omnes

inprimis SERENAM LUNAM PACIS meo nomine officiosissimè saluta. † 11. Sept. 1612.

T. Excell. Totus

B. Ursinus

Nobilissimo S. Caes. Maj. Ordinumque Superioris Austriae Mathematico Domino J. Keplerio Domino et Patrono suo colendo. Lintz 298v

636. KEPLER AN MATTHIAS BERNEGGER IN STRASSBURG

Linz, 4./14. September 1612

Hamburg, Staats- und Universitätsbibliothek, Supellex epistolica fol. Bd. 16, Bl. 282. Eigenhändig

S. P. D. 282

Clarissime Vir. Accepi in nundinis libellum cujusdam belgae de maculis Solaribus, ex dono tuo: pro quo gratias ago non modicas. † Etsi praeter myrothecium grammaticum, parum is ad rem attinentium profert. Scriberem plurâ; sed sum in procinctu itineris Pragam. Ignosce † igitur brevitati, et ex hoc properato indicio meae in te benevolentiae conjecturam qualemcunque cape. Vale $\frac{4}{14}$ Sept. 1612.

D. T. amans

J. Keppler

Clariss. ac literatiss. Viro D. M. Matthiae Perneggero Supremae Classis praeceptori fideliss. amico suo integerrimo. Straßburg 282v

637. MARQUARD FREHER AN KEPLER IN LINZ

Frankfurt, 21. September 1612 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 227. Eigenhändig

S. P. 227

Pergratae mihi fuerunt litterae tuae, vir clarissime, praesertim qua parte etiam fauorem Illustris et generosi Domini Jörgeri mihi denunciarunt, cui de meis obsequiis vicissim certo polliceri poteris. Chronicon Austriacum (quod vtinam sit illud Aeneae Syluii postea † Pii II. Papae, dudum desideratum) si nobis communicare dignatur, rem non tantum mihi pergratam, sed publicè etiam vtilem fecerit. Bruschius †

de Monasteriis extat, excusus olim Ingolstadii. Sed forte pars secunda erit, aut aliud quiddam ab illo edito diuersum, quam habet. Quare neque hunc vidisse nocuerit. Redibit vterque bona fide ad dominum. De Einhardo et Imma videre lusus tuos aueo. Ego non plane totam fabellam esse censeo, sed aliquid veri inesse, additionibus (vt soliti sunt monachi) interpolatum. Argumenta quae habeo, dicam, vbi tua videro, quae expecto. Interea et hocce schediasma de eodem Carolo vide, et quid placeat, indica. Et vale vir clarissime. raptim è Francofurto XXI. Septemb. 1612.

Einhardi historiola stylo Lipsii descripta (in Exemplis Politicis) etiam minus fabulam sapit, quam apud Leodium. Sed de his alias.

T. studiosissimus

Marq. Freherus

227v Clarissimo et praestantissimo viro, D. Johanni Kepplero, Caes. Maiestatis et Ordinum superioris Austriae Mathematico dignissimo, Domino et amico obseruando. Lintzii Austriae

638. KONSISTORIUM IN STUTTGART AN KEPLER IN LINZ

Stuttgart, 25. September 1612 (a. St.)

Original unbekannt. Erster Druck: Lud. Melch. Fischlin, Memoria theologorum Wirtembergensium, Ulm 1710, Supplementa S. 342–353

Nobilis et Doctissime vir, Amice observande. Misi ad te ante 14. dies exemplar libelli contra Röslinum, quod Memhardi nostri diligentia commendatum est Neupronneris Ulmae: per eos, uti spero, recepisti. Interim luculentissimum exemplum significationis vocis ὡσεὶ occurrit, quod omittendum nequaquam est, cum ego ficto uti coactus fuerim. Ergo C. 13. facie 4. circiter inter Paragraphos **Meint denn D. Rößlin etc.** et **Warlich** / scilicet post verba **mehr geweſt wären** / inseratur paragraphus iste. †

Oder / ſo ihme diß Exempel untauglich ſeyn will / ſo nehm er ein anders auß eben dieſem Evangeliſten Luca **am 9. Capitel / da ſtehet v. 28.** μεθ' ἡμέρας ὡσεὶ ὀκτώ. **Daß ungefährlich acht Tag (das iſt ungefährlich ein Wochen) nach dem Chriſtus geſprochen gehabt / es ſtehen Ihrer etliche zugegen / die den Todt nicht ſchmecken werden / biß ſie das Reich Gottes ſehen; da ſey er in beyſeyn dreyer Jünger auff dem Berg** Tabor **verklärt worden. Wann wir aber auch** Matthaeum **am 17. und** Marcum **am 9. Capitel hierumb beſehen / ſo finden wir / daß es nur ſechs Tag hernach geſchehen / da dann das Wörtlein** ὡσεὶ **im** Matthaeo **und** Marco **nicht hinzu geſetzt wird. Meint dann der Rößlin hie abermal / daß uns der Evangeliſt** Lucas **betrogen habe / daß er ungefährlich acht geſetzt / da es doch genau zurechnen / nur ſechs geweſen? Und ſo uns dann hie das Wörtlein** ὡσεὶ **gar umb den dritten theil zuviel ſagt / nemblich 8. für 6. Was wunders ſoll es ſeyn / daß eben dasſelbig in dem fürhabenden Text vom Alter Chriſti nur allein umb den eilfften theil zuwenig ſagen ſoll / nemblich 30. für 33. Warlich etc.**

Igitur tua confisus promptitudine hoc supplementum ad te mitto, tuaeque curae commendo. Expecto autem primo quoque tempore literas, quibus testeris, redditum tibi meum exemplar. Cum typographo paciscere tuo arbitratu, illud inprimis da operam, ut pro correctionis labore satisfiat.

Eclogas Chronicas ex epistolis doctorum virorum et meis mutuis habeo ad manus, cum Epitome seu indice Chronologico ex mea magna Chronologia Veteris Testamenti. Puto in forma quarta, quali est impressus libellus de Natali Christi latinus, ad 30. paginas impletum iri. † Cupio scire an liber Argentinae possit imprimi. †

Ill. et G. D. Helmhardus Jörger, ditionum patris Wolfgangi nuper mortui haeres unicus, te jubet salutem ex se nunciare, Joanni Enocho

et Joanni Friderico Majeris: rogat etiam si Argentinae venalis habeatur
† in Taberna vel in aliqua Bibliotheca Tractatus Tractatuu: et quo precio.
Vale, meque amare perge. Lincii 11. Apr. An. 1613.

648. ERASMUS VON STARHEMBERG AN KEPLER IN PRAG

o. O. 12. April 1613

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 50–51. Eigenhändig

50 S.

Admodum me delectarunt literae tuae Keplere amicissime et doctissime, uideo enim te ut Philosophum, animi constantiam et firmitu-
† dinem etiam in aulicis procellis fluctuantibus retinuisse, neque mei memoriam planè abiecisse. Perge inposterum nos amare, idem de me quoque tibi pollicearis, neque quicquam de meo in te amore dubites. Ea
† quae de Archiepiscopo Spalatensi innuis, gratissima fuerunt, peruenit sanè antea ad manus epistola illius ualde pia, memoranda, et docta. Quid igitur opus, de Dei gubernatione totius generis humani, et speciali
10 cura gregis suae pusillae, curiosè disputare. En quam mirabilia sint opera Dei, in meditullio et uisceribus Italiae, corâm facie Pontificis omnipotentiae humanae Monarchae, nasci et exoriri nouum sydus et lumen Euangelij, quod in Germania, origine natum, per dissensiones et factiones curiosarum ad salutem minus necessariarum quaestionum, nubibus obtenebratum, obscuratum et quasi extinctum, in ipsa Italia faces huius Euangelicae lucis et ueritatis Apostolicae iterum accendi, uiamque harum dissensionum componendarum ostendi et orbi exhiberi. O Altitudo consiliorum Dei! Nostrum erit, Deum precibus indesinenter et ardenter inuocare ut opus hoc diuinum perficiat, ad nominis sui
20 gloriam, et ecclesiae aedificationem. Facessant igitur curiosae illae in Scholis usitatae disputationes de praedestinatione ad peccatum et mortem, potius cum summo et pio Theologo Joanne Caluino ex libro 3. In-
50v stitutionum Cap. 23 fol. 393 discamus.[1] Non enim praedestinationem eo commemoro ut in audaciam erigamur, et inaccessa Dei secreta excutere nefaria temeritate tentemus: sed potius ut humiliati ac deiecti, ad iudicium eius tremere, misericordiam suspicere discamus. Idem Caluinus
† aduersus Libert. c. 14. Haec haeresis, scilicet transferre opera Diaboli in Deum, originem coepit à Simone Mago, nos uero obseruare debemus opera ex malo, siue agentis malo esse. Interim Deus omnia gubernat,
30 ita utitur Diabolo, ut nil habeat cum eo commune magis, quam Solis

12) Monarcham 23) dicamus 26) dicamus

radij ex corruptione cadaueris, aliquid corrupti ad se trahit. Et in caput 1. Jacobi Deus neminem tentat, loquitur de internis tentationibus quae nil aliud sunt quam inordinati appetitus, illorum authorum merito Deum esse negat, quoniam ex carnis nostrae corruptione manant, uerum tota scriptura huic sententiae reclamare uidetur, quae tradit Deum homines excaecare, in reprobum sensum tradere. Respondeo sic scriptura loquitur an quia Dominus eorum corda deprauet, atque corrumpat? minime, sed Deus tradendo in reprobum sensum peccata tantum ulciscitur, atque ita se res habet, non aliunde nos in malum impelli, sed cuique prauum suum affectum ducem esse et impulsorem. Hactenus Caluini verba, quae si candide et piè, a contentiosis formulae Concordiae architectis ponderentur, quid opus esset tot polemicis scriptis uirulentis, quibus Charitas destruitur, et uera pietas et Christianismus, à uera simplicitate aureaque puritate primitiuae ecclesiae euertitur. Colamus igitur pacem, et quae pacis sunt, et ad aedificationem proximi spectant, haec sectemur, spiritualia nimirum spiritualiter tractantes, non in uerborum contentionibus tempus locantes.[1] Veritas sacrarum literarum tam in ijs quae capimus, quam in ijs quae capere uidemur humiliter adoretur. Sed nimium excurrit epistola, et alijs occupationibus abstrahor quo minùs ad tuas respondere possim. Finem igitur imponam, teque saluere, et ad nos re benè peracta redire iubeo et opto. Dabantur rapto calamo 12 April: 613. 51

Tui amans

Erasmus Baro Starhembergius

Dem Edlen vnd Hochgelerten Johani Keplero **Röm. Kay. Maieſtät vnd einer Erſamen Landtſchaft in Öſſterreich ob der Ennß beſtelten** Mathematico. **Meinem ſonders lieben freundt. Praag** 51v

649. FRIEDRICH RÜTTEL AN KEPLER IN LINZ

Stuttgart, 7. April 1613 (a. St.)

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 160–161. Eigenhändig

Edler Ehrnveſter vnnd Hochgelehrter, Demſelben ſeyen neben freündtlichem gruß vnnd wünſchung aller glücklicher wolfahrt, meine iederzeitt guttwillige dienſt berait zuvor, ſonders Günſtiger Lieber Herr Keplere. **Es würdt ſich** Exc: Tua **ohne zweifel noch erinnerlich zuberichten haben, alß ſelbiger allhie zu Stuttgart geweſen vnnd in weylandt Herrn Johan Wolff Fauthen ſeeligen behauſung wir mitteinander** 160

das erſte mahl Kundt- vnnd freündtſchafft gemacht, das wir veranlaßt ſolche contractam Amicitiam, ob wir ſchon locorum distantia ſepariert, iedoch per literas zu propagiern vnnd continuiern. Ob nuhn ich nichts liebers geſehen, alß das ex parte Exc: Tuae, alß die da Elter, der Anfang gemacht were worden, auch deroſelben ſchreiben mitt großem verlangen erwartet, hab iedoch warumb ſolches bißhero vnderlaßen worden, ich mir leichtlich die rechnung machen können, das dero Grauiora Negotia vnnd Assiduus labor et diligentia in restaurandis motibus Planetarum hieran verhinderlich, ſodan die Turbae Bohemicae ſchuldig geweſen ſeyen. Demnach nuhn gegenwertiger Brieffsweiſer, Dominus Jacobus Vierizius, Notarius Publicus, mein vertrawter vnnd gutter freündt, wölcher in die zwölff Jahr am Fürſtl: Württembergiſchen Hoff, für ein Musicum vffrecht redlich vnnd ohnclag-bar gedient, das man mitt ſeiner vocation vnnd dienſten, auch ſonſten ſeines red-lichen, fridlichen, ſchidlichen, ſtillen wandelsthuns, auch anwendenden fleiß in ver-richtung der Notariat ſachen halber, iederzeitt vnnd meniglich wohl zufriden geweſen. Verwichner zeitt aber alß vnſer Gnädiger Fürſt vnnd Herr, enderung vnnd ringe-rung in der Hoffhalltung auch Music fürgenommen, iſt er neben andern auch ſeiner dienſt in gnaden erlaßen worden. Wan dan wegen zimlicher langwiriger großer Tewrung hioben in vnſerm landt ihme ohne Herren dienſt zuſitzen beſchwerlich fallen, derowegen das er vorhabens vff gutt glück in Öſterreich zuziehen, nach einer glegen-heit vnnd Vocation zutrachten vnnd ſich zubewerben, mir zuerkennen gegeben, darneben mich gantz fleißig gebetten, dieweil mitt Ewrer Excellenz ich in Kuntſchafft, dieſelbige aber mitt Grafen vnnd fürnemmen landtherrn wolbekant die auch der-ſelbigen wohl vermeint: ich wölle ohnbeſchwerdt an Ewer Exc: jhme Literas Com-mendatitias mittheilen, zweiffle ihme gar nicht dieſelben werden ihme gnugſame anlaittung vnnd befürderung zuthun wißen oder glegenheit haben, das er ſolcher meiner jntercession fruchtbarlich genoßen zuhaben im werck verſpüren werde. Welche ſeine bitt dan, weil ſie nicht vnzimlich, ich ihme alß einem gutten bekanten vnnd vertrawten freündt, keinswegs verſagen können noch wöllen: iſt derowegen hierauff an Ewer Exc: mein gantz dienſtfreüntliches bitten, waferr ettwan dieſelb bey Fürſten Graven oder Herrn ein glegenheit, ſeinen Qualitatibus gemeß in erfahrung bringen oder beraits wißen ſollt, ihme deroſelben nicht allein in optima forma commendiert laßen zuſein, vnnd großgünſtig zu befürdern vnnd promouiern, zumahl auch (·weil er ſein Latinam Linguam geſtudiert, cognitionem juris hatt, die Actus Notariatus ohnclagbar cum laude verrichten, beneben nicht vbel concipiern kan, ſonderlich aber (·mitt warheit zu ſchreiben·) Getrew, fromb, verſchwigen, auffrecht, redlich, fridlich vnnd ſchidlich·) bey andern hohen oder nidern ſtandes perſonen kecklich commen-dieren, auch ins gemein ihme alle freündtſchafft, fürſchub, jnstruction vnnd glegen-heit wo müglich ertheilen, das er ſolcher meiner jntercession, ſeinem ſtarcken ver-hoffen nach wohlerſprießlich genoßen zuhaben, würcklich verſpüren möge. Solche
160v erweiſende ſondere hohe freündt|ſchafft gegen ihme alß einem frembden, würt nicht allein er danckbarlich rhüemen, ſonder will auch ich ein ſolches in dergleichen vnnd

mehrerm vff allebegebende glegenheitt mitt danck widerumb dienſtlich zu beſchulden nicht in vergeß ſtellen.

Zum andern iſt auch an Ewer Exc: mein gantz dienſtfleißig vnnd freüntlich bitten, die wölle ohnbeſchwerdt, wan ſie weil vnnd gelegenheit, nicht vnderlaßen mich fortt hin verabſchidter maßen literis zubeſuchen vnnd de rebus Mathematicis conferieren, incoeptam et contractam nostram Amicitiam, ſo wohl auch Affinitatem zu confirmieren vnnd continuieren, auch ettwan Virorum Illustrium et varijs accidentibus rarorum tempora Natalitia, vnder andern aber Bauariae Ducis Maximiliani et Fratrum zuzuſchickhen, auch (·an wölchem mir ein vberauß große freündtſchafft erwiſen würde·) Ab Anno 1598 bißhiehero hin vnnd wider in diuersis locis obſeruierte Eclipses Lunares großgünſtig zu communiciern. Damitt doch wir in diſem landt Ex nostris obseruationibus, collatione Eclipsium aliorum et quidem diuersorum locorum, auch einmahl ein gewißheit verae Longitudinis nostri loci haben möchten, einmahl will mir Domini Maestlini ex Stoefflero assumpta Longitudo Tubingensis 29° 45′ neben dem ſie ex vitioso Alphonsino calculo et incertis Stellarum Fixarum sedibus et obseruationibus dubijs vbel fundiert, mitt den Obseruationibus vnnd Calculo Eclipsium Tychonis nicht zuſchlagen, ſonder halte gentzlich darfür, das Stuttgarten vnnd Tüwingen quamproximè 34° 30′ ab Occidente ſeyen: Weil ich aber noch anderer Locorum deren Longitudo oder Differentia Longitudinalis nota (·ut uocat Schönerus·) Obseruationes Eclipsium nicht vil, ſonder allein ettlich wenig vnnd täglichs von andern orten vertröſteter maßen gewertig bin, kan ich noch nichts gewißes vnnd pünctlichs ſtatuiern oder anfahen, dan ich gern Tabulas Positionum Differentiarum Ascensionalium etc. calculieren wolte, denen ich zu vertrawen hette. Ferners vnnd zum dritten kan ich nicht vnderlaßen Ewer Excellenz zum höchſten vnnd freündtlichſten zubitten, mir ſolche gunſt zuerweiſen, vnnd eintweder ettliche Obseruationes Tychonis ſo in Anno 1579. zwiſchen dem 10 vnnd 13 Octobris, oder wa der zeitt nichts were obſeruiert worden, ettlicher tag zuvor oder hernach in motu ♄ ♃ ♂ ♀ et ☿ quoad Longitudinem et Latitudinem beſchehen, zu communiciern, damitt ich ex analogia earum obseruationum, mein Thema Natalitium recht dirigieren vnnd ob correctus motus cum Accidentibus ſich vergleich, cognosciern möchte, dan ich summo cum Desiderio, wie auch andere Vniuersalem Restitutionem motuum Planetarum, vnnd Newe Tabulas bißhero erwartet vnnd noch. Der verantwortlich fürwitz treibt mich aber das ich mein Thema gern Exactissimè correctum ex nouo Restituto Calculo haben möchte. Natus Ego sum Anno 1579. Die 11. Octobris hor: 13. Min: 31′. sec: 40″. postmeridiem Stutgardiae. Wie Excellenz: Tua ſolch Thema gefiell möcht ich deroſelben iudicium auch wohl vernemmen. Es hatt vnſer Gnädiger Fürſt vnnd Herr ſeines thematis halber das ers ebenmeßig ex Nouo correcto calculo haben könte vor diſem von mir begehrt, deme ich aber außerhalb Tychonis Restitutionem in motu ☉ ☽ et ♌ in ſeinem themate ex nouo calculo nichts vergewißen können noch wöllen: Wan ich aber ad Meridiem 4 et 5. Maij Anni 1582,

die loca Planetarum ex obseruationibus ad Vraniburgicum Meridianum haben könte, beſchehe mir ein groß dienſt, wollte auch gegen jhren Fürſtliche Gnaden Ewre Excellenz hierinnen gehapte mühe vnnd arbeit gebürlich vnnd verhoffentlich wohlerſprießlich rhüemen.

Letſtlich dieweil ein gemein Sprichwort, das ein anweiſer ſo gut alß zehen Schäffer: Alß ſoll ich billich nicht vnderlaſſen ob Exigentem Necessitatem etc. Ewer Excellenz jnstanter[1] zu inſtigieren mitt der lang maximo desiderio erwarteter Restitutione motuum et Tabularum fortzufahren, damitt derſelben ex ipsa, vnnd nicht hernach ettwan einem andern ex aliorum inuentis der rhum verpleiben thue, weil ſichs ſchier anſehen laſt, alß begehrte der Teüffel allenthalben ſolche Restitutionem zu verhindern vnnd dem menſchen zu mißgönnen. Weil Dominus Tycho darob ex Dania cedirt, zu Praag ſich gleichwol gehalten, sed morte praeuentus das fürnemſte noch nicht ex uoto abſoluiert, Seidhero aber die Turbae Bohemicae entzwiſchen kommen, Kay: Mayſt: alß promotor der ſachen mitt todt abgangen, ohne was ſonſten weitter für verhinderungen bißhero möchten fürgefallen ſein. Es hatt vor diſem Ewer Excellenz in ſeinem letſten ſchreiben an Herrn Fauthen ſeeligen mich mitt denen wortten vexiert vngefahrlich: Es ſollten dieſelbig mir billich günſtig ſein, weil in des Königs in Franckreich Natiuitet ich es ſowohl getroffen, aber die zway järlen ſo er noch zum beſten gehapt hetten ihme gar wohl noch zu ſeinem vorhabenden jntent gedient etc. Solchen fehler der zwayer jahr kan ich aber deßwegen ſaluieren, dieweil damahln ich das Thema judicirt vnnd dirigiert, Ex Alphonsino Calculo ich die motus genommen, zu dem weil ☽ in 7. Cuspide Hylex deßen motus noch nicht correctus oder in lucem kommen geweſen, auch gemeinlich ☽ in nouo calculo den alten vmb ein zimlichs vberſchreittet, deßelben Directio nicht von Camerario, ſonder allein Horoscopi geſezt worden, da doch ich in meinem Concept Lunam et Horoscopi oppositum gleichsfalls zuſamen in dirigendo genommen: vnnd da ich ja gefehlt haben ſollte, wurde mitt beßern fuogen eintweder Tychoni oder vil mehr ſeinen Successoribus das durch ſie die veriores et correctiores Tabulae noch nicht publicirt worden die ſchuld zuzumeßen ſein. Wan man aber gleich mitt gleichem compenſieren wolte, könte man wol Ewer Exc: Vexationis loco hinwiderumb replicieren, das mitt deroſelben ein mittleiden zutragen, weil die gleichwohl vermeint † den Martem inuictissimum Sac: Caes: Ma: uinctum et captiuum zuvberlifern, das aber derſelbig et tanquam Troianus Equus in Bohemiam et Pragam introductus ſich gantz jmpatientem Vinculorum erwiſen, vnnd nicht ex uoto bendig gemacht worden ſonder vil mehr ſchadens gethon, vnnd weger geweſt man hette 2l. ♀. ☿ erſtlich vnnd letſtlich den Saturnum vnnd Martem alß maleficos eingefiehrt, ob villeicht Sapientia, Amicabilitas et Justitia, vnnd andere deren Planetarum significata den Martem deſto eher domiert oder vberweltiget hetten, eh er ins neſt kommen were. Sed omissis iocosis ad finem Epistolae aliâs satis longae properandum. Cumque nunc temporis nihil habeam noui quod sit memorabile uel scitu dignum, Excell: Tuam Sacrosanctae Trinitatis protectioni mecum com-

mendo. Valeat igitur quam diutissimè salua et jncolumis Exc: T. ad desideratissimae Restitutionis Matheseos emolumentum et perfectionem, meque si qua dabitur occasio scriptis inuisere non dedignetur maximopere rogo. Dabam festinantissimo calamo. Stutgardiae. Die ☿ 7. Aprilis Anni 1613.

Excellent: Tuae Λ: O.P.P.A: et Amicus †
Fridericus Rüttellius
H. W. et Mathematicus mpp.

Dem Edlen Ehrnveſten vnnd Hochgelehrten Jo: *1619*
hann Kepplern, der Rom: Kayſ: Mayeſtett
Mathematico, der zeitten zu Lintz in Öſterreich.
Meinem ſonders günſtigen Herrn Schwagern auch
lieben vnnd gutten freündt einzuhändigen. Lintz

650. KEPLER AN MATTHÄUS WACKER VON WACKENFELS

Steyeregg, 1. Mai 1613

Original unbekannt. Erster Druck: Programm des k. k. evangel. Gymnasiums zu Teschen am Schlusse des Schuljahres 1860, Teschen, S. 7–8

S. P. D.

Qui has perfert, Nicolaus Hedl Spirensis, apud Ill. et G. D. Wolfgangum Jörger humatum nuperrime musicam egit vocalem et instrumentalem. Cum itaque dominum quaerat, author ejus fui, ut Ill. Dom. Tuae operam suam deferat: naturae enim excitatae signa profert vultu, et ardorem profitetur capiendj hominum locorumque experientiam: itaque si penes Ill. Dom. Tuam locus vacaret, commodum Ill. Dom. Tua famulum, ipse vero utilissimum sibi servitium mea opinione nancisceretur.

De meis studijs pauca: nam parum est quod hoc semestrj profecj. Röslinus ineptissimum uti nostj contra me scripsit librum. Statueram † una pagina occurrere, sed mutavj consilium. Quaestionem de aetate Christj recoxi, stylo Germanico; quae in argumentis erant mutanda, correxj; quindecim capitibus totam rem complexus sum, ut liber sit didacticus, paucissimis interspersis polemicis. Tandem praefationem in quatuor paginas eoque amplius excurrentem praemisj, in qua ad omnia ejus objecta sic respondeo, ut crebro ipsum ad hoc et illud caput libellj ipsius ablegem. Exemplar die 25. Martij misj Argentoratum, dedicavj Caesarj. Adversarij in hoc voluntati obsecundatus.

Junonia sic procedunt, ut sentire possim astrologus Saturnum in medio caelj mihi versarj. Conditionem, quae mihi placuerat, ob id solum

repudiavj, quod omnium amicorum judicio contemptibilis habebatur: aliam itaque amplexus sum, commodam sic satis futuram, si fides promissis servata esset, si poenitudo nulla intercessisset, quae gravissimum mihi onus conjunctionis cum invita impositura erat. Quum ego quidem jam pene animo ejecj, neque tamen affirmare audeo, penitus non successuram. Resipiscere enim puellam ex nonnullis conjecturis eminus colligo; sed animum obfirmavj, ne humilis ipsi fiam, verecundiae scilicet illius meo cum pudore subveniens. Nam quicquid eveniat, gravius accidere mihi nihil potest, quam quod Wackherius ultro, tanquam utilissimum mihi consuluit. Quod ratio mihi non praestitit, fortuna praestat, ut Wackherij consilium hactenus sequar.

Ad comitia Caesar profecturus sit nec ne, videor ipse et, quum politicus non sum, dubitare posse. Si tamen proficiscetur, valde velim et me † comitem legj; dummodo etiam viaticum de statuto meo salario repraesentatur. Spem praetextus ex indictionis formula concepj, in qua Calendarij mentio. Hic tuas ad opes et consilia confugio. Vale. Steirecij ditionis Jörgerianae. Cal. Maji anno 1613.

J. Kepler

651. MICHAEL MÄSTLIN AN KEPLER IN LINZ

Tübingen, 28. April 1613 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 37–38. Eigenhändig

37 Salutem in Christo Domino et Saluatore nostro precor plurimam. Literas tuas, Vir clarissime, Domine et amice honorande, vnà cum optimi et humanissimi Juuenis, Beniaminj tui, datas 6. vel 7. Febr. (·procul dubio St. Nouo·) ego demum die 26. Martij (·St. v. ·) accepi. Optarem eas temporiùs mihi fuisse traditas. Ad Domini Beniaminj (·quem pium et doctum iudico, tum ex ipsius Epistola, tum ex eo, quod in quartum nunc annum tibi à latere est, ideo ipsius amicitia mihi quoque grata est·) epistolam prius respondebo. (·vtrique haec mea vna epistola si respondeat: sufficere puto, breuitati enim mihi studendum, et tempus, propter nuncij abitum, mihi redimendum est ·) Ex eis in- † telligo Typographum Basiliensem Henricpetri, opus Reuolutionum Orbium coelestium Copernici noua editione emissurum, et vt de erratis in veteribus editionibus tollendis admoneatur, petere. Qua in re mea opera quoque quaeritur. Quibus lectis, summopere indolui, quod epistola illa mihi demum post festum esset reddita. Quaesiui e uestigio occasionem Francofurtum ad ipsum Typographum scribendi, et inquirendi, num illa editio iam sit absoluta? Sed nemo amplius, qui eò

proficisceretur inueniri potuit, itaque omnis occasio iam tum erat praecisa. Inde à reuersis nostratibus mox Catalogum librorum editorum expetiui. Quia verò in eo nullam nouam operis Copernici editionem inuenio, existimo eam prioribus illis iam elapsis Nundinis esse suspensam. Igitur his diebus ipsi Sebastiano Heinricpetri scripsi, vt quomodo illa editio se habeat, et num admonitio de erratis adhuc locum inueniat, me certiorem facere velit. Responsum ab ipso expecto. Quod ad rem: Superioribus annis, praesertim quando in fundamenta calculi Tabularum Prutenicarum inquirebam, diligenti lectione ego non pauca in libro Copernici errata partim typographica, partim aliunde illata, animaduerti, et in meo Exemplari (·Norib: 1543 edito·) fideliter correxi. † Ea ego vt in noua editione etiam tollerentur maximopere optarem. Etsi autem non dubitem, quin et Tu, et Dominus Beniamin, multa eiusmodi sphalmata sustuleritis, quia tamen oculi semper plura quam oculus vident, et quo plures operi manus suas admouerint, eò perfectius et plenius opus perficitur. Quaesiui etiam ex Typographo, num etiam Narrationem Rhetici sit appositurus. Quod si sit: consilium subieci, ne vel primam editionem, vel priorem, quae aliquando eidem Copernico Basileae excuso fuerat apposita sequatur, eas enim (·praeterquam quod Rheticus aliquoties schemata quaedam alleget, quae tamen in vtraque editione desiderantur·) satis vitiosas esse. Monui autem vt eam imitetur, quae Tuo Prodromo est adiecta. Addidi insuper, quod Rei literariae, Matheseosque Studiosis optimè consultum iudicem, si is ipse tuus Prodromus quoque adiungeretur, si modò id pace tua, et te permittente fieri possit. Huic meae censurae, vt Tu quoque consentias, Ego nomine omnium Matheseos Studiosorum te officiosissimè et sedulò rogo et oro. Ea tamen editione nonnulla emendare, tollere vel addere pro libitu posses. Sed iudicio tuo id relinquo.

Nunc ad tuam Epistolam. Intelligo, Vir Clarissime, Domine et amice perpetuò honorande, te in examinando Scripto D. Röslini laborare. Ego idem scriptum quidem habeo, sed, vt verum fatear, in eo hactenus alijs distractus non nisi obiter quaedam legi. **Der gutt mann meinets gutt,** sed anne omnia satis prudenter? Sententiam quam semel animo concepit, mordicus retinet, nec sufficienter rationes audit, easque prout fieri debebat, inter se non comparat. **Sein vhr geht im recht.** Et quidem ego iam aliquandiu à studio Chronologico abstinui. Ratio. Nobilis Vir Joannes Georgius Herwart, V. I. D. Cancellarius et Consiliarius Bauaricus, Vir vt nobilis, ita humanissimus et doctissimus, suis superiori anno editis nouae Chronologiae Capitibus (·quorum capitum aliquam partem mihi † ante publicationem communicauit·) me profectò dubium reddidit. **Er hatt mich recht irr gemacht.** Is quinque paria Consulum, ex Catalogo con-

sulum Romanorum, atque sic quinque integros annos tollit, illosque consules non pro ordinarijs sed suffectis agnoscit. Rationes affert admodum plausibiles, et calculo Astronomico per Eclipsium calculum confirmatas. Annos olim vsitatos fuisse non Solares, sed quadrimestres argutè probat, pro quibus omnes historici assumpserint annos Solares. Vnde Nouennium tum vsitatum, est tantum triennium Solare, cui congruit reditus triennalis Nautarum Salomonis et Regis Hiram (·cum suis procul dubio totius Maris Mediterranei complicibus·) ex Ophir, † siue Peru. Vnde sequitur Vrbis Romae extructio, Belli Troiani Historia, Carthaginis aedificatio etc. multis annis posterior, quam vulgus chronologorum censet. Sic Transitus Xerxis in Europam in nostris chronologijs charactere Astronomico, ingenti videlicet Solari Eclipsi, destituitur. † Buntingus holet ſie ex Vtopia, oder ex Aethiopia. At Herwarto illa egregiè fauet. Alia relinquo. Etsi autem non simpliciter omnia probem, vt: Quod non Cyrus Magnus, Cambysis pater, Iudaeis captiuitatem Babylonicam soluerit, sed Cyrus Iunior. Is verò Cyrus Manassem abduxerit, et quae huiusmodi sunt: ita posteriorum eius capitum stilus a stilo priorum omnino alienus videtur, et Iesuiticum admodum sapit. Multa tamen sic simpliciter reijcere nequeo. Expecto igitur et quaero tempus, quo sub incudem illa et mea reuocem. Quod si ipse vicerit (·rationes ego audire soleo, et eas quae meliores sunt prioribus, vtut mihi plausibiles fuerint visae, sequor·) certè ingens meae Chronologiae pars concidet. Interea intra sacrum et saxum haereo. Persuaseram mihi ipsi, mea omnia esse longe certissima. Et quidem comparatione cum alijs, cum quibus ijsdem principijs vtor, facta, ab illa mea sententia nondum deficerem. Atqui hic Cancellarius communia nostra fundamenta demolitur. Alſo das Ichs beym a b c wider muß anfangen. Quare, clarissime Vir, Ego in hac sum sententia, vt omnium primò huius Viri scriptum examinetur. Quòd si rectè sentit (·equidem in non paucis ipsum non malè sentire puto·) frustra nos Helisaeo opponimus, vtpote, qui aequè ac ille à vero tramite aberraremus, ille in sinistram, nos in dextram, vel forsan vterque vel in dextram vel sinistram declinantes, neuter verò rectam viam teneret. Quod meas meditationes tibi mitti cupis (·siquidem coràm conferre non datur·) non inuitus sanè consentirem. Sed occasio commoda hactenus non fuit oblata, nec cuilibet eas concredere semper tutum est, praesertim si exemplar sit tantum vnicum, quod casu amissum, restaurari non potest: et, si de internuncij diligentia non satis 37r constet. | Addo et hoc: Multa quidem huius materiae consignaui, sed solidè nihil adhuc conscripsi, sed ex omnibus illis, quae quasi memoriae causa, ne elaberentur, congessi, colligerem quae colligenda forent; eo solo libello excepto, quem aliquando meis Auditoribus (·videlicet Anno

1603. et de qua materia, videlicet quod Christi verus natalis dies toto quadriennio cum quadrante, vsitatam Epocham antecedat, ego in publico Actu, Promotione videlicet 17. Baccalaureorum, die 22. Septembris postridie Matthaei 1602. publicam Orationem habui·) dictaui, et tibi aliquando, cum hîc esses, inspiciendum dedi. Quibus accedit, quod illae ipsae meae meditationes, propter concussa et nimis quassata fundamenta, mihi valdè vacillare videntur. Quare nihil earum publico, vel publicatum meo nomine cupio, priusquam vel victae victoris dominium agnoscant, vel victoriam ipsae reportent. Veritati palma debetur. Idem foret meum iudicium, si tuas meditationes legere mihi contingeret. Etsi enim nos inter nos in plaerisque, vel etiam in omnibus, rationes nostras secuti, consentiremus, Alius tamen nos meliora doceret: ego certè non nostrum consensum, sed rationum certitudinem, pro veritatis norma acceptarem. Nunc quid de hac mea sententia sentias, scire expeto.

De Maculis in Sole prodierunt aliquot libelli, sed mihi tantum duorum facta est hactenus legendi copia, videlicet primi earum obseruatoris Fabricij, editi Witebergae: et prioris libelli Apellis post tabulam latentis. † Caetera hactenus comparare non potui. Ego, et mecum alij hic, easdem crebrò obseruauimus, partim per tubum opticum manè mox post ortum Solis, partim per radium illapsum. Omnium primò obseruauimus has in ☉ maculas die 20. Maij 1612. cum in superiore contignatione Templi Eclipsis ☉ initium expectaremus. Praesentes erant Dominus Hafenrefferus, Dominus Sigwardus, Dominus Zieglerus, et multi ex Studiosorum numero. Ibi duas liquidò vidimus, quas ego eis primo monstraui, maculas, paulo infra centrum, alteram ad dextram, et alteram ad sinistram. Id sicut inexpectatum, ita gratum fuit spectaculum. Mihi, vt pace tua dicam, non quales in terra sunt nubes, sed perpetuata corpora videntur. Nam, quod in matutinis obseruationibus cernitur, ab oriente oriuntur, et in ☉^{lis} horizontalem, aliquanto tamen borealem limbum incidunt, inde versus centrum assurgunt, indies magis magisque eleuatae. Figuram retinent eandem, et statis temporibus redeunt pari quidem forma, impari tamen distantia. Ita vt motus earum videatur regularis, sed diuersis quantitate diuersus. Interdum vnicam vidi, duas crebro, saepius plures, et per radium illapsum interdum 10. vel etiam 14. per totum corpus dispersas. Nec dubito, quin hinc Mercurij sub Sole, velut nigricantis cuiusdam maculae, apparitio originem desumpserit. Ego certè diligenti obseruatione vidi aliquot harum macularum infernè in Solis oram ingressas, paulatim per aliquot dies ascendere, donec tandem ab ora ☉ superiore eum relinquentes, euanescerent. Penè oblitus eram: Oram Solis non perfecta circulari linea terminari, liquidò diuersam tam per eadem, quam per diuersa perspicilla, obseruauimus.

Vidimus enim pariter magnas eminentias et notabiles hiatus, quales in terra sunt montes et valles. Num ergo et Solis corpus, rudis velut terra
† globus est? Certè Lunam terrae esse similimam, prout in disputatione probaui, hae nouae obseruationes, non ad credendum inuitant, sed vt certo asseram, cogunt. Sic ego eum nec in Naturam nec in creatorem Deum, iniuriosum esse dicerem, qui cum veteribus philosophis (·Plutarchi lib. 2. de placitis Philosophorum cap. 30.·) dicat, Lunam, sicut terram nostram circumcirca inhabitari. Sicut huc allusi thesi 96. Disput. de passionibus planetarum, quo loco magis diserte loqui non licuit: sic
150 tamen scripsi: Verisimilimum ergo, quod easdem (·scilicet irradiationes stellarum, quales sunt ☌, ☍, □, △ etc. aspectus errantium, item ortus et occasus tam errantium quam inerrantium stellarum, quos poeticos praesertim heliacos, vocamus·) quoque sentiat. Reliqua per notam etc. transilienda fuerunt.

Tubos perspicillorum nouorum opticos ego duos habeo satis claros, sed per neutrum Iouis Satellites, sicut nec Saturni, conspicari possum, nec hactenus mihi eiusmodi tubus obtigit, qui hanc apparitionem mihi exhiberet. Multò minus Venerem velut Lunam corniculatam, sicut Simon Marius, videre possum. Verum instrumenta illa sunt varia, visus
160 quoque varius, nec cuiuis contingit ex illis optima quaeque sibi comparare. Magna potentia, ingens bonitas, inexhaustae diuitiae Dei, qui singulis seculis sua bona et dona communicat; hoc autem visus adiumentum huic nostro seculo reseruauit. Nec dubium quin alia plura arcana in rerum natura sint recondita, quae tempus (·dies enim diem docet·) quoque reuelabit.

His Te tuosque omnes clementi diuinae protectioni commendo. Actum Tubingae 28. Aprilis. 1613.

Exc. tuae Officiosissimus et Addictissimus

M. Michael Maestlin

170 Intelligo, quod Ill. et G. D. Helmhardus Iörgerus, exemplar mearum
† Ephemeridum, et exemplar Caesarei Apiani, petat: Lubens gratificarer. Sed Ephemeridum mearum vnum habeo exemplar, quo inde à prima editione vtor. Ante pauculos annos ex Bibliotheca Pastoris cuiusdam demortui, alterum redemi filio meo maiori natu. Id sane admodum lacerum, et ob negligentissimam custodiam, atque non liberalem vsum, miserè foedatum erat, **iſt wieſt verſudlet.** Id nonnihil restitutum filio meo tradidi, quem in Mathematis paulatim etiam informo. Caesareum vnicum mihi est, videlicet illud ipsum, quo ipse Petrus Apianus vti fuit
† solitus. Nullum aliud in meas manus deuenit. Nam Vidua Phil. Apiani,
180 ex occulta quadam (·contra me immeritum·) simulatione, omnia quae

superfuerant exemplaria antè vendiderat, quam quicquam reliquorum librorum mihi inspiciendum concederet. Itaque etiam multi alij libri Mathematici, Historici et alij, quorum notitiam ipsa non habuit, quamquam se habere putarat, hinc inde sunt distracti, et miris modis dispersi. Pauculos qui superfuerunt (·res mira, das dis exemplar gebliben iſt·) mihi, sed nimis caro precio, vendidit. Gott wöls Ir verzihen haben. Hisce vale.

Clarissimo et Excellentissimo Viro, Domino Johanni Keplero, Imp: Caes: Matthiae, Ordinumque Superioris Austriae, Mathematico praestantissimo, etc. Domino et amico suo honorando. Lintz 38v 190

652. FRIEDRICH RÜTTEL AN KEPLER IN LINZ

Stuttgart, 1./11. Mai 1613

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 162. Eigenhändig

Edler Ehrenveſter Hochgelehrter ſonders Günſtiger Herr Keppler. Diſer tagen hab ich von einem Lintzer Botten ſchreiben von meinem Brudern Arminio Rüttelln empfangen, in wölchem er nicht allein des Herrn Humanitatem gegen ihme commendirt ſondern auch das neben erbiettung des Herrn Gruß vnnd Officiorum derſelb mich erinnern laßt, forthin nicht ſo geſparſam vber Federn Dinten vnnd papir zu ſein, ſonder mehr alß bißhero beſchehen denſelben scriptis zu Viſitieren. Thue zu forderſten des freündtlichen Salutierens vnnd anerbiettung des Herrn Officien zum fleißigſten bedanckhen nicht weniger gegen dem Herrn mich deßgleichen nach müglicheit anerbiettendt. Dem Herrn habe neben einer Commendation durch Jacobum Vierizium Kayſ: Notarium ſo ſich nacher Öſterreich vmb ein Function zubewerben begeben, nicht vnderlaßen können zuzuſchreiben, vnnd den Anfang zumachen, vnnd wie ich verhoffe ſo wirt dem Herrn ohne zweifel mein ſchreiben nuhnmehr eingeliefert worden ſein, will derowegen eines Responsi vff fürfallende glegenheit mitt verlangen gewertig ſeyn. Es hatt mein bruder mich auiſiert wan ich ihme waß zu ſchreiben, ſolle ich die Brieff allein dem Herrn ſchickhen, derſelbig werde iederzeit wo er anzutreffen dieſelbigen dahin zu verſchaffen wißen. Alſo hab ich nicht vnderlaßen können Ewer Exc: freündtlich zumahl auch Schwägerlich zuerſuchen vnnd zu bitten gegenwertiges mein ſchreiben meinem brudern Arminio nach Carlspach oder wo er ſein möcht ohnbeſchwerdt zukommen zulaßen, Wie auch beygelegtes ſchreiben Herrn Vierizio da er anderſt zu Lintz, oder nach Wien, oder wo er hinzuziehen mitt Ewer Exc: verlaßen haben möcht, zuhanden ſchaffen, ein ſolche erweiſende Freündt: vnnd Schwägerſchafft in andern alle begebende fehl oder in 162

dergleichen widerumb nach müglicheit zuverdienen ſoll vnnd will ich in keinen vergeß ſtellen, vnnd thue demſelben mich zu beharlicher gutter freündt: vnnd Schwägerſchafft, vnnß allerſeitts aber der hayligen Göttlichen Dreyfeltikeit allmechtiger Protection **Trewlich vnnd fleißig bevehlen.** Actum **Stuttgardten** in Musaeo meo. Die ♄. $\frac{1}{11}$ Maij Anno 1613.

Exc: Tuae Ad quaeuis Officia Prompt: et Paratiss.
Adfinis et Amicus

Friderich Rüttell

162v **Dem Edlen Ehrnveſten vnnd Hochgelehrten Herrn,** Johanni Kepplero, **Der Röm: Kayſ: May:** Mathematico. **Der zeitten zu Lintz wohnhafft. Meinem Sonders Günſtigen Herrn Schwager auch Lieben vnnd Gutten freündt zubehändigen. Lintz**

653. KEPLER AN MATTHIAS BERNEGGER IN STRASSBURG

Linz, 3. Juni 1613

Original unbekannt. Erster Druck: Epistolae J. Keppleri et M. Berneggeri mutuae, Argentorati 1672, S. 10–12

S. P. D.

Nobilis et Doctissime vir, amice colende. Ex die 25. Martii, quo die exemplar libelli mei anti Rösliniani per Nautam ad Neüpronneros Ulmam misi, ut tibi transmitteretur, ad hunc usque diem nihil mihi abs te nunciatur. Accepi quidem Heronis opuscula Msc. (sed sine literis; nec indicas pretium datum scribae, ut G. D. Helmhardo Jörger referre possim: is enim est, cui operam hanc praestitisti) Ex die $\frac{16}{26}$. Aprilis salutem mihi apponis in literis Memhardi; ubi verò mentio exemplaris mei? Itaque sollicitus valdè sum, ne mihi perierit opera. Interim et notam unam, seu augmentum unius loci, transmisi per concionatorem nostrum Tubingam euntem, quam non dubito tempori advenisse. Est autem exemplum luculentum usus voculae ὡσεὶ: Nam ubi Lucas dicit μεθ' ἡμέρας ὡσεὶ ὀκτὼ, qui sunt una septimana integra, ibi Matthaeus et Marcus consensu scribunt μεθ' ἡμέρας ἓξ. Cui Exemplo possit adjungi alterum ex Joan. 6. v. 19. Cum navigassent σταδίους ὡσεὶ εἰκοσιπέντε ἢ τριάκοντα.

† His jam literis alterius etiam loci illustrationem benè longam adjeci: quod si jam ultra locum corrigendum processerunt operae, cura ut fini libelli subjungatur.

Rogo autem etiam atque etiam, primo quoque tempore mihi significes, quomodo comparatum sit cum exemplari, et num pepigeris cum Typographo, et ut procedant operae: Literas si non potes celerius aut commodius.., vel postae tradas, simplices quidem et sine infarctu. Dirige Ratisbonam et commenda Magistro postae. Vale. D. 3. Junii an. 1613. Lincii.

654. LUKAS BRUNN AN KEPLER IN LINZ

Nürnberg, 4. Juni 1613 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 230. Eigenhändig

Salutem et servitia. 230

Vix ac ne vix quidem, Excellentissime Keplere potui adduci, ut hoc meo qualicunque scripto Cl: T. compellarem, quippe quem tenuitas, quominus hactenus fieret, saepissime avocavit. Verum cum adessent tandem ex amicis qui T. Exc:[ae] erga literatos, et inprimis artium Mathematicarum studiosos, humanitatem singularem nusquam satis decantarent, et ut facerem, quod vides, calcar adderent: nequaquam ipsis amplius diffidendum censui, imò et spontè in T. Cl: conspectum prodire volui; cum eò ardor ille et amor naturalis cognoscèndi arcana Geometriae, et ut ad speciem transeam, scientiae Opticae nobilissimae, omniumque mirabilissimae, me depellat. Vt igitur cito T. Exc:[ae] mentem meam aperiam; dicam quid sentiam. Helenam illam et custotricem omnium secretorum coelestium Dioptricam scilicet cordicitus amo, eamque vel te proxeneta mihi desponderi cupio. Cum enim tu solus inter omnes artem, illam amandi elapso biennio, eruditissimo et omnium ingeniosissimo illo libello, quem Dioptricen vocas, nobis praescripseris; ad te quoque, suavium hoc impetrantem, confugere oportuit. Verum cum mea imbecillitas studijque novitas faciat, quominus via praescripta ad amasiam hanc contendere possim: T. Exc: [am] summopere rogatam volo, ut pro sua singulari humanitate, hunc meum accessum adiuvare, et quasi compendiaria via monstrare velit, quomodo nempe res aggrediènda sit, ut saltem decupla multiplicatione specilli optici me potiri liceat. Cumque in dedicatione Dioptrices rationes instrumenti ab hominis oculo nexas esse affirmes, de illa connexione, nec non refractionum natura, explicatione quadam largiore me commonefacias. Hoc si feceris perpetuo me tibi servitio devincies, omnesque fructus, quos te praeceptore exinde deportavero, in perpetuum tibi nuncupabis. Vale, Mathematicorum decus singulare, hancque meam petitionem in malam partem nunquam

interpretare, et ex Clarissimo Consultissimoque viro domino D. Georgio Remo S. P. cape, teque valde amantem, responsione dignum iudica. Norimbergae. 1613. 4 Junij.

T. Cl: et Excell: addictissimus servitor
Lucas Brunn

Hîc in aedibus Domini M. Georgii Klein sum inveniendus.

230v Clarissimo et Excellentissimo viro Domino
Johanni Keplero S.ae C.ae M.tis et Ordi-
1 num provincialium Stiriae Mathematico,
Praeceptori et fauitorj suo, iugiter colendo
dentur. Lintz. Inn Oeſterreich, inn der Vorſtatt
zum Weingarten.

655. KEPLER AN MATTHIAS BERNEGGER IN STRASSBURG

[Linz], 1. Juli 1613

Original unbekannt. Erster Druck: Epistolae J. Keppleri et M. Berneggeri mutuae, Argentorati 1672, S. 12f.

S. P. D.

Superveni Memhardo, didicique illum ad te scribere, amicissime Berneggere. Raptim igitur haec addo, quia caetera scripsi non unis literis, ad quae responsum expecto.

Correctio ultima de Lysania et Abilene cecidit infeliciter: si est impressa, ferendum est, sin minus, omittatur. Duos enim habet errores. Falsam affirmat Plinius Chalcidem ad Belum amnem sitam, falsum affirmat Tacitus Belum in mare Judaicum (id est Genesareth) influere. Hoc unum. Strabo errorem detegit in Syriacis. Masyas campus et fluvius Coelesyriae, inter Antilibanum et Berytum. Ejus montana tenent Ituraei, metropolis Masyae Chalcis.

Alter error. Ptolomaeus Mennaeus duxit Alexandram, Antigoni sororem, circa initia belli civilis inter Pompeium et Caesarem. Si ex hoc conjugio natus Lysanias, occisus vero à Cleopatra, prius est occisus, quam alterum Lysaniam, de quo Lucas, gignere potuit.

Ergo omittatur hoc additamentum. Omnium vero lubentissimè scirem an Exemplar salvum sit. De lucro non laboro, modo imprimi possit. Vale. 1. Julii 1613.

656. MARKUS WELSER AN KEPLER IN LINZ

Augsburg, 10. Juli 1613

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 156–157. Eigenhändig

Salue Vir Clarissime. *156*

Cum Galilaeus ad Apellis epistolas copiosè responderit, et ad tuam † sententiam de maculis Solaribus, longè propius quam ad Apellaeam, accedere uideatur, tibi omninò eius scriptionis exemplum mittendum existimaui. Videbis optimum senem, quantumuis in opinionum dissensu, modestissimè cum aduersario agere, nihil dentatum nihil aculeatum animaduertes, quae quo hodie inter scriptores rarior, eo haud dubiè pulchrior laus est. Ego fiduciam ueritatis interpretari soleo. Memini te aliquando mihi in quaestione ponere, An Porphyrius ipse commentarium suum in Ptolemaei harmonica imperfectum reliquerit. Ad quod 10 † quid responderem neque tunc habui, neque nunc habeo; moneo tamen, in nostrae Reip. bibliotheca manuscriptum haberi Ptolemaei harmonicorum libros tres, cum Porphyrij enarratione primi, et septem capitum secundi libri, unde facile colliges an defectus tui codicis aliqua ex parte iuuari possit. Adsunt quoque Aristidis Quintiliani de Musica libri tres, quos fortasse non praeter rem sit Ptolemaeo et Porphyrio adijcere. Vale. Augustae Vind. 10. die Julij 1613.

Tuus

Marcus Velserus mpp.

Dem Edlen veſten vndt hochgelehrten Herrn Joanni Keplero **Röm: Kay: Maieſtät vndt Löb: Oberöſterreichiſchen Ständt beſtelten** Mathematico, **Meinem freundlich lieben Herrn zue Lintz** *1576*

657. KEPLER AN MATTHIAS BERNEGGER IN STRASSBURG

Linz, 12. Juli 1613

Original unbekannt. Erster Druck: Epistolae J. Keppleri et M. Berneggeri mutuae, Argentorati 1672, S. 13–15

S. P. D.

Praeceps occasio, ut semper. Igitur hoc unum. Accepi primam paginam. Jam in portu navigo. Caetera in tua diligentia sunt sita. Si quae putas mittenda Ratisbonam (ibi enim ero cum Caesare, si Deus voluerit) et si commode potes per Prundorfferum, mitte: uti pepigeris,

ita respondebo re ipsa, uti consulueris, ita consultum putabo. De posteriori correctione ita sentio, uti in proximis literis, omittatur illa seu correctio seu additio prolixa. Si tamen nondum eousque processerunt operae, haec caveantur.

† 10 Von Lysania find ich nichts. etc. Pro hoc ponantur. Von Lysania find ich nichts richtigs. Er mag entweder Ptolemaei Mennaei regis Chalcidis und Alexandrae der Schweſter Antigoni ultimi Regis Judaeorum capite plexi, oder deß Ptolemaei Sohn Lysaniae; oder aber Zenonis, ejusque filii Theodori et ut puto nepotis Zenodori Tyrannorum Philadelphiae in confinibus Arabiae Nachkömling geweſt ſeyn.

Dann Abila iſt gelegen jenſeit deß Jordans gegen Jericho über auff Philadelphiam und Batonaeam atque Auranitin, das iſt / auff Ituraeam zu: Wie auß Josepho, Strabone, Plinio, Appiano zuerweiſen.

Vale. Hospites Brandenburgenses me absentem queruntur, opto 20 ipsis adesse et propter abitum laborem maturare. D. 12 Julii. 1613. Lincii.

658. KEPLER AN ODO MALCOTIUS IN BRÜSSEL

Linz, 18. Juli 1613

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 152 v und 154 r. Abschrift

152 v S. P. D.

Literas tuas, Clarissime Malcotj scriptas 11. Decembr. anni duodecimi, accepi Mense Julio anni sequentis. Lator idem erat qui et suasor, Dominus Scillerius. Amplector in Tua Dominat. studium Philosophiae contemplativae, quae Dei sapientiam in operibus ejus nobis detegit. Nec possum mihi non gratularj de Tua de libris meis existimatione honestissima. Utinam et responderet fructus huius lectionis tuo desiderio. Sed et mactas me donis gratissimis, quae sunt specimen tuorum studiorum. Denique et quaestionem adjicis philosophicam, ut omnibus 10 modis gratus sis. De ea quaestione breviter respondebo. Primum atque Galilaeus inventis novis sideribus plura arcana coelestia jactavit, de Solis maculis cogitare cepi; si forsan earum indicio motum aliquem Telluris circa Solem comprobare possimus, tunc nimirum si Sol ipse non fuisset rotatus. Igitur lente convexâ Telescopij optimi, quod habebam ex concessu Electoris Coloniensis p. m. radium Solis excepi, et papyrum in puncto concursus radiorum applicavi, remoto concavo vitro. Sed fulgor immensus radiorum collectorum, et speciei exilitas mihi obsti-

terunt, ut maculas nullas cernerem. Quare curam inquirendi maculas deposui. Assumsit autem eas quidam Fabricius Witebergae, libellumque super hac re vulgavit, mense Junio Anni 1611: quem secutus est Augustanus quidam Anonymus, seu ficto nomine Apelles: quam ad famam ego ad Telescopium redij, ususque utroque vitro, maculas tandem et ipse detexi. Satis tamen diu me latuit, diducenda esse vitra paulò longius. Ex eo varia judicia prodierunt de his maculis, inter cetera verò accurata discussio Galilaei, cuius copia mihi facta est hoc ipso die: nondum † itaque pervolvi. In summa motum seu δίνησιν Solis in suo spacio manentis satis clarè ponunt ob oculos, et qualitate quidem eandem, quam ego tantò ante tradidi in Commentarijs Martis, quantitate verò diversam à conjecturis meis. Illud quidem demonstratio mea requirebat, ut celerius ☉ periodum unam absolveret quàm Mercurius, celerius igitur quam 88 diebus. Et ita rem habere maculae testantur, diebus enim 14 ad summum manent in facie Solis apparente, totidem igitur etiam in latente. Igitur inter dies 25 et 28 versatur una periodus. Sunt igitur reliquae meae conjecturae irritae de triduo aut de unica die convolutionis huius.

Scripsi sub finem anni 1611, quid de substantiâ macularum harum † sentirem, et parum quod mutem, ex posterioribus observationibus invenio. Nimirum non sunt omnes ejusdem omnino celeritatis, nec viam Eclipticae parallelam incedunt. Itaque non haerent in superficie corporis Solaris. Neque tamen absunt ab ea sensibili intervallo. Ex his argumentis, et quia in ipsa facie Solis oriuntur nonnullae, vanescunt aliae, densantur rarefiuntque passim, schematismos permutant sensibiliter, dum una aliâ celerior est, facile colligitur, tale quid esse materiam harum macularum, quale sunt in huius terrestris globi superficie nubes et nebulae motum nonnullum obtinentes in aëre, qui multis partibus à rapidâ gyratione Telluris superatur. An autem ex ignitissimo | illo Solaris 154 corporis titione exspirent atrae hae fuligines, Deus novit: nam analogia ulterius non tutò extendi potest. Maestlinus quidem existimat se visu † indice affirmare posse, corpus Solis non esse rotundum exactissimè; sed puto ipsum opticis fallacijs decipi, et causam vel in instrumento inesse, vel in partium Solis inaequali claritate, de qua etiam Galilaeus monet.

Piferi fixas cum una et altera constellatione ex catalogo mille fixarum † Brahei contuli, invenio inde descriptas: etsi passim occurrunt menda et permutationes numerorum similium aut omissiones.

In Asterismis mecum certat, nam in libro de stella nova Serpentarij, et ego figuram Serpentarij emendavi ad mentem Arati et Ptolemaej, usus † etiam sum eâdem projectione ex centro mundi, sed secundum gradus longitudinis et latitudinis modumque docui. In tabulis majoribus antiqua

peccata admittit, tàm in vitiosis picturis, quam in situ stellarum, quod statim apparet ex pede Serpentarij.

Quatuor libros libellosve habere te scripsisti, addidi quinto loco Mysterium Cosmographicum. 6. De Stella nova Serpentarij. 7. De Natali Christi. 8. Narratiunculam. In reliquis non suppetunt exemplaria, ut 9. Opticorum. 10. Epistolae de Eclipsi anni 1605. 11. De Mercurio in Sole. 12. Fundamenta certiora Astrologiae. Et tria germanica sunt: 13. De Cometa anni 1607. 14. Defensio libelli de Stella contra Röslinum. 15. Tertius interveniens, seu de sanis Astrologiae gemmis Philosophicis contra Feselium. Accedit jam 16. Defensio libelli de natali contra Röslinum. Haec Francofurto possunt haberi.

Ptolemaeum Graecolatinum cum typis aeneis et notis Montani, interprete Mercatore, si tolerabili precio in Belgio comparare posset Dn. Tua, exemplarque ad D. Scillerium mittere Ratisponam: apud eum ego precium refundam. Venit hîc caro, puto non infra 7. florenos: in praesens exemplar nullum reperitur.

Haecce rogo Ex. D. Tua bonj consulat. Vale Lincij 18. Julij anno 1613.

V. Ex. T. Officiosus

J. K.

659. KEPLER AN DIE STÄNDE VON OBERÖSTERREICH

[Linz, 25. Juli 1613]

Linz, Landesarchiv, Landschaftliches Archiv, Akten: 1613 Juli 25: D XIII 4. Eigenhändig

Ehrwürdige Wolgeborne Herrn, auch Edle vnd
Geſtrenge etc. Gnädige vnd gebiettende Herrn.

E. Gn: berichte ich gehorſamlich, das jre Kay: Mt. durch dero Obriſten Camerern etc. mir dero allergnädigſte mainung anzaigen laſſen, das ich nämlich an jetzo mit dero Hoffſtat, mich nach Regenspurg begeben ſolle; in maſſen mir dan als einem jeden mitraiſenden auch vier Monat an meiner Kay: beſoldung außzahlt worden.

Weil dan diſe raiſe zu zierung meiner profession gedeiet, in dem jre Kay: Mt. in dero ausſchreiben des Reichstags, vnder andern auch der vnglaichhaitt der Zeitten vnd feſttägen gedacht, dahero wie hievor, alſo vermuthlich auch jetzo allerhand nachfragen wegen des Calenderweſens fürfallen möchten.

Nebens aber ich nit allein meine von Einer Löbl: Landtſchafft anbefohlene studia auch aldorten zu Regenspurg für mich ſelbſt vnd durch meinen studiosum zu continuirn glegenhaitt habe: ſondern auch denen Herrn vnd Landtleütten, oder junger Herſchafft, ſo auß diſer provincz mit jrer Mt. Hoffſtatt nach Regenspurg khommen vnd alda ſich auffhalten möchten, nach jedes glegenhaitt vnd begehrn mit meinen

studien vnd in andere wege gehorſamlich vnd müglichſten vleiß zu inservirn erbiettig bin.

Als gelangt an E. Gn: mein gehorſames bitten, die wöllen jnen diſe abſenz nit zuwider ſein laſſen, wie ich dan mit erſter jrer Kay: Mt. Allergnädigſter erlaubnuß mich alhie bey E. Er: Landt: dienſten, vnd hinderlaſnen Kindern wider einſtellen will. E. Gn: mich gehorſamlich empfehlend.

E. Gn: Gehorſamer Mathematicus

Johan Kepler

An die Ehrwürdige, Wolgeborne, auch Edle vnd Geſtrenge Herrn N. N. einer Löbl: Landt: des Ertzhörtzogthumbs Öſterreich ob der Ens, Herrn Verordnete.

Johan Kepplers Mathematicj gehorſames angelangen.

Praesentat: den 25. Julij Anno 1613.

Kanzleivermerk: Fiat, doch ſoll ſich Supplicant ſo ehiſt ſo müglich widerumb in ſeine Dienſt einſtellen. Den 25. Julij 1613.

660. MICHAEL MÄSTLIN AN KEPLER IN LINZ

Tübingen, 25. Juli 1613 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 39. Eigenhändig

Salutem in Christo Domino nostro plurimam precor. Clarissime Vir, Domine et amice honorande. Literae tuae postremae melius fatum, quam priores, vt et meum proximum responsum, tulerunt, datas enim à te die 29. Junij ego 12. Julij accepi. Quid Copernicus Basileae agat scire non possum, nondum enim vllum, quod demiror, responsum accepi. Obtuli Typographo erratorum meam consignationem, obtuli etiam exemplar, quod ex Apiani p. m. Bibliotheca filio meo redemeram, à me sicut et meum exemplar correctum, ex quo noua editio describeretur, nulla cum ipso facta pactione, nisi vt exemplar meum mihi restituat, quam pactionem tamen disertis verbis non expressi, eam reseruaturus donec id exemplar exposcat. Quia autem Typographus nihil respondet, dubitare necesse habeo, an epistola ipsi fuerit reddita, vel anne post festum, editione iam absoluta, venerim. muß alſo beſorgen es ſeye mein vnd Vrsinj tui, vel nostri, mühe vnd arbeit in bronnen gefallen.

Quae de Rhetici Narratione, et tuo Prodromo adiungendo scripsi, eo animo factum non est, vt vel Typographo non petenti obtrudantur,

nec etiam vt Gruppenbachiani aliquâ iniuriâ molestentur. Sed quia noueram, Rhetici Narrationem iam ante aliquot plures annos in editione Basiliensi fuisse appositam, qua tamen editione nihil erratorum primae editionis (·quibus ea plurimis, contra Rhetici mentem scatet·) fuisse emendatum: facile autem conijcere possum, Typographum eandem Narrationem, vtpote quae ad obscuriora in Copernico loca melius intelligenda plurimum conducit, haud dubiè denuo appositurum esse. Idcirco praemonere volui, vt eam correctiùs ederet, descriptam ex correcto exemplari, quorum cum nullum aliud sciam, quam quod Prodromo tuo adiunctum est, suasi vt illo vteretur. Atque eadem occasione tui illius Prodromi facta mentione, existimaui, non absonum fore, si idem adderetur, praesertim propter diuinam (·rectè me dicere censeo, Diuinam·) quinque Corporum Regularium cum Orbibus siue Systemate Coelestium Corporum Harmoniam, quam, quoties in eam speculationem descendo, cum veneratione Diuinae Sapientiae demirari satis non possum. Verum quia tibi de Prodromo aliud videtur, ego ex causis à te allatis facile etiam subscribo. **Das werck würde zu groß vnd zu weitläuffig werden.** Sed de Rhetici Narratione res in potestate nostra liberè sita non est. Addita et edita iam olim fuit Basileae cum Copernico, eandem vt Typographus repetat, penes ipsum est. Consultius tamen esset, si ea Narratio emaculatior quam olim ederetur. Alioqui in Gruppenbachianos (·quod obiter scribo·) nulla iniuria metuenda fuisset. **Die Sach ſtehet mit jnen** (·Philippum dico, cum coniuge, qui cum minorennibus liberis solus superest·) **nicht wol, wegen ihres ſeltzamen vnd ärgerlichen weſen vnd Haushaltens** Iure ciuitatis Academicae releuatus est, etc. **Die Truckerey ligt gantz darnider.** Ipse Philippus Gruppenbachius cum coniuge (·cum qua aliquandiu non cohabitauit, vel cohabitare potuit·) discessit Schorndorfium, **was ſie ietzt thun**, nescio. Sed haec, vt dixi, obiter.

De Röslinano tuo scripto miror et ego fatum, **wölte doch hoffen, es were vnder kein Eyß gangen.** Nisi quod locus vbi excudendum foret, mihi suspectus est. Ego vt Argentorati imprimeretur non consuluissem, D. Röslinus **iſt daſelbſten zu wol bekhant**, ideo eius fautores facili occasione remoram interponere potuissent. Fortius ergo vt urgeas vel editionem, vel restitutionem tui scripti, opus est. **Er iſt ſonſt ein gutthertzig Mann**, sed primò conceptae opinionis nimis tenax, ideo vt se euoluat vndique quascunque rationes colligit, **es were beßer, er ließe ſich weiſen.**

De Chronologico nostro studio tu me nonnihil erigis. Catalogum veterum Chronicorum errorum Herwardus indicat, quem virum etiam propter ingentes labores et industriam miror et veneror, **ſonderlichen dieweil er ein trewhertziger Herr iſt**, quod ex humanissima compellatione, cum hâc transiret, et ex epistolis beneuolentia plenis ad me datis intelligo.

Verum etsi nondum omnia eius simpliciter probem, magna tamen meorum numerorum chronicorum pars nondum erecta est, praesertim eorum, de quibus proximâ epistolâ scripsi. Argumenta ipsius valida sunt, et multum apud me ponderis habent. Caetera, praesertim quae capitibus posterioribus sunt, mihi parum obstarent, **darauf ich auch jhme** in meo ad ipsum responso **angedeüttet hab.** posteriora capita non ab ipso, sed ab alio nescio quo compilata videntur, stilum certe priorum capitum non sapiunt. Sed de his alibi.

De maculis in ☉ magis magisque turbor. Multum me mouet, quod scribis de diuisione vnius in plures, et coalitione plurium in vnam, etc.

Hac ipsa hora cum obseruarem Solem orientem, vidi has maculas, sicut hîc extrà vides cuiusmodi nunquam ante. Et ora ☉ propemodum circumcirca eminentias et hiatus habet. **iſt recht zerkerfft.** Cuiusmodi ante hac non solus ego, sed et alij mecum pari modo eadem limbi parte similiter obseruarunt. **Aber es iſt ſchier gut diſer** obseruationum harum macularum **müßig gehn,** quia maculant visum. De Lunae inaequalitate quae scribis, me magis confirmant, praesertim in ijs quae in Disputatione scripsi, quod exterior luminis limbus referat nostrum aerem illuminatum, ipsum verò corpus Lunare tam perfectè rotundum non sit. Eos montes in Eclipsi Solari die 20. Maij 1612. non animaduerti. **Ich hab zwar dazumal dahin nicht gedacht.** contentus fui quod maculas illas in ☉ viderem, alijsque spectatoribus monstrarem. Ita omnino existimo, quod ☿ tempore Caroli Magni, et nigricans illud Copernici, et qui aliquando tibi videbatur ☿ius, fuerint hae maculae. Sed de his aliàs. Certè multa in Natura sunt, de quibus nec nos nec alij vnquam cogitauimus.

De libris petitis indagandis lubentissimè laborarem, sed eos comparandi nulla spes mihi affulget. Hisce clementi protectioni diuinae nos commendo. Salutem tibi scribere iubent Collegae Facultatis nostrae, sicut etiam D. D. Faber. Vale cum tuis felicissime. Domino Beniamini Vrsino nostro rogo meo nomine plurimam salutem dicere velis. Actum Tubingae 25. Julij S. V. 1613.

E. T. Officiosissimus

M. Michael Maestlin

Clarissimo et Excellentissimo Viro, Domino Johanni Kepplero, Imp: Caes. Maiestatis, Ordinumque Superioris Austriae Mathematico praestantissimo, etc. Domino et amico suo honorando. **Lintz** 399 v

661. FRIEDRICH RÜTTEL AN KEPLER IN REGENSBURG

Stuttgart, 25. Juli 1613 (a. St.)

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 164–165. Eigenhändig

164 Edler Ehrnveſter Hochgelehrter demſelben ſein yederzeitt mein guttwillig Schwägerlich dienſt vnnd gruß neben wünſchung aller Glücklicher wohlfahrt bevor, ſonders Günſtiger Lieber Herr Schwager. Deßelben ſchreiben sub dato Lintz 11. Junij habe ich den 25 eiusdem von Herrn Vieritzen wohl vberlifert empfangen vnnd nicht allein auß ſelbigem gern ſonder auch Herrn Vieritzen Mundtlicher Relation vernommen, das der Herr Schwager ihne meiner Commendation würcklich vnnd fruchtbarlich alſo hab laßen genießen, das er ſelbiges nicht gnugſam rhüemen, oder gegen dem Herrn zuverdienen wiß, weil ſich der Herr ſchwager nicht allein vilfeltig ſeinethalben bemühet ſonder auch ihme alle guttwillicheit Ehr vnnd freündtſchafft erwiſen, deßwegen dan vnnd ſonderlich auch das der Herr Schwager meinem brudern Arminio ebenmeßige freündt: vnnd Schwägerſchafft erwiſen vnnd ihme ſolche glegenheitt an die Hanndt gegeben, thue ich mich zum allerhöchſten meines theils bedanckhen vnnd neben das ieder für ſich ſelbſten daßelbig ohnzweifenlich erkennen vnnd nicht in vergeß ſtellen wirt, will auch ich in anſehung der Herr Schwager mir ſolche freündtſchafft ſelbſten erwiſen, daßelbig danckbarlich zubeſchulden, vnnd nach müglicheit zuverdienen nicht vnderlaßen, neben dienſtſchwägerlichem bitten derſelbige wölle ſie beede angefangner maßen ihme auch in künfftig in meliori forma laßen befohlen ſein. Vnſers Gnädigen Fürſten vnnd Herrn Thema ex nouo Calculo wartte ich mitt verlangen, auch mir die loca Planetarum natiuitatis meae ſonderlich ♃ vnnd ♂ alß Dominorum mortis vnnd Veneris Dominae Medij coeli, significatricis Coniugij, et Dominae Geniturae, Item secundae Domus, wol wünſchen möchte. Ex Progymnasmatis Tychonis reimpt ſich kein Obseruation ♀. So kan ich auch noch der zeitt, auß des Herrn ſchwagers Commentario de motu ♂ absque tabulis nicht fortkommen, oder motum ♂ calculieren. Des Herrn Schwagers Opticam kan ich mir nicht aigen bekommen, wills von Maestlino enthlehnen, dan ich vnſern Bibliopolis ettlich mahl memorialia gehn Franckfort geben, ſie habens aber ihrer ſag nach, vnnd ich alß ich zu Straßburg faſt in allen buchläden nachgefragt, nicht bekommen können: vnnd hab ich deß Herrn ſchreiben nach wohl erfahren wie gar vngleich die obseruationes Eclipsium mitt ein ander vbereinſtimmen, vnnd wie wenig ihnen zutrawen, wan nicht per multitudinem obseruationum variarum Eclipsium ex varijs locis, ie eine die ander confirmieren oder reformieren müeſte, dan die obseruatores ſo gar vngleich vnnd ettwan ohnfleißig ſein non curantes unum aut alterum scrupulum, wölches hernach ein große differentz macht. Aber wie dem, wan ich allein Proximiores aliquot obseruationes Eclipsium diuersis locis habitas ſehen vnnd mitt theils Maestlini theils meinen (·denen ich ſelbſt absque collatione anderer obseruationum noch nicht trawen oder deren gewiß confirmiert ſein kan·) conferieren könte, beſchehe mir nicht ein geringes annemlich gefallen. Von Nouis weiß ich nichts ſonders, iſt

ſonſt bey vnß allerdings ſtill, wie ſich der Reichstag anlaßen will in tam infaelici et contraria constellatione ♄ . ♃ et ♂ item ☿, das wirt die zeitt geben, er iſt eben gar zu einer widerwertigen Constellation angeſtellt worden vnnd iſt zubeſorgen, wie die superiores Planetae im himmel, alſo werden auch die vff erden gegen ein ander affectioniert ſein, der ♃ will eben in detrimento gar vbel beſtehen | weil ♄ ſein *164v* Cloſter eingenommen, vnnd ihme den advocaten vnnd hencker an die ſeitten geſtellt, die in ſollen lehren ſchwezen, es ſeyen iezo per ♃em die Catholiſchen oder per signum ♍ die Calviniſten zu verſtehen, der ☿ hatt eben ſtarcke beyſtendt. Gott wende es zum beſten zu beeden theilen. Schicke dem Herrn hiemitt ettliche Obseruationes ſo mir erſt heütt ohngefahr zugeſtanden, vnnd von Wolffgango Rieger zu Würzburg obſeruiert worden. bitt dieſelbige zu examinieren vnnd mir ſein judicium darvon zukommen zulaßen. Ich hab eben iez nicht der weil.

Obseruationes factae per Wolffgang Rieger Wirzburgi Anno 1564.

		Sinus Rectus	Sinus Versus	Distantia	
Inter	♃ et ♄	200 —	3158—	3.37.	Locus Cordis Leonis
	♃ et ♀	500 —	837 —	30.50.	sumitur cognitus in
	♄ et ♀	500 —	1110—	24.14.	23°. 32′ ♌.
	♀ et ♂	500 —	2066—	13.25.	Estque haec obser-
	♃ et ♂	500 —	1945—	14.24.	uatio peracta die
	Cor ♌ et ♂	1000—	1400—	35.32.	Exact: 10. Maij hor: $9\frac{3}{4}$ qua-
	Hirc: et ♂	1000—	1277—	38. 3.	si à Meridie per
	Caput II seq: et ♂	358 —	4000—	5. 6.	Radium Astronomi-
	Caput II et Cor ♌	1000—	1336—	36.49.	cum.

Die 20 Maij horis $9\frac{1}{2}$ postmeridiem ut sequitur
Locus Cordis ♌ notus 23°. 33′.

				Sinus Rectus	Sinus Versus	
Inter	Cor ♌	et	♃	1000	2882 —	19°. 7′
	Cor ♌		♄	1000	2270 —	23 . 45.
	Cor ♌		♂	1000	1760 —	29. 35.
	Cor ♌		Lucid. in collo. 8°. 15′			

		Gr:	Min:
Inter	♀ et ♂	— 7.	56.
	♃ et ♄	— 4.	20.
	♄ et ♂	— 5.	50.
	♃ et ♂	—10.	17.

Die 25 Maij Hor: 9. à Meridie distabant

	G.	M.
♃ et ☿	13.	12.
♃ et ♄	4.	48.
♄ et ☿	8.	30.

Die 29. Maij Hor: 10. p.m. diligenter.

Inter	♄ et ♂	1°.	24′
	♂ et ☿	3.	0.
	♄ et ☿	4.	18.
	♄ et ♃	4.	57.
	Cor ♌ et ♃ 600	1857 . \	17°. 52′.

31. Maij Hor: 10. p. m.

			Rect.	Vers.
Inter	♄ et ♂	0°. 46′	uel 53	4000
	♂ Antec. et ☿	2 . 32.		
	♄ Seq. et ☿	2 . 3.		
	♃ et ☿	7 . 20.		
	Cor ♌ et ♃	17 . 19.	1000	3208

11. Junij Hor: 10. post.

Inter	♃ et ☿	1°.	22.
	☿ et ♂	1.	50.
	☿ et ♄	5.	15.
	♃ et ♄	5.	45.
	Cor ♌ et ☿ 1000	3222 ./·	17.13.

14. Decembris 1564. hor: 6. manè

	Sin. Vers.	Rectus	Distantia
Inter Cor ♌ et ♄	4000	500	7°. 7′

Die 18. Decembris hora 6. manè

		Rectus	Versus	Distantia
Inter	Cor ♌ et ♄	500	4000	7°. 7′. 30″
	Jubam et ♄	724	4000	10. 15.
	Cor ♌ et ♃	1000	3652	15. 17. 14
	♃ et ♄	1000	2441	22. 15. 10

Aliter

Inter	Cor ♌ et ♄	400	3150	7. 13. 9
	Cor ♌ et ♃	500	1856	15. 3. 54
	♃ et ♄	600	1460	22. 20.

Anno 1565. 14. Januarij Hor: $9\frac{1}{4}$ p. m.

Inter	Cor ♌ et ♃	14°.	0′
	Cor ♌ et ♄	9.	8.

20. Januarij 1565. hor: 3. mane

Inter	Cor ♌ ♃	13.	10
	Cor ♌ ♄	9.	26

21. Januarij Hor: 6. mane		25. Maij Hor: 9. p. m.	
Inter	Cor ☌ ♃ 13°. 10	Inter	♃ et Cor ☌ 7°. 38
	Cor ☌ ♄ 9. 42		Cor ☌ et ♄ 10. 56
	♃ ♄ 22. 40		♃ et ♄ 1000 | 3003.

Et haec de Obseruationibus. **Ich wolt das ich dergleichen könt haben** circa meum tempus Natiuitatis **die da juſt weren.** [1]

Ad labores Veneris **wünſche ich dem Herrn ſchwager vil glücks halt wohl darfür** 110 *165*
es werde nicht vil krumbs bedörffen, dan die Personae Faemineae faciliores exoratu, **vnnd zu compeſcieren alß** Viri Martiales **ſein, ſo würt auch zweifels frey derſelbig ſeines** Studiosi **hilff darzu nicht bedörffen ſonder nuhnmehr ſovil ſelbs gelernet ein ſolches allein zuverrichten, weil es ein** Amicabile **vnnd** Aspectabile Sydus **iſt, ſonderlich bey nacht etc. Hiermitt ſey der Herr nicht allein von mir ſonder auch meinem Vattern Doctorn** Philippo Rüttellio **freündt: vnnd ſchwägerlich gegrüeſt.** Dabam celerrimo calamo. D: ☉ in festo Jacobj Anno 1613. Stutgardiae.

Des Herrn Schwagers jederzeitt dienſtwilliger
vnnd gefliſſner

Friderich Rüttell H. W. et Mathematicus mpp. 120

Dem Edlen Ehrnveſten vnnd Hochgelehrten Herrn *165v*
Johanni Kepplero, **der Römiſchen Kayſ: Mayt: vnnd dero löblichen Landt-Ständt in Öſterreich ob der Ennß beſtelltem** Mathematico. **Meinem inſonders Günſtigen Lieben Herrn Schwagern. Aniezo zu Regenspurg zuerbrechen. Regenspurg**

662. SIMON MARIUS AN KEPLER IN REGENSBURG

Ansbach, 16./26. August 1613

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 150–151. Eigenhändig

S. P. *150*

Excellentissime atque Doctissime Domine Keplere, inter Astronomos Europaeos hodierno tempore celeberrime: Tuae literae superioris anni, sub finem ejusdem recte ad manus pervenere meas: Ijsque visis et lectis mirifice sum delectatus, inprimis quod à te tanto artifice veniebant, tum etiam quod res in ijsdem continebantur mihi gratissimae. Saepissime ad illas respondere proposuj, verum nescio quo fato hactenus illud à me intermissum fuit. Quando tuae vltimae hisce diebus à D.D. Johanne Melchiore Wolfhardo etc. mihi tradebantur, statim ad priores re- †

7) illos

sponsum dare cogitabam: Verum illae à me sunt adeò bene custoditae, ut eas jam reperire nequeam: Non sunt amissae, sed seorsim singulari studio sepositae, ne inter reliquas literas forsitan amitterentur. Quantum autem recordor prior et major pars illarum continet excusationem et explicationem vberiorem eorum, quae ad marginem in tua Dioptrice erant apposita. Acquiesco sane in illis, quae à te sunt allata. Verum † optime Domine Keplere hoc scito, literas illas ad Dominum Odontium datas, non eo animo à me esse scriptas, ut publici juris fieri vellem, sed priuatus priuato, quod tunc temporis erat meum propositum, bono animo detexi. Verum si sciuissem eas perventuras in manus tuas, utpote viri ingenio subtilissimo et acutissimo praediti, longe aliter eas informassem, sed abeant ista. Postea descendis, ni fallor, ad controversiam, quae adhuc est inter Astronomos, videlicet de mobilitate terrae et quiete Solis, et è contra: Asserisque, si recte memini, ne literam quidem contineri in sacris, quâ physica doceantur, id quod apud me adhuc est valde ambiguum; at quoniam in praesentj non occurrit aliquod simile dictum, in medio relinquo. Hoc saltem ex te quaero (·ignoscas importunitatem·) an primum caput geneseos non physica doceat? Nam in eo capite habetur adhuc aliquid, quod nullâ ratione, ut opinor, cum mobilitate terrae conciliari potest. Caeteroquin ego plane admiror tuas diuinas et stupendas adinventiones quas in Commentario de motibus Martis publi-
150 v castj, et verè te virum et Astronomophysicum praestitisti. Non ego [1] is sum, qui simpliciter negem, me vnquam in Astronomiam Aristarchicam consensurum esse, sed hoc saltem dico, nondum omnes scrupulos mihi exemtos esse. Praecipue autem locus quidam primi capitis geneseos me plane dubium facit, et nisi is sufficienter mihi fuerit declaratus, nulla † ratione à mea et Tychonis opinione discedere potero. Illud enim caput plane aliud systema mundanum tradit, quam fert ratio Copernicana. Postea arripis obseruationes meas in motibus quatuor Jouialium circulatorum, quos motus sui aequalitate centrum Jouem, et per consequens etiam Solem respicere deprehendj, et infers vel hinc satis constare Solem non tantum planetarum, sed et totius vniuersitatis centrum existere, id quod nuper etiam Clarissimus Vir, Dominus M. Maestlinus, Praeceptor olim tuus, in quadam Epistolâ ad me repetijt, idemque Galilaeus in suo nuncio sidereo maximi argumenti loco habet. At pace tua dixerim, licet logicus non sim, videtur tamen mihi plus comprehendj in conclusione, quam praemissae habent: Non enim sequitur: Jupiter cum suis asseclis quatuor respicit Solem tanquam centrum: Ergo Sol est centrum totius Vniuersitatis. Imo ego existimo, hunc (·hujus Mundi Jouialis extraneus ambitus continet ad minimum 88000 milli:germ: communia, prout in † meo Mundo nouo Jouiali probabiliter conjicio. Non spernenda certe

amplitudo·) mundum Jouialem refragari opinioni Copernicanae. Scis etenim Doctissime et Eloquentissime Domine Keplere, vel hoc vnicum Rothmannum Tychoni objicere solitum, scilicet motum tractionis in coelo, ut ex pluribus Epistolis in libro Epistolarum Tychonis patet. † Quod igitur in parte fit siue in Jouiali mundo, cur illud in toto siue in mundo Solari improbemus, ut ita Jupiter sit quasi alter Sol, et quemadmodum Jupiter est mobilis, quod negari non potest, et nihilominus suos asseclas quatuor secum circumfert, ex naturali concomitantia (·vt verbo Tychonis vtar·). Ita Sol angustissimum circuitum circa terram † faciens; excepta Lunâ, secum circumferat quinque suos satellites ♄ ♃ ♂ ♀ 60 et ☿. Praeterea hae meae obseruationes nullatenus pugnant cum generali hypothesi Tychonis, prout ipsemet facile intelligere potes, ut cui ea est notissima. Nunc ad reliqua tuarum literarum responsurus eram, verum tabellarius jamjam abiturus est, ideoque hic praeter voluntatem mihi finiendum est, ut saltem aliquid ad te mittam: sed in proximis caetera persequar, nisi forsan coràm de his et similibus nostrum studium concernentibus conferendj occasio dabitur. Rumor enim apud nos est, Comitia Noribergam transferenda ob pestem Ratisponae grassantem: Quod si fit, breui, Deo volente, tecum ero, vel tu mecum hîc Onoldi, vel | vtrumque. His Optime et Doctissime Domine Keplere vale, et 70 *151* sincere mecum age, id quod profectò à me etiam fiet: nunquam nisi honestissime de te sensi, faciamque inposterum, ut intelligas te cum homine germanici Candoris rem habere. Dabantur Onoldi die $\frac{16}{26}$ Augustj Anno 1613.

T. Exc: obseruantissimus

Celeberrimo et Doctissimo Viro, Domino Johanni Keplero, Mathematico Caesareo, Amico plurimum colendo. Simon Marius *151v*

663. KEPLER AN KAISER MATTHIAS

[o. O. 1. Oktober 1613]

Wien, Haus-, Hof- und Staatsarchiv, Gr. Korr. 25, Bl. 1–2. Eigenhändig

Allerdurchleüchtigiſter Röm: Kayſer, *1*
auch zu Vngarn vnd Böheim König.

Allergnädigſter Herr. Das E. K.Mt vor zwayen Monaten dero nit zuwider ſein laſſen, meinem Notleidenden vnd Leibarmen Brudern die begehrte provision im Cloſter Ammerbach allergnädigſt widerfahren zulaſſen, ſag E.K.Mt ich an ſein ſtatt gehorſamiſten groſſen danckh.

58) suas 72) honestissimi

Wan aber E.K.Mt diſe bewilligung dahin bedinget, wafern supplicant der Römiſch Catholiſchen Religion beygethan, vnd ſich deſſen, was ich hie fürgeben, auch anderwertz glaubwürdige Vrkunden finden werden

Als gelangt abermahl an E. K.Mt mein gehorſamiſtes inſtendigliches bitten, die gerhuhen dero Hetſchier Obriſten Herrn von Trautmansdorff, oder ad beneplacitum auch dero Leibtrabanten Hauptman, Herrn Graven von Manßfeld, in ſonderhaitt aber auch den Herrn Obriſten von Mörſpurg, als vnder wölchem der supplicant in Vngarn gedient, zubefehlen, das ſie bey dero vndergebnen, die ich jnen benennen wolte, ditz orts glaubwürdigen bericht einziehen, vnd E.Mt fürderlichen einraichen, † damit entlich dem armen supplicanten mit wöllichem es täglich erger würt zu hülff kommen, vnd die jme von E. Mt allergnädigſt vermainte Gnad würckhlichen vollnzogen werden möge. E.K.Mt mich gehorſamlich empfehlend.

E. K. Mt

Allervnderthänigiſter vnd gehorſamiſter

Mathematicus

Johan Kepler

2v An die Röm: Kay: auch zu Vngarn vnd Böheim Königliche Mt etc.
Johan Kepplers Mathematicj an ſtatt ſeins brudern Hainrich Keplers hinterlaßnen Leibtrabantens flehenliches supplicirn.

Kanzleivermerk: praesentiert 1 Octob: Wayl einkommen das der Supplicant catholiſch iſt es außzuferttigen wayl es vff diſe condition hieuor bewilliget.

664. OKTAVIUS PISANI AN KEPLER IN LINZ

Antwerpen, 5. Oktober 1613

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 86–87. Eigenhändig

86 Charissime Domine Keplere Doctissime Vir,

Audax uideor tibi, qui audeam ignoto scribere, sed si ego tibi ignotus, tu mihi notissimus, tua enim opera in motu Martis, et optica quocumque peruagantur quemcumque doctum sortiuntur, illico amicum sibi acquirunt, nemo enim uirtutis studiosus tua scripta legere, et non te amare potest, est uirtus uirtutis amicos ignotos coaceruare, et me coaceruatum scias tuis amicis, et praecipuè cum te amicum nostri Galilei agnoscam, à quo die hesterno litteras accepi, uerè Galileus est coelestis Americus, qui in coelo noua sydera, et praecipue Medicea

inuenit, ego autem theoricam motus syderum Mediceorum delineo circa Jouis regale iubar Satellitij instar in epicyclo Jouis.

Ego construxi nouum modum delineandi totum globum in plano in uno circulo, et sic cartam cosmographicam construxi nouam sane, ac nulli ante uisam, uelim scire tuam opinionem, quam ut magistram correctricem expecto. Cum primum his litteris respondes tibi mittam.

Construxi Astrologiam planisphericam, qua omnes motus tum in longitudine, tum in latitudine simul delineo, simile opus Petrus Appianus Carolo quinto inscripsit, si placet tibi mecum inire amicitiam, et per litteras comprobare tibi mittam librum, et meum Mappamundum (ut ita loquar).

Quaeso ut tuae uirtutis est noli obliuisci harum litterarum responde, et tunc initam amicitiam credam, et meam seruitutem non inutilem agnosces. Vale Antuerpiae die 5.to Octobris anni 1613.

Tui, et tuae uirtutis studiosissimus et addittissimus

Octauius Pisani

Charissimo Domino Doctissimoque uiro *87v*
Domino Joanni Keplero Sacrae Caesareae
Maiestatis Mathematico dignissimo. Pragam

665. OKTAVIUS PISANI AN KEPLER IN LINZ

Antwerpen, 7. Oktober 1613

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 88. Eigenhändig

Charissime Domine, ac Doctissime Vir D. Keplere, *88*

Ausi scribere, rursus audeo, tanto tuae uirtutis amore flagro; tres litteras misi, sanè infoelices, nullae enim obtinuerunt responsum, forsitan non peruenerunt ad tuas manus, uellem scire, quo te crebris epistolis salutare possem, et quid tibi praestare possem, quo mei animi beneuolentiam factis demonstrarem, tua enim scripta de motu Martis merentur omnium uirorum amorem doctorum, quaeso ut tuae uirtutis est responde ac mutuis litteris amicitiae foedus firma, Multis enim te uolo circa Hypotheses Astronomicas, et praecipue circa phoenomena noui perspicilli. Alio autem modo perspicillum construere molior, nempe duobus oculis aptatum, multos enim scio, qui cum diutius uno oculo inspicere commorantur, ferè, ferè inquam altero oculo caligant, tu uero, qui optimè in tua optica perspicilli rationem doces, quaeso responde quid sentis, Symmetriam enim seu praxim construendi non

inuenio à te traditam, Quod si respondes plura tecum conferenda aperiam, Vale, die 7.° Octobris anni 1613, Antuerpiae.

Tui studiosissimus addittissimusque

Octauius Pisani

88v Charissimo Domino, Doctissimoque viro
Domino Joanni Keplero Sacrae Caesareae
Maiestatis Mathematico dignissimo.
Herrn Johan Keplern zue Linz

666. KEPLER AN KAISER MATTHIAS

[Regensburg, 17. Oktober 1613]

Wien, Hofkammerarchiv, Familienakten K 65. Eigenhändige Unterschrift

Aller Durchleuchtigiſter Großmechtigiſter
Röm: Kayſer, auch zue Hungarn vnd Böhaimb König.

Aller Gnedigiſter Kayſer vnd Herr, E.Kay: Mt ſolle Ich hiemit Allervnderthönigiſt nit verhalten, Wie das Ich mich auß ſonderer ſchikung Gottes, mit zeittigem rath, auch vorwiſſen vnd Consens, der nechſten Freundtſchafft, vnd vorgeſezter Obrigkeit, zu der Ehrn Tugenthafften Jungfrawen Suſanna, weylandt Hannſen Reüttingers, geweßten Burgers zu Eferdingen, vnd Barbarae ſeiner Ehelichen Hausfrawen, baider ſeeligen Eheleiblichen hinderlaßnen Tochter, ſo von der Wolgebornen Frawen Eliſabeth, Frawen von Starenberg, auf Eferding, gebornen Vngnadin, Freyin etc. in die zwelff Jahr aufferzogen worden, bis aufs Prieſters Hand, ehelich verſprochen, vnd den Chriſtlichen Kirchgang auch Hochzeittliche ehren frewd, auf ſchieriſt künfftigen acht vnd zwainzigiſten, oder Neün vnd zwainzigiſten
† iezlauffenden Monats Octobris, im Stättlin Eferting zuhalten angeſtellet.

Wann dann E:Kay:Mt vnd das gantze hochlöbliche Hauß Öſterreich, in höchſt rhüemblichem Brauch erhalten, das Sy dero getrewe würkhliche Diener, in dergleichen fällen, mit beſondern milten gnaden zu begeben pflegen.

Als langt hiemit an E.Kay: Mt mein Allervnderthönigiſt bitten, Sy geruhen dißem Gottſeligen Standt zu ehren, mir aber, als nunmehr in die Dreizehen Jar continuirendem würkhlichem Diener, vnd meiner Vertrawten, zu beſondern Kayſerlichen Gnaden, durch dero Kayſerlichen Abgeſanndten, auf ſolch mein angeſtelltes hochzeitliches ehrnfeſt, auf obberüerte Zeit, vnd orth, Allergnedigiſt zu erſcheinen.

Solche hohe Kayſerliche Gnad, mit meinen zwar geringfüegen, jedoch Allervnderthönigſten getrewiſten Dienſten, widerumben zuuerdienen, Will Ich ſchuldiger maſſen, die Zeit meines Lebens, gehorſambiſt befliſſen ſein.
Ewer Röm: Kay: Mt mich zu Allergnedigiſter gewehrung, gehorſambiſt empfelhendt.

E. Kay: Mt Aller Vnderthönigiſter Gehorſambiſter
Mathematicus Johan Keppler

An die Röm: Kay: auch zue Hungarn vnd Böhaimb
Königl. Mt
Johann Keppellers Mathematicis Aller vnder-
thönigſtes vnd Gehorſambſtes Anſuechen.
Ad Cameram Aulicam XVII Octob. Anno 1613.

Kanzleivermerk: Sechzig gulden verw.

667. KEPLER AN MATTHIAS BERNEGGER IN STRASSBURG

[Regensburg], 8./18. Oktober 1613

Original unbekannt. Erster Druck: Epistolae J. Keppleri et M. Berneggeri mutuae, Argentorat 1672, S. 15f.

S. P. D.

Clarissime Domine Berneggere: per has decem septimanas, quibus Lincio absum, rara fuit occasio de tuis in me meritis cogitandi. Quater enim Ratisbona expatiatus sum per intervalla non mediocria. Causa est matrimonium initum cum virgine Susanna Reuttingeri, quondam civis et arcularii Eferdingensis p.m. filia, quae per annos duodecim in Gynaeceo Dominae loci, Baronissae Starenbergiae est educata: nuptias paro $\frac{18}{28}$. hujus die, Eclipsis Lunae spiritu Astronomico tecto, dum diem festum volo agere. In summa properatione navi mea abeunte inter prandendum tantum significo, me recipisse exemplaria à te missa à nobilissimo Juvene N. N. legati Argentinensis filio: postea bibliopola hujus loci tradidit mihi quinquaginta alia non indicto pretio neque autore missionis hujus. Exspecto ut mihi renuncies, cui sit solvendum et quantum. De pneumaticis Heronis curabo post meas nuptias, ubi Lincium venero. Vale. D. $\frac{8}{18}$. Octobr. 1613.

668. KEPLER AN EINEN ANONYMEN ADELIGEN

Regensburg, Oktober 1613

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 177

Hoch: vnd Wolgeborner Graff, Gnediger Herr etc: Euer Gn: ſeindt mein 177
vnderthenige gehorſambe dienſt beuor, Euer Gn: ſoll ich nicht verhalten, Das ich mich auß ſonderer Gottes des Almechtigen ſchickung, vnd mit guetem zeittigem Rath, zu der Ehrn: vnd Tugendtreichen Jungfrauen Suſana, Weylandt Hannſen Reuttingers geweſenen Burgers zu Efferdingen vnd Barbara ſeiner Ehelichen Hausfrauen, beeder ſehligen, hinderlaßenen Eheleiblichen Tochter, welche nach ableibung

Ihrer Eltern von der Wolgebornen Frauen, Frauen Eliſabeth Frauen von Starnbergk vff Efferdingen, gebornen Vngnadin, Freyin von Sonneckh, Chriſt: Ehr: vnd heußlich vfferzogen worden, auff hochermelten herrens vnd Frauen erlangten gnedigen Consens, Ehelichen verlobt vnd verſprochen, auch ſolch mein Ehelich verloben vnd verſprechen, vermittels Göttlicher gnaden, vff ſchierſt kommenden Montag 28. Inſtehenden Monatstag Octobris, zu beſagtem Efferdingen, alt: Chriſt: löblichen gebrauch nach, vor der Chriſtlichen gemain Confirmirn: vnd beſtettigen zulaßen, gentzlich bedacht vnd entſchloßen bin.

Wann aber Euer Gn: wegen Jederzeit erzaigten großen gnaden vnd ſonderer gegen mir tragenden affection, bey gedachtem meinem hochzeittlichen Ehrntags, Ich Keines Wegs beyſeits ſetzen vnd vmbgehen ſollen.

Alß iſt vnd gelangt an dieſelbige, mein vnderthenig vnd gehorſamblich bitten, Euer Gn: geruhen gnedig, vff obernanten 28 Octobris, in Efferdingen, mir vnd
177r meiner Ehrngeliebten Jungfrau geſponnß zu Ehrn, in der Moritzin herberg[1] zum Gulden löwen genandt, einzukommen, oder an Ihrer Gnaden Stadt vnd ſtell, nach deren gnedigen Wolgefallen, einem abgeſanden dahin abzuordnen, den Chriſtlichen Kirchgang mir vnd meiner Ehrngeliebten Jungfrauen geſponß zu Ehrn, zu zihen die Mahlzeit in froligkeit anfangen vnd volbringen zuhelffen.

Dieſes bin vmb Euer Gn: Ich neben meiner Ehrngeliebten Jungfrauen hochzeitterin, vnd beedertheils Ehelichen befreunden Jederzeit euerſten vnſers vermogens vnd vngeſparten fleißes vnderthenig gebür: vnd danckbarlich zuuerdienen erbittig vnd willig. Beynebens Euer Gn: Gottlicher Protection vnd dero ſelben mich zu milden gnaden, in allervnderthenigkeit gehorſamblich empfehlend, vnd zu fernern meiner nachrichtung vmb gnedige wilferige resolution bittend. Datum Regenspurg den . . . Octobris Anno 1613.

Euer Gn: vndertheniger gehorſamer

669. KEPLER AN EINEN ANONYMEN ADELIGEN

Eferding, 23. Oktober [1613]

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 120–125. Abschrift

120

S. P. D.

Illustris et Generose Baro, Domine Gratiosissime.

Quod in principio literarum invitatoriarum[3] Christiani omnes more solenni praefantur, se divina et singulari dispositione matrimonium inisse: de ea re lubet mihi philosopho tecum summae sapientiae professore disserere accuratius, illamque et dispositionem Dej in genere, et

3) invitatorium

singularitatem piè creditam in meo fato connubiali contemplarj, modosque excutere, ut depromptis omnibus illius circumstantijs, meisque super ea persuasionibus, seu potius opinionibus inter se pugnantibus, Tuam decisionem ex intimis animi penetralibus, eliciam.

Quam ad rem tanto Te fore promptiorem spero, quod hoc tempore non tantum eodem in genere rerum, sed multo etiam in graviori et atrociori materia, quae Illustris Domus tuae statum et incolumitatem attinet, animum habes exercitatissimum.

Quid enim ego dicam? divina dispositione, an meo vitio factum, ut animum meum per hoc biennium et quod excurrit, in tot partes distraxerim? tot conditionibus inhiaverim, de multo pluribus deliberaverim, ijsque inter sese diversissimis. Si divina dispositione factum, quisnam ejus scopus fuit circa personas actusque singulos? nihil enim est quod scrupulosius examinem, quodque adeo scire desiderem: si forte Deum quem in totius universi contemplatione manibus veluti palpo, intra meipsum etiam invenire possim. Sin, quod secundo loco dixj meum erat vitium; quodnam igitur illud, cupiditas, an iudicij imbecillitas, an ignorantia rerum? Si meum vitium; a me igitur hic sunt etiam aliquae partes dispositionis divinae? Si vitium erat, cur ergo tam splendidae ubique praeluxerunt rationes partim mihi, partim meis consultoribus: cur vicissim nemo fuit qui hoc consilium approbaret, quod denique secutus sum: cur existimationem amitto aut amittere videor? | Quid erat magis rationabile, quam me hominem philosophum, *120v*
virilis aetatis fastigium supergressum, ea jam vergente, sedatis iam affectibus, corpore naturâ exsucco et molli, ducere viduam rej oeconomicae gnaram eamque notam mihi meaeque uxori priori, adeoque ab illa mihi non obscurè commendatam, nec inopem, tali tamen loco delitescentem, unde sese extrahj inque lucem hominum produci, melioremque in fortunam transferrj gaudeat, quam ob causam tanto majori in precio virum habeat? Hanccine ego conditionem non amplectar, quae cum prima arrisisset, statim etiam ultro oblata mihi est a faeminae patronis? Cur ergò successum res nullum est sortita? Visa quidem est ab initio consentire; certumque est, deliberasse: tandem modestissime excusavit. Hic ego video rationes aliquas, cur id fieri non debuerit, quamvis optari a me bona cum ratione potuit. Consilium inivit bona faemina cum genero suo, invenit se mihi onerj futuram non uno modo; duas enim nubiles filias unumque puerum duodecennem, et praeterea elocatam unam habebat: ternae ex ordine imminebant nuptiae, primae matris, reliquae filiarûm: bona vero ipsius omnia in potestate erant eius viri, qui solvendo esset an non, ne disputandum quidem fuit a Clienti-

35) tranferrj 38) succussum

bus: a quo si discederent, pro patrono debitorem, id est hostem haberent, qui alimenta nec praeberet amplius, praebita prius, in beneficij parte reputaret. In me vero homine minime politico, studijs unicè dedito, nullum erat praesidium nullae spes expediendarum rerum.

Visum est illis, retinere suam veluti hypothecam, et sub specie alumnarum possessionem veluti tueri juris sui in Patronum. Accedebat et consideratio valetudinis, suspectae in corpore quamuis bene succulento ob animae fetorem: accedebat anceps fama de mea religione res mirè ponderosa, in dubia electione aequatis rationibus caeteris. Super ista omnia, profligato jam hoc consilio conspectum faeminae nactus, (·nam a sex annis illam non videram·) nullam inveni notam a qua placeret.

Haec cum ita habeant, satis apparet, cur succedere non debuerint: et 121 si verum fatear impertinentia moliebar, quia scilicet | misericordia erga ducendam, opus pietatis erga defunctam; bona per se, sed impertinentia, quia uxorem quaerenti aliud agendum, et quia maiora viribus ausus sum. Etiam pietas, etiam devotio inter caecos affectus est, impetu ruit, consilium spernit.

At cur passus est Deus, me occuparj hoc consilio, quod succedere non debuit? An ut in hac persona inhaerens cogitationibus, non inciderem in perplexitates alias? An ille non semper concurrit ad formanda nostra consilia, sed praestolatur ex parte effectus, formatque successum. An verè hoc est quod dicit sapiens, Hominis esse disponere viam suam, † sed domini dirigere gressus eius. Et quam vellem hic excurrere in disputationes horridas, nostri saeculi infortunia. Sed pergo. Videtur enim nihil mihi accidisse novj, credo omnibus evenire huiusmodi non tantum unum aliquod, sed aequè magno numero atque mihi; differentiam in eo, quod caeteri vel non reputant, ut ego, vel obliuiscuntur contemnuntque plus quam ego, vel sui continentiores sunt quam ego mej, suaque soli norunt infortunia, vel si minus perplexa illis accidunt, id fit quia minus illi creduli sunt quam ego, qui non tantum indicijs ad rei naturam pertinentibus, sed etiam omnibus interdum confido. An denique aliquid hic possunt astra. Nam fervet circa hos annos directio Medij Caeli ad oppositum Martis, et fuit transitus Saturni per locum Zodiacj in mea genesi altissimum, eritque rursum Nouembri et Decembri sequentibus. At si hae causae; quomodo agunt? Num locum habent meae explicationes, quas alias usurpo? Nam astris Dei munus, formandi effectus nequaquam transcribere cogito. Esto igitur in astrorum etiam 121v ratione, sim hoc tempore vehementior in affectibus | meae naturae familiaribus, in credulitate, in ostentatione pietatis misericordiae, in captatione famae ex novis et paradoxis consilijs, et singularitate fac-

59) quis scilicet misericordiae 76) imditijs 77) cofido.

torum, in solicita rationum variarum conquisitione, comparatione excussione, in anxietate animj circa Electionem. Sim exemplo et ipse, Deum raro cursum naturae intervertere, et tamen formare atque disponere consiliorum eventus. Agnosco manifestum signum gratiae Dei in hac prima persona, quod non evenit, quod evenire poterat, ut illa mihi nuberet: sequuntur aliae.

Cum matre mihi sunt propositae duae filiae, malo omine, si honestatis laesio qualiscunque in mali ominis parte ponenda est. Et ratio dictat, malum portendisse, sed malum cognatum, scilicet sinistram abhorrentiam animi a receptione consilij parum honestè à patronis faeminarum oblati.

At illud me mirum habet, si malum hoc omen est, cur portenderit malum, plane alienum a causa ista laesae honestatis. Ecce enim fortunae ludibrium nulla mea culpa concitatum. Non tantum initio cum matre filia dotata fuit, sed etiam postea in compensationem matris recusantis: vehementer me perculit deformitas consilij: et tamen cepi de conditione inquirere. Interim dum animum a viduis ad virgines transfero, et de absente non ante visa cogito: cepit me aspectus praesentis et probata physiognomia. Satis de educatione constabat splendidam magis esse quam mihi utilem. Delicijs erat enutrita supra fortunam nec aderat aetas apta curis domesticis. De indole tamen ex vultu judicium ferens optima quaeque sperabam, sic etiam sororis accederent admonitiones, faeminae optimae. Consului personam utriusque nostrum peritissimam aeque ac studiosissimam. Visum est illi tentandam puellae matrem. Nam etsi lautiorem generum tam teneriter habitae quaerere videbatur; optare tamen magis quam sperare | poterat, ob res accisas et Caesarem mortuum. Etiam mater deliberavit. Mihi hoc erat Consilium rationes meas dissuasorias permittere arbitrio matris, faeminae et prudentissimae et filiae amantissimae. Nam si probaret meum consilium, non fore falsam meam spem de indole. Vnum hoc à me rectè factum; melius tamen fuisset, non petere quod probabile erat non placiturum matri. Nam mater denique excussis rationibus statuit annos filiae plures expectare. Et tutè omnia administrata; fama nulla excitata. Mensis abijt per has curas, interimque Praga ego discessi; nam aut sponsam obtinere, aut totum propositum cum ipsa urbe relinquere, visum est, edictumque matri. Atque haec secunda est: ad tertiam venio.

Non enim noceat repetere, quod Ill^{i}: G^{i}: T^{ae}: iam antea oretenus retuli: scilicet ut ex itinere, quod Lincium instituerat, in Moraviam deflexerim, resumpto consilio, quod initio propter deformitatem displi-

93) matrae 95/96) sinistram et abhorrentiam 98) Ad 103) vicinis *statt* viduis 108) accederet 114) permitere 120) auras *statt* curas . . . sponsum

cuerat. Hic animus calebat, fateor, quaerebat supplementum nuperrimae iacturae; nihil tamen adeo ex calore. Veni in rem praesentem, placuit virgo erat educata ad commodum meum; mira promptitudine amplexa est liberos meos: id praecipuum erat firmamentum conceptae fiduciae: ex hac propera fiducia dum uni rei nimium sum intentus, firmandae scilicet sponsionj, in alia re parum cautus fui, non scilicet satis cavi commodis meis. Nam liberos reliqui, futurae matri, quos postea cum sumptu accersere fui coactus. De reliquo, ut supra dixi, fortuna in culpa est. Nam bona puella fidem suam ante annum obstrinxerat alij, qui interim scortator evasit, filiumque ex pellice susceperat, eoque visus est deseri posse; grata fuit virgini et matri mea petitio: sed quia sibi metuebant a priore sponso, ideo meam petitionem reiecerunt ad dominum prio|ris *122v* sponsi, cui ille erat praesens. Atqui ego ab illo domino litteras habebam commendatitias: quis aliter dicere potuisset quin haec sponsio rata futura fuerit? Quod hic vel meum vitium, vel consilium Dei in permittendo hoc ludibrio? Impius sim si ad astra ista referam, quae nullo neque naturae vinculo neque meo evenerunt, aut ab astris nexa sunt. Fortunam vero incusare, est certo quodam genere sermonis uti ad hoc unum significandum, ludibrium hoc causam nullam habere. Quanquam si verum excutimus, ut causa Ludibrij nulla est, sic ludibrium ipsum etiam nihil est. Nam quis sanus me ideo contempserit? Et tamen sunt in Gynaeceis insana et morbosa capita, quae hunc casum in numerum repulsarum referunt: itaque si ludibrium est, imperitiae debetur, non a me tantum sed ab omnibus ex aequo hominibus. Quod si accedat mea impotentia animi, aut imbecillitas judicij in suscipienda vel aestimanda sinistra aliorum de me existimatione iam dolor sequitur et turbatio consiliorum ex re quae sua natura penitus est de nihilo.

Sequitur quarta et Lincensium prima, de qua satis Ill^{i}: G^{i}: $T^{:ae}$ constat ex amico relatu, quae cum forma satis commendaretur et honestate matris, falsa tamen opum iactatione commendatores illius in animum meum, rumorum metuentissimum impegerunt. Ac etsi Ill^{is} G^{s} T^{a} dissuasit illam ob inopiam, etsi dissuaserunt alij ob proceritatem et habitum corporis Athleticum; inhaesi tamen huic deliberationi, et forsan mature conclusissem nisi amor et ratio communicatis inter se operis, quintam mihi obtrusissent interim, quae in collationem cum illa quarta ut venit, ancipiti certamine cum maxime vinceretur honestate familiae, gravitate vultus, tum ob aliquas opes et dotem, tum maximè vicit amore, fide humilitatis, frugalitatis, sedulitatis, amoris privignorum; et placuit in illa orbitas et desertio, | quae in alia reiecissem. Nam inopia eius *123*

129) concepte 135) pollice 142) mea 147) qui 151) tubatio 154) animo *statt* amico 159) naturae *statt* mature 162) tam ob

nullum metum secum trahebat ab egentibus affinibus. Diu multumque conflictatus cum hac molestissima cura, dum G. D. Helmhardi coniugem expecto; si forte illa tertiam mihi suaderet, quae harum utramque apud me vinceret; tandem etiam illa audita cepi pro quarta concludere, aegerrimo animo, quod esset repudianda quinta. Dum id ago, iamque prorumpere verbis cogito: ecce fatum; quarta illa cunctationis meae pertaesa fidem dedit alij qui è multo tempore instanter eius coniugium expetebat, nec nullam promissionem iactabat. Quantum aegritudinis sensi ex repudio quintae, tantum etiam doluit iactura quartae: quin imo jam sordere et quinta cepit. Hic omnino vitium fuit in meis affectibus, quos cunctando, comparando, ponderando rationes contra positas, quotidie accendebam de novo. Neque tamen male mecum actum quod cum quarta non successit, sic enim utrique melius prospectum esse res ipsa loquitur. De quinta reliqua est quaestio, cur cum illa mihi destinaretur, Deus permiserit, ut intra unius anni spacium sex alias aemulas passa sit? Anne aliter inquieto animo consuli non potuit, ut disceret sua sorte esse contentus, nisi esset expertus impossibilitatem votorum suorum in tot aliis, nisi ipsa rei evidentia posset refutare tot dissuasores, tot splendidarum aliarum conditionum suasores?

Nam ut pergam, sextam privigna mea cum genero suasere, nec defuerunt amici intercessores, arrisit in ea nobilitas nonnulla opesque. Vicissim defuerunt annj, metuebam a sumptibus nuptialibus, ipsa per se nobilitas suspicionem fecit superbiae. Super omnia misericordia erga quintam, quae jam intellexerat, et quid esset de se deliberatum, et quid jam ageretur. Cum igitur haberem animum volentis, usus sum verbis nolentis erga intercessorem: scilicet miserè metuebam ne non esset aeque frugalis et humilis sexta, atque de | quinta sperabam. Hic divisione *123 v* mei ipsius inter volentem et nolentem, illud quidem boni consecutum est, ut essem suasoribus meis excusatus, illud vero mali, ut dolerem veluti de repulsa. Rursum hic animi vitio peccasse videor; ut si exercitus aliquis in hostem mittatur, male consentientibus inter se consilij secreti authoribus: Bonum evenisse divina gratia, tu ipse conscius, ex relatu necessarij tuj; nam faeminam mihi descripsit minime meis moribus meisque usibus in re domestica idoneam.

Cum iam quinta mea cum gratulatione sola penes animum adeoque et penes verba mea dominaretur; subito coorta est illi nova aemula, quam septimam numero suasu illorum quos nosti, qui humilitatem quintae reddebant despectam, in septima commendabant nobilitatem, frugalitatem utrinque eandem iactabant: credo septimam promotam cupiebant. Et erat physiognomia talis, quae amari mereretur. Rursum

169) aegenimo 171) qui *fehlt* ... infanter 179) animi *statt* anni 193) accusatus 194) de pulsa

ego et quintam omittere et septimam eligere paratus eram, siquidem vera dicerentur de septima: id ut diligenter caveretur, petitioni meae tam erga patronos, quam erga puellam miscui monitiones explorandi causa ipsius animum sed dissuadendi vim continentes, rursum in volentem et nolentem divisus. Quid aliud sequi potuit, quam repulsa, cuius ipse veluti suasor eram? Rursum hinc parta ad suasores meos excusatio, mihi dolor, Gynaeceis materia. Agnosco excessum hoc tempore meorum affectuum, et in eo vim Caeli stimulantis. Alio tempore quietiori animo suscipi debuit haec deliberatio. Bene an male cessisset coniugium nescio, hoc vno ore omnes conscij clamant, minime mihi consultum cum hac persona futurum fuisse, multoque minus propter numerosam et inopem familiam.

Famam itaque praeventurus aut oppressurus, animo irato gynaeceis, eoque non bene defecato, ad populares sum conversus, in nobilitatem tamen transire meditantes; e quibus suasu amici | cuiusdam Octavam elegj. Jam tum enim patuit, exuendam ex animo hac vice misericordiam; proprij commodi rationem in electione coniugis habendam esse. Hic in aestimatione erat locus meus et conditio; forma in illa non valde commendabatur, mater tamen honestissima, opes aliquae, ex illa frugalis educatio, modesti mores, inter augmenta enitebant. Vlta est fortuna meum animum tot dubitationum fluctibus inquietum, obiectum personae aequè inconstantis. Initio omnino volebat ipsa et cognati eius; mox vellet an nollet non ego tantum sed ipsa etiam ignorabat. Accessit Religionis infamia, quae animum ipsius labentem impulit. Post interpositos aliquot dies composito nonnihil Religionis negocio repetita promissio et denique confirmata tertiò: cuius quidem confirmationis intra quatriduum illam paenituit, eoque depraecata est exsecutionem: atque ego illam omnibus suadentibus deserui. Morbido quidem animo ad hanc petitionem accessi; nihil tamen ex morbo peccatum in principio: pertinacia se successu temporis miscuit ex metu rumorum, si desererem negocium; hinc multum temporis perditum, tres scilicet menses. Finis vero quin bonus sit secutus vel ipsa puella inconstantia testatur. Dubitant tamen qui illam norunt, bene an male cessum fuerit matrimonium.

Hic tandem ego cautior, reliqua (·supersunt enim tres aliae·) sub velo tractavi, quod nunc demum Ill^{i} G^{i} T^{ae} detego. Nam usus praetextu Octavae, quasi illam nequaquam cogitarem missam facere, secutus ordinem, quo erant mihi post sextam commendatae plurimae, cum una, quam nonam numero tectis verbis locutus expectavi, si incauta prompta potius, signum aliquod ultro daret suae benevolentiae: nam non erat

221/222) esse rationem. Hic 223/224) ope aliquae ex illa frugalis educatis, 234) successum

mihi consultum, saepius in discrimen venire repulsae. Et omnino successisset, nec forsan male si vel ego apertius egissem vel illa pudoris et cautelae minus adhibuisset: certum enim est, matrem consuluisse, atque illa mihi non obscure, sed sero nimis, paratam conditionem ostendit. Nobilitas forma | experientia rei familiaris aderant, aberant opes, 124v
suspecta valetudo, signis vitiosorum pulmonum manifestissimis.

Aliqua in hoc erat difficultas quod nobilem indotatam paulo sumptuosius habendam constabat. At nunc puella sic respondit, ut conijcerem, illam et sensisse quid vellem, et negasse citra meam confusionem. Itaque ne periclitarer amplius ad Decimam transij, secutus consilium faeminae popularis, mihi amicissimae, quae jam diu se sperni questa erat. Ventum in conspectum Opes erant certae, nobilitas, frugalitas: at physiognomia abhorrentissima, forma etiam popularibus oculis turpis, corporum inaequalitas manifestissima ego tenuis exsuccus gracilis, illa brevis et crassa, ex familia etiam insigni superflua crassitie. Indignitas maxima orta ex comparatione cum quinta, non tamen excitavit amorem erga illam denuo: fugacior Euro, opes Plutoni devovens.

Eodem itinere et undecima jam olim mihi commendata rursum in scenam producta fuit ab amico secretorum meorum fido custode, qui decimam dissuaserat. Secutus sum universum ipsius ordinem: venj in conspectum, placuit persona: tectissime tamen omnia gesta. Rursum opes, nobilitas, frugalitas, in aetate desiderabantur aliquot anni; in summa res per illum gesta patientia à me praestita in quartum mensem; denique responsum tulerunt, videri puellam nondum satis adultam. Jamque exhaustis omnibus amicorum consilijs (·nisi quod Mammonam nunquam sum secutus, metu ne aeque male succederet·), Ego in ipso discessu Ratisbonam ad quintam reversus, fidem dedi accepique.

Habes commentarium illorum Verborum a quibus incipiunt invitatoriae literae. Vides qua dispositione divina in has veluti angustias sim compulsus; ut nobilitatem opes | cognationem, quorum nihil in hac 125
invenio, contemnere, caetera mediocria aequo animo sequi coactus fuerim. Susannae nomen, parentes Joannes Reuttinger et Barbara, cives oppidi Eferding, opificio arcularius pater, dudum mortui ambo; educatio quae loco amplissimae dotis sit, in Gynaeceo Starenbergico totius regionis laudatissimae disciplinae; forma, mores, corpus attemperata ad mea, nullus fastus nulla sumptuositas, laborum patientia, scientia mediocris regendae domus, aetas media, animusque capax eius quod adhuc †
deest. Cum hac ex dispositione Gen^{i}: D^{i}: à Starenberg proxime futuro 30 Octobris hora 12, coram caetu Eferdingensi copulabor; nuptiale Epulum in aedibus Mauriciae, cuius insigne Leo aureus, praebebitur.

260) fugiocior 262) fide 268) Mannam 269) mete 274) anim

Illustrem Gen^tem Tuam obsiderj scio geminato luctu, eoque gravissimo, et qui tuum animum non mediocriter ob varias curas percellat. Id si nihil impedimenti obijceret, summis abs Ill^i G^e T^a praecibus contenderem, ut ipsa nuptijs meis interesset, suaque praesentia magnanimitatis in me speciem luculentissimam effigiaret, meque et suo vultu in adversis constantissimo recrearet et ad contemnendam famam popularem confirmaret. At quia noui obstacula etiam cum Ill^is G^tis T^ae legato contentus ero.

Vale et utrum expectem, per scribam significa, ut rationes hospiti constent. Eferdingae die 23. Octobris, tertia a meo reditu.

Ill^is G^is T^ae

Observantissimus servus

670. OKTAVIUS PISANI AN KEPLER IN REGENSBURG

Antwerpen, 23. Oktober 1613

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 89. Eigenhändig

89 Charissime Domine, et Doctissime Vir Domine Keplere

Ausi scribere, rursus audeo, adeo enim tuam amicitiam depereo, tanti enim est tua fama, tanti tua scripta, ut quemlibet uirtutis studiosum non modo alliciat, uerum etiam inflammet tui desiderio, Is ego sum; quin etiam tua scripta de motu Martis perlegens maxima admiratione uagor, captiuus enim ipse tuas manus non modo queritur, sed quaerit etiam, Vere dicam tuam uim magneticam syderibus inesse suppositam miror, admiror, et laudo, ego autem instar apis non quo tu Cygne uolas, sed circum frutices Horatiano more uagabor, et in hac uagatione nouum modum inueni delineandi totum globum in plano in uno circulo, nam alij quadra figura, alij duobus planispherijs, alij ouali figura, nullus tamen uno circulo similitudinem assequutus uidetur, Dices forsan quod me illum aestimem, non sane, sed tuo Judicio relinquo diffiniendum, quaesiui diu tuum mysterium Cosmographicum, non inueni, quare tuum Judicium, ut Tymbrei Apollinis responsum expecto, cum primum respondebis tunc mittam tibi meum globum Planisphericum meae seruitutis specimen, tu uero, ut tuae uirtutis est, ac debet esse responde, et amicitiam mutuis epistolis firma, Vale Antuerpiae Brabantiae die 23 Octobris 1613,

tui ut tuae uirtutis studiosissimus et addittissimus

Octauius Pisani

89v Charissimo Domino Joanni Keplero Imperatoris Rodulphi mathematico Dignissimo. Reghensburgam

671. STÄNDE VON OBERÖSTERREICH AN KEPLER IN LINZ

Linz, 29. Oktober 1613

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 162–163

Vnſern grues vnnd dienſt in geneigtem willen zuuor. 162

Edler Hochgelehrter, Lieber Freündt Herr Kepler. Euer Schreyben vom vierzehenden diß, haben wir empfanngen, vnnd daraus, das Ir Euch aus ſonnderer ſchigkhung Gottes, mit Vorwiſſen vnnd Consens negſten freündtſchafft, vnnd vorgeſetzter Obrigkeit, auch zeitigem gueten rath, ſonderlich vmb beſſerer fortſetzung willen, deren von Irer Kay: May: vnnſerm Aller genedigiſten Herrn, vnnd einer Erſamen Lanndtſchafft diß Ertzhertzogthombs Öſterreich ob der Ens, Euch anbeuolhener studien, vnnd damit von deroſelben wegen, deſto weniger an Aufzucht Eurer in voriger Ehe erzeugter Khinder, verabſaumbt werden möchte, zue der Ehrentugenthafften Junggfrawen Suſanna, Weilundt Hannſen Reuttingers, geweſten Burgers zue Eferding, vnnd Barbara, ſeiner ehelichen Hausfrawen, beder ſeligen hinnderlaſſenen Eheleiblichen Tochter, ſo nach abſterben Irer Eltern, vnndter der Wolgebornnen frawen, frawen Eliſabeth, frawen von Starhemberg auf Eferding, gebornnen Vngnadin Freyin zue Sonegg etc. Chriſtlichen zucht, in das zwölffte Jahr ausgeharrt, bis auf Prieſterliche thrauung, ehelichen verpflücht vnnd verſprochen, vnnd den Criſtlichen Kürchganng, in der Statt Eferding, auf den Dreiſſigiſten jetzt | lauffenden Monnats Octobris, vmb zwölff vhr, wie dann volgundts, die 162v
hochzeitliche Ehrenfreud, alda beym gulden Lewen, mit Göttlicher verleihung zuhalten angeſtelt, vnnd vnns darauf In nammen der Löblichen Stenndt diß Lanndts, durch Abgeſanndten darbey zuerſcheinen berueffen, mit mehrerm angehört vnnd vernommen: Wunſchen hierauf Euch, vnnd Euerer Lieben Junggfrawen Brautt, von dem Lieben Gott ſeinen reichen ſeegen, glück, hail, vnnd alle wolfarth, vnnd wie wir Euch allen angenemmen willen zuerzeigen geneigt: Als wolten wirs, ſonderlich disfals, Eurem begeren nach, gehrn im werckh erweiſen. Weil es aber aus mehrerley Verhinderung aniezo nit beſchehen könen: So haben wir aus wolmainender affection, Verordnung gethan, das Euch ein Trinckgſchirr, von vierzig, bis jn funffzig gulden, aus vnnſerm Einnemmer Ambt zuegeſtelt werde, das mügt Ihr durch ein Euch ſelbs auf der hochzeit angenemme Perſohn, Vnnſerntwegen praesentiren laſſen. Welches wir Euch zue widerantwortt nit verhalten ſollen. |

Gott mit Vnns. Datum Lynnz, den NeunVnndZwainzigiſten Octobris, Anno 1613. 163

N: der Vier Löblichen Stenndt, von Praelathn, Herrn, Ritterſchafft, vnnd Stötte, in Öſterreich ob der Enns Verordnete.

163 v Dem Edlen vnd Hochgelerten Johannj Keppler, Röm: Kay: Mtt etc. auch einer Löblichen Lanndtſchafft des Ertzhertzogthombs Öſterreich ob der Ens beſteltem Mathematico, vnſerm ſonders lieben vnd gueten Freündt.

672. JOHANNES SEUSSIUS AN KEPLER IN LINZ

Dresden, 22. Oktober 1613 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 231–232. Eigenhändig

231 S. P. D.

Quas ex Ratisbonâ, Keplere, litteras
Affinis, atque frater, ad me scripseras,
Confarreationis indices tuae,
Et virginis SVSANNAE, quae tibi novum
Ad Noricas ripas paravit lectulum,
Has tardus attulit serò Mercurius.
Confarreatio peracta quâ die,
Bis, nempè, luce quartâ et denâ Octobrium,
Qua visa post meridiem hîc sunt fulgura,
Simulque magna audita sunt tonitrua.
Sed nil refert, tuis beatus gaudijs
Ita sum, velut praesens conviva si forem,
Precorque, quas nomen SVSANNAE amabile
Sonat, tibi SVSANNA fundat ex sinu,
Rosas, Rosisque cum, vitam, suavissimis
Domestico, carentem, murmure et dolo.
Imprimis autem prolis, illa sedulas
Tuae, gerat Matris vices fidissimae.
Te sideratum et Galilaeo sidere
Rösliniano uel petitum calculo,
(·Quod fortè factum, cum mihi, das, tertia
Vocatione de tuâ, praesagia·)[1]
231 v Phoeboeo ab antro te reducat aureo
Ramo, Sibyllae instar, ducis blandissimae.
Quod si Lybussa mente non est, et cupit
Non mente, ventre sed tumere, te Viro,
Ecclypsis haud nocebit: namque seriò
Fidens DEO, fit astris ignoscibilis.

Ad nuptias venire quod nequivimus
Tuas, Ego, tres filiae atque Vxorcula,
(·Nam Tertiam Dresdam fugavit ex Pragâ
Contagium·) causas habes, et sufficit.
Sufficit, dices, sine nuptialibus
Donis? Fatemur, ecce Vinum mittimus
Chartaceum, quod olim nuptijs meis
Biennium antè consecratum, et Austria
Misit, sed ad me tardius venit quia,
Hornum illud est, et hinc factum salubrius.
Austeritate non nocebit gutturi
Non tussis hoc gravedo vel causabitur.
Evasit in colorem candidissimum,
Prout, Comoediâ in Susannâ, rusticus[1]
Frischlinius sui hospitis vinum refert. 232
Verùm merum hoc merum, mei Schökkelii, †
Mero anserino (·nosti illos?·) ne diluant,
Hispanicâ est seratum dolium serâ.
Tu cum Tuâ solus resigna dolium,
Gusta, bibe atque ubi hospites abiverint,
Vorsuram et hanc, docente, quam te, SEVSSIVS
Sic didicit, hunc iocumque consulas boni.

B. V. Scripsi Dresdae 22 Oct: Anno 1613.

Salutant Te et gratulantur omnes meae, atque etiam Viduae Stirae.

Tuus ex antiquis frater et affinis

Seissius

Cl: Viro, S. C. Maiestatis Mathematico, 232v
D. Johanni Keplero, affini et fratri charissimo. Lintz

673. BENJAMIN URSINUS AN KEPLER IN LINZ

o. O. 18. November 1613

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 299–300, 302–303. Eigenhändig

Ἔξω βούλιμον, ἔσω πλοῦτον καὶ ὑγιείαν. 302

Quidnî enim Te, Clarissime Domine Kepplere, Patrone et Praeceptor Parentis loco habende, et novam Nuptam Tuam vel nolentes, voto eo prosequerer, quo ex omni antiquitate lepidius occurrebat

nullum. Virgis siquidem, apud Graecos, famem ex aedibus ejicere moris erat; accinebantque, nî fallor, in novae nuptae gratiam, virgines votum istud. Optassem sanè interesse nuptiarum tam desideratarum solemnibus, atque, quod ex voto et destinatione debebam, quicquid à me tam festo die nuncupari poterat officij, persolvere. Verum quia et tot valles nos dividerent, et res matrimonialis tua majorem non ferret moram, patior, me Carpi munere, ad quod me jam olim addixeras, defraudatum: temporis scilicet injuriâ, et meâ ad id exsequendum, ineptitudine. Quanquam autem initiò ad primum nuptiarum Tuarum nuncium (immane quantum!) exhorruerim: non potui tamen non cordicitus fatorum, quae tamen et ipsa hodie fatua intellexi: necessitatem mirari, et Tibi tacitus gratulari. Ante mensem circiter ab Amico quodam Lincio ad me perscribitur: Kepplerum in vincula conjectum esse Ratisbonae audivisti opinor. Ita me Deus amet, ut ego fulguritus - quasi ad horum lectionem verborum obstupui. Et adhuc credo rigerem et vox faucibus haereret, nisi Ille subjecisset sequentia: Sed heus Tu, Nuptiarum. Recipe igitur Te. Ita planè extra me ipsum eram constitutus. In ipsissimis nempe Tuis vinculis. Quamprimùm autem me ex eiusdem amici consilio ad me recepissem, recollegi memoriam colloquiorum et lusuum nostrorum, miratusque sum, quâ ratione, quod Albinus Mollerus de Ratisbona
302v vaticinatus olim jam esset, tàm exactè [1] et cum rei veritate examussim coincideret. Omninòque etiam ultra monita Tua videbar mihi aliquid tribuere debere Astrologiae divinatrici: donec heri ab Imperatoris quodam Satellite audirem nuptias Effertingae habitas, sponsam verò ex Illustrissimo Gymnasio Starhembergiaco esse. Facile igitur erat colligere οὐ δευτέρας, ἀλλὰ μάλλον πρώτας φροντίδας ἀρίστας in hoc quidem negocio fuisse. Vota, quae Trias nostra Vobis debet, sequentur quamprimum, Typographia enim apud nos nulla est, Pragae autem ferè omnes jacent ob pestem, quae jam etiam ex Collegiatis Scalam, et Laurentium Benedicti invasit, Procopium autem Paeonium et Uxorem Domini Campani cum Infante abstulit. Imò etiam Melanthium meum, alij cuidam jam, quod fortasse ex Teuffelio intellexisti, Mercatori scilicet destinatum, (cuius amor olim mihi, ut scis,

† thoraca simul cum pectore rupit)

jam succidisset, nisi Aesculapius, cui cum Socrate Gallum debemus, succurrisset. Quare me nunc illud Horatij consolatur,

Multa renascentur, quae jam cecidere, cadentque

† Quae nunc sunt in honore –.

† Et quid, si vel injussa virescent gramina? Caeterùm (ne de meo statu taceam) postquam XI Kal. Sextiles, octiduo post Natalem meum

32) nos *fehlt*

XXVII. Sobieslaviam salvus et incolumis venissem, abivi cum Domino D. Gehlero et Domino Agricola, quinto die post, Witigoviam ad Illustrissimum Dominum Schwanbergium, cui officia mea et studia postquam obtulissem, jussit me tamdiu Sobieslaviae subsistere, donec, quod propediem futurum esset, reliqui Domini Tutores vel convenirent, vel ipse illis voluntatem suam de me per literas | significaret. Hîc ego felici 50 303
quodam, ut conjicio, ductu pridie Kal. Sextiles ad ipsum Dominum Budowecium tabellionem mitto, eo tempore cum Dominus Dornavius fortè, Gorlicio ob morbum filij excitus, ibi moraretur, à quo eadem nunciantur, quae prius Illustrissimus Dominus de Schwanbergk coràm mihi dixerat. Addiderat tamen Illustrissimus Dominus Budowecius literas ad Schwanbergium, cuius exemplum et Typum ad me mittebat, quae ita sonabant.

Exemplum literarum (verba Budowecij), quas Ego Wenceslaus de Budowa scripsi ad Generosum Dominum Schwanbergium causâ Domini Ursini. (Datae erant Hradecij supra Iseram, die)ae post 60
D. Laurentij Anno 1613, atque à me de verbo ad verbum, quod dicitur, ex Bohemico huc transscriptae.)

Accepi etiam literas à Domino Rectore et Con-Rectore Gymnasij Sobieslaviensis, qui magnâ laude prosequuntur Dominum Ursinum, Virum Eruditum, quique ad aedificationem et augmentum Scholae Rosenbergiacae, quia Mathematicus, atque ita et Arithmeticus, plurimum conduceret. Sciatque Generositas V. me eum semper audivisse commendari ob doctrinam, diligentiam, et continentiam. Cumque hisce diebus cum Filio meo esset Dominus D. Dornavius Medicus Gorlicensis, virum eum valdè laudavit, addiditque, posse eum Euclidis fundamenta dimen- 70
sionum proponere, quod et pro Generositatis Vestrae ditionibus amplificandis et aedificijs exstruendis utile et conducibile esset. Quod si ergò intelligerem V. Generositati non displicere, indicarem suffragium V. Generositatis et meum reliquis Dominis Contutoribus, ne ipsi in mora simus, aut ille operas suas aliquò condiceret. Non enim semper et ubique tales offeruntur Viri etc.|

Sequitur Responsio Domini de Schwanberg ab eodem Domino de 303v
Budowa mihi communicata.

Tandem quod attinet ad Dominum Ursinum, quem ob profectus, in Mathematicis valdè commendatum habeo, sciat Generositas V. quòd, 80
cum paulò ante haec mecum una cum Domino D. Gehlero et Domino M. Agricola esset, cum eo ita pactus sum, ut ibi diutius subsisteret, donec quod personam eius attineret, sufficienter colloquamur. Quandoquidem autem intelligo eum et Generositati V. placere, et ex sententia

49) conveniret 79) attinet ad *fehlt*

Generositatis Vestrae aliorumque doctorum virorum, qui de eiusmodi ingenijs judicium ferre possunt, pro bono Scholae Rosenbergiacae futurum, quaeso ne intermittatis, de eius persona etiam reliquos Dominos Tutores certiores reddere. Quidquid hac in parte vobis allibuerit, eidem et ego, modo si pro bono et in laudem Scholae dictae vergit, et ego subscribam. Omninò enim mihi credatis, velim, quod hac in parte nihil aliud opto, quàm ut haec schola quam primum evehi, optimaeque voluntati, piae et sanctae memoriae Illustrissimi Domini Petri Wokonis de Rosenberg, Domini Affinis et Patris mei dilectissimi, ut fundatoris eiusdem, satisfieri possit. Datum Witigoviae die Martis post Ascensionis Mariae Virginis Anno 1613.

Haec inter nos tùm acta, sed nullus hactenus conventus Tutorum. Dominus autem de Schwanberg et per literas et coram me bono animo esse jussit, et in utramvis aurem quiescere. Expectamus eos circa festum D. Catharinae. Quid tùm futurum sit, docebit tempus. Ego nihil aliud in votis habeo, quam ex voto et ad nutum Tuum vivere. Ob quam | causam etiam totam historiam ad Te perscribere volui. Aliàs, saltem si de salarij quantitate decretum fuerit, non erit, quod de solutione sollicitus sim. Ea enim certa est. Dominus Doctor Gehlerus in singulos habet 500 Thaleros, Dominus Agricola 400. Quae sanè stipendia honestissima mihi videntur, et majora ferè, quàm vulgò à Principibus numerari solent. IIX. Eid. Novembr. habuimus unusquisque Orationem Parentalem, quod ille dies ante biennium emortualis fuerat Illustrissimo Principi Rosenbergiaco. Dominus Doctor quidem soluta, Dominus Agricola ligatâ oratione Principis piae mem. Vitam, Ego origines familiae et insignium descripsimus. Interim hac aestate Arithmeticam † Gemmae Frisij semel absolvi in Schola. Aliam enim ad manus non habui, nec poteram ipse aliquid in absentia librorum meorum commentari. Sub initium anni sequentis auspicabor Deo vitam, Te facultatem largiente, Elementa Euclidea. Privatim Martem et Gilbertum perlegi. Sed in illo haesitavi creberrimè. In calculo Observationum planè obstupui ob vitiosissimam scriptionem. Expecto decretum Tuum, quidque inposterum fieri debeat. Ego jam mihi redditus, praesertim, si habuero, quod brevi futurum spero, quo honestè vivere queam, totum me Uraniae et Tibi dedicabo. Hactenus Dominus D. Gehlerus omnia humanitatis officia mihi exhibet, quae vel à Fratre Germano sperari poterant. Reculas meas, si è re meâ esse putas et placuerit Tibi, libentissimè ad manus haberem quàm citissimè. Responsionem ad Röslini librum videre gestio et Dominum D. mecum |. De solutione aurigae praestandâ ego jam videro, modo quàm primùm et res meas et literas à Te videam. Ne autem omninò vacuae ad Te meae literae abirent, dedi ipsis sequentia duo

dicta deferenda, quae quodammodo pro Luca et Hörwardo faciunt. Prius est Sophoclis ex Antigonâ: ὅσῳ κράτιστον κτημάτων εὐβουλία: *Quantò praestantius opibus salutare consilium.* Alterum Aristotelis ex 4. de generatione: τὰ ἄῤῥενα κυούμενα κινητικώτερά ἐστι τῶν θηλέων. *Masculi in utero mobiliores sunt, quàm foemellae.* Galilaei nuperrimum scriptum Italicum admodum, si fieri posset, optarem ad diem unum atque alterum habere. Clarissimus Dominus Doctor noster humilima salute T. Excell. impartitur, rogatque maximopere ne vitio ei vertatur quod nihil hactenus literarum dederit. Nescivit enim mecum quo literae ablegandae essent: et haec occasio tam subita est, ut ego vix haec etiam festinantissimo calamo perscribere potuerim. Saluta omnes, qui me norunt et à me salutari volunt, inprimis Domum Tuam, Novam Nuptam et Susannam cum Ludovico lepidissimos. Vale Vir Excellentissime, meque et mea studia amare et juvare perge. Dabam XIV. Kal. Decembris qui dies Nobis ἐν τῇ τῆς σοφίας-λαβείᾳ Nundinalis. Anno 1613.

Dominos Waterbornium, Schülerium et Segethum humilimè saluto.

T. Excell. devotissimus

Benjamin Ursinus
Illustriss. Gymnasij Rosenbergiaci
Mathematicus

Nob. et Cl. Viro, Domino J. Kepplero, 300v
Imperatoris Caes. Matthiae, Ordinumque
Austriae supra Anasum Mathematico Ex-
cellentissimo. Domino, Praeceptori et Pa-
tri meo colendo. Lintz

674. BENJAMIN URSINUS AN KEPLER IN LINZ

Sobeslau, 12. Dezember 1613

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 301, 304. Eigenhändig

Salutem et obsequium. 301

Amicissime Domine Kepplere, Domine et Pater mi honorande. Misi nuper (18 scilicet Novembris) literas ad Te, quibus et statum meum detexi, et alia necessaria significavi, quas Te accepisse spero. Accepi etiam Tuas per Dominum Julium Herkowetz Virum literatissimum, quibus ea intellexi, quae quadantenus grata, quadantenus ingrata. Grata mihi erant, quae de Tuis, quas semper suasi, nuptijs, intellexi. Ingrata reliqua omnia. Literas enim quas Ratisbonae ad me scriptas esse

audio, non accepi. Quod de Smelcio et Stehenbokia satis acutè contra me dicitur, ita me Deus amet, ut ego nescio cur mihi succenseas. Ego nec Smelcij animum tum novi, nec jam scire cupio. Quod dissuasi, feci ideo, quod non videbatur pro Tuo esse bono. Minor sum, quam ut Smelcio Consiliarius sim, vel Te aliqua in re impediam, quod alterum tamen tam longè à me abest, ut à me alienissimum sit. Amorum meorum Catastrophen didicisti ex prioribus meis. Librorum tuorum qui mecum sunt consignationem habe 1. Das Compert. 2. Opticam tuam cui conjuncta est Stella nova. 3. Landsbergij Canonem sinuum. Jam mihi describo tabulas illas die im Compert ſein, quàm primum habuero commodam occasionem, mittam omnia simul, si jubes. Quanquam Opticam et Stellam amo, et potius mecum retinerem. Caeterum etiam penes me sunt Observationes trium annorum 85. (memini in libello, quem apud Te reliqui errorem esse, posui enim 95.) 90. 93. quanquam ab inepto scriptore descriptae, ideoque vitiosissimae. Vellem † 301v ad manus meas esset † Protocollum observationum. Scio enim me citiùs et majori cum voluptate officio meo satisfacturum. Compendia enim prae manibus habeo non contemnenda. Saltem exscriptionis vitia me non impedirent. Quod scribis de duobus viris bonis, uno Budovicij, altero Freistadij placet. Et est mihi jam prae manibus vir et doctus et satis ad res istas conficiendas aptus. Saltem monstra quid agendum. Non deero officio meo: sed alacrius multò omnia perficiam quam tùm cùm distractus eram. Optarem res meas mecum habere, et dedi huic portatori mearum, in mandatis, ut circumspiciat de occasione, qua mihi ea huc adducere queat. Verum mirum mihi erat, cum primò intuerer tuas literas ad me datas, quod orares, ut Domino Julio monstrarem testamentum Rosenbergiacum, donec post eius demum abitum intellexi, vel potius subolfeci, quid rerum ille tecum, cum haec scriberes, cogitaverit. Nihil prae manibus nostris aliud, quam quod scholam concernit. Reliqua nec curamus, nec decet nos curare. Vale et nugacitati meae ignosce. Dabam Sophieslabiae 12. Decembris M DC XIII.

Saluto omnes Tuos, Uxorem (quae mihi aliquando praesentia sua ruborem inussit, cum cum Mosero loqueretur) Susannulam et Ludovicum.

T.

Benjamin Ursinus

304v Clarissimo Viro, Domino J. Kepplero Sac.ae Caes.ae Maj.is Ordinumque superioris Austriae Mathematico, Domino et Fautori meo colendo. Lintz auff der Hoffgaſſen zuerfragen.

675. KEPLER AN OKTAVIUS PISANI IN ANTWERPEN

Linz, 16. Dezember 1613

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 87. Abschrift

S. P. D. 87

Binas abs te literas accepi, Clarissime vir, alteras 5to Octobris (·picturam ex primo·) 7. Octobris: quibus amicitiam et literas à me petis breues utrasque, sed prolixo humanitatis argumento.

Judicium meum expetis de tuis studiis: egregia quin dicam, nihil in mora est, cum ijsdem et ipse adhaeream. Vereor tamen ut actum agas in Theoria Jovialis Mundi. Galilaeus enim jam nobis Ephemeridas, seu mavis Ephoridas prodere incipit. Sed privata cuique sua exercitatio † nunquam inutilis, semper iucunda. Macte igitur hac industria esto.

Qua ratione globi superficiem in figura unius circuli proijcias in planum, difficilis conjectura. Anne plani circularis diameter una representat semicirculum meridianum, diameter altera ad illam recta representat integrum circulum? ut quanto minus distrahis atque diducis loca apud polos, tanto magis in angustum contrahas loca sub Aequatore? Itaque non ingratum mittes spectaculum, primum atque occasionem mittendi fueris nactus. Astronomia planisphaerica mirum si praeter Clavij, eorumque qui nuper scripsere, quicquam habeat novi. Sed enim naturae † Thesauros nunquam nec nos exhauriemus, nec exhauserunt maiores nostri. Nunquam itaque et huic tuo operi non faueo.

Secundis literis ais te tres ad me misisse epistolas. Ego vero, ut initio dixi, de intermedia nihil compertum habeo. Primam quidem à te scriptam quam primo legi, materia arguit.

Perspicillum optas aptum duobus oculis et à me fabricam. Difficile puto. Tentare coepi ante biennium. Postquam enim capsulam exhibuit Arculariam qualem praescripseram: visa est muscipulae figuram nacta esse: destiti igitur ne essem deridiculo. Ac etsi faciamus qualem optas, non erit apta promiscue omnibus nec semper eidem. Crescunt homines in latitudinem usque ad provectam aetatem. Tum autem difficultas maxima, ut duos tubos eiusdem effectus in colore, copia luminis et quantitate speciei comparemus. Si minima discrepantia, quanta incommoditas in usu. Credo tamen, si diligentia accedat, aliquousque promoveri opus posse, usu unius convexi in arundine admodum longa duorumque cavorum: nec multum nocituram obliquitatem convexi tantulam ad cava.

11) dificilis 15) mittis 19) non *fehlt* 25) praescripsuram 26) dedisti *statt* destiti 29) copiam

Literas si quas scripseris postae manda, ad aulam Caesaream transmittendas. Quod si Caesar Viennae vel Pragae fuerit, egoque uti spero Lincij restitero, Rectoribus collegiorum Societatis Jesu mandatae, recte
87v curabuntur: | nam hic Lincij sunt ex illa societate, ad quos mittantur a suis contribulibus: atque illi ad me non gravatim mittent. Vale doctissime
40 vir hancque amicitiam, ut cepisti colere perge. Lincij die 16. Decemb: 1613.

N. D. T.

Post scripta.

Dum literae hic desident, expectantes alteram postae occupationem, tertiae tuae aduenerunt de 23 Octobris, quae an illae sint quas desideraui an abs te scriptae quarto loco dubito. Dies in prioribus incertae et suspectae dubitationem augent. Nihil habent ultra priores nisi quod id tangunt, quod tibi in commentarijs de Marte maxime placet, Vim in sideribus Magneticae similem: quo chariores mihi merito esse debent.
50 Alterum quod uideo te suspicari me Geographica in Mysterio Cosmographico tetigisse. Non est ita, tradidi Symmetriam 6. Orbium Caelestium desumptam ex 5 Corporibus Regularibus et Motum ex Harmonica: Caetera ut supra. Vale iterum.

676. OKTAVIUS PISANI AN KEPLER IN LINZ

[Antwerpen, 1614]

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 90–91. Eigenhändig

90 Charissime Domine, ac Doctissime Vir Domine Keplere

Primo quidem mille, et omnes ex animo ingentes pro tuis litteris gratias ago, et mihi cariora Tymbrei Apollinis responsis responsa accepisse scias, et unicis litteris tres saturatas ueluti nectare, et ambrosia; et foedus amicitiae exoptatum me adeptum esse gaudeo, gestio, et exhilaror.

† Mea Astrologia iam edita est, et inscripta Serenissimo magno Aetruriae duci mediante fauore Domini Galilei, ego appello Galileum Coelestem Americum,

10 Meus globus planisphericus coelestis, et terrestris iam diu prodiit in lucem, et inscriptus est Serenissimo nostro Alberto Archiduci † Austriae,

35) scripseris nosta mada, ad 39) contributibus: atque ad me no gravatum 52) Motuum

Ego non inuenio modum mittendi tibi tum librum Astrologiae, tum Globos planisphericos, quaero, et quaeram diligentissime, et cum primùm potero mittam, francum, solutum, sine ullo impostorio, ego soluam hic Antuerpiae omnia portoria, Alloquutus sum Patres Jesuitas quo scitarer quomodo tibi mitterem, et modum non inuenio, neque illi, sed quidam Mercator mihi pollicetur se inuenturum modum, quare subitò mittam ad aulam Caesaream, an Lincium, neque diligentia, neque morae abruptio deerit, et bene gaudeo, quod mea opera amas, et merito mihi chariora erunt,

Quod dicis, quod uereris, quod actum agam in theorica Jouialis motus, crede nil minus, nam ego delineaui theorica Jouis in sua orbium symmetria, et circa diametrum epicycli addidi circulum in quo quatuor errones circa Jouem satellitij instar incedere, ac stare delineo, et sic etiam scripsi Domino Galileo, et misi librum ad Serenissimum Magnum ducem,

Galileus mihi scripsit, quod ueretur unicum circulum non sufficere † omnibus apparentijs, ego respondi, quod inaequalitates theoricae Jouis, et unus ille circulus omnes apparentias saluat, seu exprimit; hoc autem clarius uidebis in libro. Quod dicis de ephemeridibus Galilei nil sane audiui, puto autem quod si quid noui erit ipse Galileus mihi scribet.

Astrologia planispherica mea hoc continet particulare praeter caeteros scriptores, nempe Appianum in Astronomico Caesareo, et Sconnerum, † continet inquam, quod omnes theoricae habent orbium Symmetriam delineatam tum in longitudine, tum in latitudine, nullus Astrologus hoc fecit, non Appianus, non Sconnerus, non Tolomeus, non Copernicus. Liber autem est maximus latus, eo, quod figurae sunt latae, ut me monuit Maginus in theoricis suis faciendum,

Continet adhuc hoc praeter scriptores omnes, Quod ipsae theoricae planisphericae non sunt aliud, Quam ipsamet praepositio geometrica planispherica ratione delineata, et unico, et eodem tempore (nota hoc) calculo, et demonstro.

Si uero dubitas quod sit error in instrumentis cartaceis, aut ratione cartae, aut ratione fili, aut rei cartaceae, aut ob lapsum manus, tunc ego ad tollendum inconueniens superaddo numeros, ut tollantur dubia errandi, sed in libro haec omnia clarescent,

De perspicillo duobus oculis aptato nil audeo dicere, eo quod exanimasti me. | Nam scripsisti quod diu tentasti, et tandem destitisti ne esses deridiculo, si tu tantus dux fugis, quid facient milites, ò quid audeam, immo superaddis, quod quamuis inueniretur, tamen opus inutile esset, sane territus obstupui, sed non funditus eieci spem, nam mihi uidetur

90v

29) respondidi

aliquanto bene succedere, ego adhuc laboro, et multa experior, et si quid boni succedet illico ad te mittam,

Ego uellem habere tale perspicillum duobus oculis aptum, eo quod perspicillus, qui uno utitur oculo, deuastat alterum, ego uidi duos amicos pene excoecatos ob diuturnam unius oculi inspectionem altero clauso, quare omnino mihi uidetur necessaria talis perspicilli inuentio,

Ego legi tuam Opticam sane te tanto uiro dignam, et quaecumque doctissime doces; quibus sane nil supra, nec uberius, nec doctius quicquam,

Vnum tantum problema desidero, (nisi forsan in tuo libro non bene intellexerim) nempe, hic Perspicillus consistit in uno punto perfectionis, quod est Maxima elongatio unius perspicilli ab altero, et Maxima refractio, cum uniuntur haec duo, tunc perspicillus quantuscumque sit optimus est,

Hac conclusione sic posita peto à disertissimo Te, et benignissimo Magistro, peto inquam hoc tale problema, Dato uno perspicillo concauo, uel conuexo, inuenire duo, videlicet scire magnitudinem concauitatis, aut conuexitatis alterius, alterum est scire distantiam unius perspicilli ab alio, id est longitudo tubi,

Scio enim, scio quod plures concaui possunt conuenire pluribus conuexis in uarijs distantijs, seu longitudinibus tuborum, Sed ego peto, seu quaesitum hoc est, scire Maximam refractionem, id est perspicillum correspondentem in quo fiat maxima refractio, qua quidem non detur maior refractio,

Sit datus perspicillus concauus a, b, c, d, aut conuexus e, f, g, h, uolo scire quis perspicillus conuexus, seu quis circulus conuexitatis competat in maxima refractione perspicillo a, b, c, d, Aut e conuerso, quis perspicillus concauus competat conuexo e, f, g, h, in maxima conuexitate, seu circulo conuexo,



Volo scire pariter quantum distabunt inuicem, id est longitudo tubi inter perspicillos,

Parce precor meae audaciae, parce meae seruituti, est enim tuae magnanimitatis uirtutis studiosos docere, decet enim te doctissimum docere indoctos, noli me audaciae[1] suspectum habere, nam tuae uirtutis munus, non meae audaciae est,

Tu uero si aliquid à me petis libere impera forsitan non inutilem seruum inuenies. Vale, meque in tuo amore serua, Vale.

Tui, ut tuorum operum studiosissimus, addittissimusque

Octauius Pisani

55) talem

Charissimo Domino, Doctissimoque Viro 91v
Domino Joanni Keplero Sacrae Caesareae
Maiestatis Mathematico dignissimo, ac
Praestantissimo, Lincium. Apud Aulam
Caesaream Pragam

677. BENJAMIN URSINUS AN KEPLER IN LINZ

Sobeslau, 7. Januar 1614

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 305–306. Eigenhändig

S. P. 305

Tabulas et Lansbergium mitto. Ex utroque in meas cartas transtuli, quod operae precium duxi. Opticam cum stella mecum retineo hactenus, quod vix ijs carere possum. In observationibus dabo operam, ut propediem videas, quales soleam turbellas dare, mea cum commovi sacra. Ego me mihi et studijs meis reddidi, postquam amores mei mihi extorsi, de quibus parum laboro. Habeo studia nostra communia jam potiori loco, quàm illas nugas nunquam habui. Valeant et res suas sibi habeant. Interim non desisto colloqui cum Domino Kohantio, à quo hactenus aliquot Epistolas habeo. Simulavi diu me nihil scire quid ibi rerum agatur, donec nuper admodum sub Terminalibus praeteriti anni eidem ejusdemque filiae gratulatus sum. Hactenus nihil respondit. Cur verò nullam ad me mentionem fecisti colloquij Tui cum Illustrissimo Domino de Rupa Ratisbonae habiti. Hodie hîc transijt ad Illustrissimum Schwanbergium. Nihil adhuc de salario certi pro me constitutum. Promisit autem se his diebus apud Schwanbergium rem hanc compositurum. Videbo quid futurum sit. De opulentissimis, quas mihi hic monstras, virginibus, viduisque nihil mihi constat. Miror Tuam perspicacitatem. Quanquam libros meos mecum habere velim, acquiesco tamen in Tua voluntate. Interim quaeso primâ quaque occasione ad me mittas sequentis catalogi libellos, quos inprimis desidero. De caeteris non laboro: ne mihi me suffurentur. Magini primum mobile, ut et Schreckenfuchsij. Tychonis tomum reliquum. Ephemerides quae ibi adsunt omnes. Prutenicas et Reinholdi resolutas. Pitisci Trigonometria. Raimari fundamentum. Tua omnia quae inter meas res praeter Dioptricen, quam jam tractare nequeo. Pezelij praecepta Genethliaca. Risneri opticam propter computum qui eidem[1] additus. Arithmeticam Gallicam de Jean Trenchant. 305v
Tonstalli Arithmeticam ist gebunden zu Spangenbergij computo. Psalmos

Gallicos Maroti et Bezae. Hos ex meis apprimè desidero; reliqua maneant tecum. E tuis verò velim addi, si possibile est, Orontij VI libros el. Euclidis, Arithmeticam Metij sive Rami, aut utramque: huius etiam Geometriam. Deinde omnes cartas meas manuscriptas et Arithmeticam † Clavij Algebricam nondum compactam. Caeterum orarunt me quamplurimi etiam ex magnatibus, ut quandoquidem Stehlik jam mortuus, † Horky verò et Basilius ejusdem discipulus κακοῦ κώρακος κακὸν ὠόν nugis suis passim male audiunt, periculum facerem conscriptionis calendarij. Quanquam verò hoc quicquid est nugarum nolens quasi in me recepi, decrevi tamen amicorum et Benefactorum quorundam voluntati satisfacere. Quare etiam atque etiam te rogo ut observationes tempestatis aliquot annorum mecum communices (vellem quidem omnes quas habes) redigerem mihi easdem horis subsecivis in ordinem, ut tanto certior sim decretorum meorum. Quaeso ne mihi hac in parte desis: ego vicissim, quod possibile mihi fuerit, ubi- et quandocunque † faciam. Rogarem etiam primùm librum sphaerae sive Astronomiae Copernicanae et si quae alia in chartis habes similia pro Copernico, ut manuductione quadam cogitationes tuas tantò felicius persequi queam in alijs, nisi vererer ne nimis multa et impudenter rogarem. Pro tuo nutu tamen omnia haec. Nihil interim decedet studijs communibus temporis, ita omnia disposui. De posta quandoquidem res cum literis Ratisbonensibus adeo malè cessit, haec scito. Cum saepenumero Celeres et alij etiam tàm aurigae quàm Mercatores Budowecij declinent à nobis ad
306 sinistram, ita ut reli'ctis nobis Thaborem deveniant, possunt literae aut Budowecij deponi, **auff der Schenckſtuben vnd auff einem verlohrnen papir zugeſchrieben werden** ℌ. Wenceslao Matthiae à Sudetis Joh. qui Pragae Professor est Fratri, viro doctissimo, aut Thabore è regione quasi Magistri postarum **bey Herrn** Wenceslao Czapek (**iſt ein Wirtshauß**) cujus affinis apud nos frequentat. Vale Vir Clarissime, Optime, et me meaque studia amare, juvare ne desistas. Quae peto, quamprimùm mihi mitti velim. Dabam 7. Eidem Jan. ann. JVCVnDIssIMI. Sobieslaviae.

T.

Benjamin Ursinus
Illustr. Gymnasij Rosenbergiaci Mathematicus

306v Cl. Viro Domino Joanni Kepplero Sac. Caes. Maj. Ordinumque superioris Austriae Mathematico celeberrimo, Domino meo colendo. **Linz in der hoffgaſſen**

678. KEPLER AN MATTHIAS BERNEGGER IN STRASSBURG

Wels, 5. Februar 1614

Original unbekannt. Erster Druck: Epistolae J. Keppleri et M. Berneggeri mutuae, Argentorati 1672, S. 16–19

S. P. D.

Clarissime et amicissime D. Berneggere: non mea negligentia factum, ut diu tacerem. Nam post nuptias meas Eferdingae celebratas $\frac{20}{30}$. Octobris, G. D. Helmhardus Jörgerus rarissimè Lincii fuit, et quoties id erat, occupatissimus erat excipiendis salutationibus amicorum, aliisque patriae negotiis.

Mitto properata manu tyronis imperitissimi inchoatum, autographo verò meo completum exemplum Epistolae ad Calvisium, quam velim primo quoque tempore excudi; Welsium iter erat, hinc occasio fuit mittendi Argentinam; absque hoc fuisset, non adeò negligenter consarcinassem typographo exemplum. Spero hanc epistolam et typographo commodaturam ad distrahenda Exemplaria. Nundinis Lincianis per mercatores mittam ad typographum Eclogas Chronicas, cum latino exemplo Informationis de anno Christi natali. Excudet illud opusculum pro suo commodo. De 50. exemplaribus nihildum significavit typographus, quo nomine illa miserit; ego inter amicos distraxi, nulla compensatione recepta à quam plurimis, quippe quam non quaesivi.

Satisfaciendum tamen est Typographo, si petierit, nec tu in damno sis, et habe occasionem illi satisfaciendi Francofurti per Palthenium.

Nobilis Styrus Welsii degit, Gregorius Ammanius ab Ammanseckh, cui filius est 15 annorum; eum cogitat Argentinam mittere: Vellet illi etiam prospici posse de bono privato Magistro.

Ex Dom. Weiss didici, te fungi professione, non dixit qua. De ea, si abs te fuero edoctus, gratulabor, et nunc gratulari incipio.

Vale feliciter, et inchoatum annum tuo tuorumque totiusque adeò Ecclesiae commodo transige. Welsii 5. Febr. anno 1614.

679. ODO MALCOTIUS AN KEPLER IN LINZ

Rom, 8. Februar 1614

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 155. Eigenhändig

Clarissimo Domino Joanni Keplero Odo Malcot S. 155

Litteras D. T. datas Lincij 18 Julij anni praeteriti, sub finem eiusdem accepi in itinere Romano, nec solum me litteris suis honorare voluit, sed et libellorum etiam aliquot suorum munere beare. Gratias pro vtroque

2) Julij *fehlt*

beneficio ago maximas. Vtinam et referre possem. Libelli tamen illi vestri, etsi Bruxellas peruenerint salui, nondum peruenere Romam, expecto indies cum reculis meis. Inueni hic Optica vestra, seu ad Vitellionem Paralipomena et quaedam alia, quae hactenus non videram: reliqua opera vestra quae mihi deerant, et quae mihi ex litteris vestris innotuerunt, curaui afferri Francofurto. Spero mihi hic, vbi iam cum musis in gratiam redire incipio, non defuturum tempus, omnia vestra opera, quod valde desidero, accurate perlegendi. Saepius etiam in posterum D. T. cum bona ipsius venia per D. Robertum Scillerium scribam, hisce modo duntaxat significare volui, me et vestras litteras et munuscula accepisse, et Romae iam versari in ocio mathematico. De Ptolemaeo graecolatino si, Antuerpiae dum adhuc essem, vestras accepissem, coram ipsemet aliquid praestare potuissem; et vero sperassem me dono a quodam amico, qui eum habebat, facile fuisse impetraturum; Scribam ad ipsum cursore proximo. Italus est Octauius Pisani dictus, vacat priuatis suis studijs mathematicis Antuerpiae, quibus delectatur, et cogitat breui aliquid in Theoricas planetarum edere. Si potero, efficiam apud eum, vt vel suum vel aliud simile exemplar D. T. curet transmitti. Et quia aliud modo non occurrit, et alias scribam saepius, finio, et D. T. omnia fausta et felicia precor, eamque rogo vt hasce litterulas meas boni consulat. Romae 8. Februarij 1614.

Clarissimae D. T. officiosus

Odo Malcotius

155v Clarissimo viro Domino Joanni Keplero
S. C. M. Mathematico

680. MARKUS WELSER AN KEPLER IN LINZ

Augsburg, 11. Februar 1614

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 158–159. Eigenhändig

158 Salue V. Nob. et Clariss.

Pithometriam tuam proximis superioribus diebus rectè accepi, et statim cum Joanne Krugero bibliopola nostro de editione egi. Cui cum nulla ratione persuadere possem, ut eam proprijs sumptibus procurandam in se susciperet, etsi enim fateretur gratiosum et illustre apud omnes litteratos Kepleri nomen haberi, negabat tamen argumentum libri plausibile et uendibile uideri, latina praesertim lingua. Itaque eo tandem coactus descendi, ut auctoris sumptibus hic cudendum curaret,

quod facile admisit, et se de conditionibus ad Dominicum Custodem scripturum promisit. Si illa in quibus te à Galilaeo dissentire scribis, commodo tuo in chartam breuiter conijcias, mihi rem pergratam facias, et ipsi quoque Galilaeo opinor. Vale. Augustae Vind. 11. die Febr. An. 1614.

Tuus

Marcus Velserus mpp.

Nobili et Clarissimo uiro Joanni Keplero, S. Caes. Maiestatis et ordinum Austriae supra Anasum mathematico, domino et amico obseruando. Lintz 159v

681. BENJAMIN URSINUS AN KEPLER IN LINZ

o. O. 19. März 1614

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 307–308. Eigenhändig

Salutem Plurimam. 307

Multis nominibus tibi, Vir Clarissime, injurius sum, tum quod tardius et infrequentius ad Te scribo: tùm quod ad prolixas tuas nondum responderim. Illius erroris causa in me et tempore est, cui, ut verum fatear, mecum interdum, nimis bene, (malè inquam) convenit: huius in idiomate Austriaco quod mihi imposuit, ut scripserim Dominum Wenceslaum Matthiam à Sudetis quaerendum esse auff der ſchenckſtuben, pro auff der ſchönen Stuben. Hinc factum est, ut literae tuae tam diu Budjegovicij manserint, donec semilacerae nimis serò ad me devenerint, adventuque suo ex animo meo excusserint, quae me prius plurimum turbabant. Mirabar enim quid sit quod per tabellarium proximum scriberes mihi respondendum esse ad binas literas, quarum unae nihil in se habebant, alterae nondum ad me tum temporis allatae erant. Ignosces igitur quod summopere rogo, temporique adscribes, quod à me peccatum, faxo inposterum abundè omnia resarciantur. Interim dum nihil ad me missum Tabularum exercui discipulos meos in calculo nobis usitato, ut jam sex vel octo habeam quibus fidere possum. Testantur Tabulae Differentiarum Ascensionalium partium Ecclipticae ad obliquitatem Tychonicam, omnesque Elevationes, quas hactenus cum nihil aliud esset composuerunt, exactissimam. Quare si quid ad me mittere placet, quod unicè cupio, huic, qui est vir bonus, credas, videris quanta cum festinatione à me perficietur, quicquid volue-

307v ris. Expectavi hactenus cum summo | dolore literas et Tabulas Tuas, sed frustra. Causam intermissae scriptionis facile conjicio esse silentium meum. Caeterum Primum Mobile Magini nollem cum metu amissionis huc illuc spaciari, si ad manus haberem, gratissimum esset. Trigonometriam et Bejerum habe usui tuo quam diu voles, sufficit mihi jam Lansbergius. Raimari fundamentum eo nomine tuae Bibliothecae dono, † si olim cum Hypothesibus ejusdem et Filia tua ad me redierit. Rami 30 geometriam jam, quia tu suades, non curo, Arithmeticam Clavij hic habeo. In sphaericis Tuis si quae habes descripta, quaeso mitte: sed et † duo exempla Tui contra Röslinum scripti, alterum pro me retinebo, alterum mittam Barth. Sculteto, cuius filiam D. Dornavius in literis ad me ultra omnes Veneres et Gratias commendat simul et offert. Sed et nuncia quid cum Setho tibi negotij. De Calendario scribam per Mercatores. Sed quam tu mihi Lincij destinas, in cuius sinum effundere † debeam, quae me inquietum reddunt? Estnè Serena Luna pacis? Dispeream, si odi, quos semper amavi. De pace Theologicâ tibi gratulor. Tu lege quae hic mitto et remitte. Habeo enim ab eo dono, qui nî fallor † 40 edidit. Ut placet? Videtur mihi appendix esse ad Tuum Sturmium. Mittas quaeso quae Astronomica habes pro motibus: sed dicas etiam an 308 conditionibus meis de Fundamento Raimari stes.| Hactenus plurima in literis dixisti te mittere, et nihil misisti. Sed heus: Posce per me et literas à Bibliothecario Rosenbergiaco Ptolemaeum Tychonis seriò: spondeo te habiturum. Posce saltem. Egi jam cum eodem; ille Tuas literas videre vult. Vale et saluta Uxorem Tuam, colludium tuum: sed etiam Filiam Hypothecam meam loco Fundamenti: et Ludovicum quem Hectoris Jacobus qui mecum est, salutat. Iterum Vale. Dominus Doctor te salutat. 19 Martij 1614.

50 Tuus et Tuorum, Tuorumque Totus

B U SS

682. BENJAMIN URSINUS AN KEPLER IN LINZ

o. O. 31. März 1614

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 309–310. Eigenhändig

309 S. P.

Quod hac occasione nec observationes computatas mitto, nec exempla observationum Tibi restituenda, Clarissime Domine Kepplere, causam hanc habe: sunt nonnullae observationes, quas sine globo tractare non potui. Quia igitur sine lacunis te eas habere volo, egi his diebus

cum Bibliothecario ut mihi globum huc mittat, quod homo morosus hactenus non fecit. Cras ad ipsum Dominum de Schwanberg eâ de re perscribam: certus sum de majore huius erga me promptitudine. Dabo itaque operam ut intra mensem lunaria omnia quae penes me sunt habere queas, nonnulla etiam de reliquis. Interim hoc tempore nec mihi licitum ad vos secedere, nec integrum aliquem eò mittere, cum omnes sint stipendiarij Rosenbergiaci. Si aliâ ratione, aut per puerum aliquem describi meis impensis, aut huc transmitti meâ fide velis faceres rem gratissimam, daremque operam ut brevi tempore Martem expeditum tibi sisterem. Scribo Kirchnero, et Conrectori, ut quacunque ratione tibi libitum fuerit pro me fidejubeant. Lineas jam incepi ducere, saltem tu, ne desis: Adolescens Bohemus aliàs, bonae fidei homo est, cui optimè committi possunt, quaecunque vis. Durum aliàs mihi erit, eâ ratione, quâ nuper mihi aliquas cartas cum Pitisco et Magino misisti, libros meos huc procurari. Non enim tàm cartas illas petebam quàm tabulas quas toties promissas cum summo desiderio expectabam. Tabulas anguli, quas desideras,[1] accipe, descripsi ego mihi, quae Elevationem Poli *309v* Huennensem spectant, pro necessarijs. De crebra missione literarum ad vos, ne sis sollicitus. Si habuero, quae mitti possint, sat occasionum invenero. Hactenus me defectus Globi impedivit. Pridie ejus quo Tuas accepi aderat mecum Dominus Scato, qui te plurimum salutat intra mensem redibit iterum Witigoniam; tunc potero ipsius auxilio optimè de Almagesto Ptolemaei agere. De judicio solidissimo et maturimo Tuo super re Praedestinariâ valde mihi gratulor: extorsit illud mihi plurimas horridiusculas cogitationes: cogor hac septimanâ scribere ad Illustrissimum Budowecium, cui ex mandato tuo haec, quae vis, communicabo. Vale cum tuis. Dabam raptim prid. Kal. April. 1614.

T.

B. Ursinus

310v

Clarissimo Viro, Domino Joh. Kepplero S. C. Maj. Ordinumque Austriae superioris Mathematico, Domino et Fautori meo colendo. **Lintz in der Hoffgaſſen zuerfragen.**

8) majoris 23) spectat

683. BENJAMIN URSINUS AN KEPLER IN LINZ

o. O. 20. April 1614

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 311. Eigenhändig

311 S. P.

Ob febriculam, quae me his diebus adorta, cuique hoc biduum destinatum, lecto affixus plana scribere nequeo. Interim quae Agricola rogat, si possibile est, ad Ipsius petitionem quodque necessarium eius rebus omninò esse sciam, quaeso indica. Vale. Dominica Jubilate 1614.

T.

Benjamin Ursinus

311v Clarissimo Viro Domino Johanni Kepp-
10 lero S. C. Maj. Ordinumque superioris Austriae Mathematico, Domino et Fautori meo colendo.

684. KEPLER AN MATTHIAS BERNEGGER IN STRASSBURG

Linz, 22. Mai 1614

Original unbekannt. Erster Druck: Epistolae J. Keppleri et M. Berneggeri mutuae, Argentorati 1672, S. 19–21

S. P. D.

Clarissime et amicissime D. Berneggere, literas tuas, quibus significas, quibus conditionibus isthic apud vos vivant nobiles, tanto libentius accepi, quod ex iis Patrono meo, Nobili et strenuo D. Gregorio Amman ab Ammanseck in Crotenhoven, etc. diligentiam meam in adjuvando ejus filio comprobare potui. Atque is et nostra, tua inquam et mea mutua amicitia delectatus, et imprimis nixus tua fide et humanitate, cum praesertim abeundum ipsi sit in Styriam, mittit ecce filium suum ad te, non alio usus internuntio, quam his meis literis, qui-
10 bus si manibus valebit, suas adjunget. Mittit autem hac spe, fore ut Tu illum in Tuum convictum aedesque recipias.

Quid Francofurti factum sit, nondum discere potui: uti nec illud an epistolam meam Tampachius (scripsit enim se eam accepisse) typis excuderit.

Vale et rescribe. Lincii, 22. Maii, anno 1614.

Post Scripta.

Epistolae meae titulum inveni in catalogo, spero impressam, etsi nihil scribit Tampachius. Interim turbulenti Francofurto ad nos perveniunt rumores. Consilium igitur cepi mittendi ad te latinum tractatum de natalitio anno, in quo mihi planè satisfeci, spero opusculum absolutissimum esse. Tu consilium è re nata capies. Omninò expedire puto ut idem imprimat opusculum, qui Epistolam; tu tamen si occasionem habes, prius ad ipsum, Gotfridum Tampachium scribes, rogans quid fieri velit, petenti transmittes. Sin recusabit, de typis penes vos, aut quacunque ratione potes, prospicies. Sin autem diu differetur impressio, fieri poterit, ut interim Lincii Typographia instauretur; quo facto, et re adhuc integra, repetam exemplar. Vale.

685. JOHANNES DECKERS AN KEPLER IN LINZ

Graz, 22. Mai 1614

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 22–23. Eigenhändig

Vir clarissime

Pax Christi

Ignosce, Ignosce, oro, obtestor, quod tam diu intermissum epistolare officium resumere audeam, nec impediar uerecundia. Longa mea in Italiam peregrinatio, et uaria tum mea, tum uestra emigratio, grauissimaeque occupationes, quod siluerim fecêre. Quanquam dum siluerunt literae, non animi et affectus siluit amica propensio. Manum porro mihi iniecit, et manui calamum, Responsum uestrum ad Caluisij Epistolam, quod extare ex Nundinarum Francfordiensium catalogo, nuperrime ingenti mea cum Voluptate cognoui. Nec quicquam erat quod adeo in optatis haberem ac intimis uotis, quam ut illud protinus oculis ac mente percurrerem, atque cum diligentia expenderem. Caeterum id mirificè animum excruciauit meum, quod nulla mihi Responsi uestri copia hactenus fieri potuerit: sicuti neque Isaaci Casauboni Exercitationum in Apparatum Annalium Baronij, De Annis ortus ac Mortis Christi. Tametsi Augusta, Vienna, et uarijs ex locis atque etiam Antuerpia et prece et precio vndique Exemplar cum cura exambiuerim. Huiusmodi enim Virorum eruditae lucubrationes, et Veritatem mirum in modum illustrant, et doctum intelligentemque Lectorem plurimum afficiunt. Et quoniam ferrum ferro acuitur, et Cos est Ingeniorum Disceptatio; adeo nullam meretur illa reprehensionem, quando amicè beneuolè, et

citra cuiusquam instituitur iniuriam, ut Laudem etiam maximam promereatur. Nec quicquam addubito, quin qui Veri peruestigandi studio decertatis, non minori uterque studio palmam nitatur adipisci Modestiae, quam priores reportare partes Sapientiae. Gaudeo itaque plurimum et exulto, tanta uos indagandae Veritatis cupiditate flagrare; quae uel in saeva Errorum, Opinionumue tempestate quieta est, et Lucet in tenebris, et pulsa loco, manet tamen, splendetque per sese semper, neque alienis † (ut ille ait) unquam sordibus obsolescit. Multorum de argumento illo vidi Diatribas, sed hominum fere qui in ipso mox limine aberrant à recto, quique in primis deflectentes principijs, labyrinthum innexuerunt Anachronismorum. Virorum uerò in omni historia uolutatorum, et qui se sinuosis non sinunt circumduci ambagibus, Velificationes, amandae et suspiciendae sunt. Quodsi notam non uererer Impudentiae, quam ardenter sitio exemplar responsi uestri, tam enixè flagitarem, ut sitim meam liberali uestra humanitate, mihi iam olim nimiopere perspecta, restingueres. Habebo gratiam quam potero maximam, hocque officio tam me, quam nos hic omnes plurimum demereberis. Id si pertinere credas, ad communem studiorum nostrorum utilitatem, exemplar alicui nostrum ex Lincensi Collegio trades: is deinde ad me Graecium transmittet, quò tandem ad antiquum reuersus sum munus Cancellarij studiorum. Si quid uicissim erit, quod opera mea uobis opus sit, nihil est aeque quod non faciam lubens. Graecio XXII. Maij 1614.

Dominationis Vestrae in Christo seruus

Joannes Deckerius

23v Clarissimo et Ornatissimo Viro, Domino
D. Joanni Kepplero S. Caesareae M^tis^
Mathematico. Lincium

686. MICHAEL MÄSTLIN AN KEPLER IN LINZ

Tübingen, 17. Mai 1614 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 40. Eigenhändig

40 Salutem in Christo Saluatore nostro plurimam precor. Clarissime et Excellentissime Vir, Domine et amice honorande. Literas tuas sub dato 24. Apr. S. N. ego heri accepi. Ad quas breuiter respondere conuenit. Quid Typographus Basiliensis agat, anne in editione Copernici pergat, nescio. Dedi ad ipsum literas superiori anno (·quemad-

43) non *fehlt*

modum tibi quoque significauit, vt puto, mea epistola·) sed responsum nullum accepi. Dedi ad eundem alias literas his proximè praeteritis Nundinis, quibus idem quod antè repetij, si forsan priores ad eum delatae non fuissent, has verò posteriores traditas esse non dubito. Sed nec iam responsum habeo. Quid causae subsit, nescio. Rhetici Narrationem editioni omnino adiungendam intelligo tibi quoque consultum videri. Sed Typographus omnino persuadendus est, ne eam ex priore, olim Copernico Basileae excuso addita editione desumat, ea enim nimis vitiosa est, et à mente Rhetici plurimum abest.

D. Röslinum audio iterum quid moliri, **der gutt Mann meinets gutt, iſt aber gar vnrecht dran** primae conceptae opinionis suae nimis est tenax, **vnd kan ſich ſo vbel weiſen laſſen.** Caluisium miror quid tentet. Scriptum eius nondum vidi. Anne in tanta luce proditis solidis fundamentis lucem non videt? vel, anne ipse, qui magnum Chronologi nomen et laudem consecutus sibi videtur, iam turpe sibi putat, de erroribus admoneri? Epistolam tuam in ipsum editam esse, ex Catalogo Nundinarum video, eam nondum vidi, laboro tamen vt breui ex Argentorato habeam. Nodus Herwardi profectò arte opus habet vt soluatur, puto tamen et ego sectione non opus esse, licet capita admodum sint recondita.

Galilaei scriptum, quod italico idiomate editum scribis, optarem latinè etiam prodijsse, praesertim si in eo, vt dicis, omne tulerit punctum. Doleo autem mihi nullum eiusmodi perfectum perspicillum obtingere, quo vel vnum, nedum omnes Iouis Satellites videre valeam. Sic etiam per neutrum meorum perspicillorum (·duo enim habeo satis alioqui accurata·) Venerem corniculatam videre possum, licet nuper ante eius occasum heliacum, caelo valde sereno, sedulo eam fuerim intuitus. Quid iam in ortu heliaco futurum sit nescio. Hactenus aëris inclementia obstitit.

Ago gratias de admonitione obseruationum magis commodarum in ☉. Directo radio hactenus aliquoties fui vsus, saepius tamen Sol oriens nimia claritate obseruationem prohibuit. De ora ☉ incisa magis magisque miror, cum praesertim eminentiae et hiatus per diuersa instrumenta et à diuersis personis mihi obtingant pariter se habere. Num igitur vel vitri vel oculorum vitio id fiat, non parum dubito.

De Eclipsi ☽ ego propter coelum nimis nubilum prorsus nihil videre potui. Gratissima mihi fuisset eius obseruatio, praesertim quod per eandem ea quam anno 1590. habui (·de qua in Disput. de eclipsibus, thes. 55·) repeti potuisset, Luna videlicet deficiente vtrunque luminare supra horizontem. Optandum est, vt Deus largiatur sudum coelum die 7. Octobris, qua ☽ oriens eclipsabitur. Ea enim egregiè illi in 1590. anno

obseruatae respondere poterit. Etenim sicut haec in anno 1590. fuit matutina in occidente, ita illa in Octobri futura erit vespertina in oriente.

Chronica tua scribis quidem te mittere mihi legenda, sed alia schedula pòst scripta, literisque inclusa, te tecum retinuisse, weil D. Langjahr ſich des Buchs beſchwährt habe. Et quidem quia heri literae tuae fuerant traditae, Dominus D. Langjahr autem hodie iterum discedat, temporis breuitas lectionem eam omninò impediuisset. Non autem dubito, quin doctissimè sint Chronica illa conscripta. Sed finem facio. Teque clementissimi Domini Dei nostri protectioni vnà cum tuis, commendo. Salutem plurimam renunciant Dominus D. Faber, et Collegae mei. Tubingae 17. Maij. Anno salutis 1614.

Excell. T. Addictissimus

† M.
60 M. M. M.
G.

40v Clarissimo et Excellentissimo Viro, Domino Johanni Keplero, Caesareae Maiestatis Mathematico peritissimo, etc. Domino et amico suo perpetua fide honorando. Lintz

687. FRIEDRICH RÜTTEL AN KEPLER IN LINZ

Stuttgart, 18./28. Mai 1614

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 166–167. Eigenhändig

166 Edler Ehrnveſter vnnd Hochgelehrter, jnſonders Günſtiger lieber Herr ſchwager, demſelben ſein meine iederzeit guttwillige ſchwägerliche dienſt vnnd gruß bevor. Ich hab nicht vnderlaßen können weil der herr ſchwager außerhalb einem sub Dato 11. Junij A: 1613 gethonen ſchreiben, ſeidhero mir nicht geſchriben, bey dem Herrn dienſtlich anzuſuchen vnnd zu ſollicitieren, wie es nemlich mitt Calculo Nouo Thematis Illustrissimi Domini Principis nostri beſchaffen, ob nicht ſeidhero von demſelben er nachcalculiert vnnd abſoluiert ſein möchte, vff wölchen ich mitt verlangen warten, deßwegen mitt den Directionibus noch der zeitt innehallten thue, mitt bitt wafer ſelbiger fertig mir ihne ehiſt es müglich günſtig laßen zukommen. Die vormahls begerte Eclipses habe in des Herrn Optica ſo ich ſeidhero erkaufft, vnnd darneben auch befunden das der Herr eben meiner langſt bey mir gehapter meinung das die Longitudo Stutgardiae vnnd Tubingae gar nicht 29° 45′ oder 50′. ſonder 34. 30. oder 34′ minuten circiter ſeye, vnnd das hab ich auß obseruatis Eclipsibus zu Nürnberg vnnd Anſpach vnnd meinigen alhie, dan ich des Herrn Opticam noch niemahlen zuvor geſehen gehapt, deßwegen ich aniezo deſto ſicherer vnnd mehrer confirmiert

bin allein möcht ich die recentiores obseruationes Eclipsium ſo ſeidhero außgegangner Optic obſeruiert worden auch wohl wißen vnnd mitt andern conferieren: Es hatt newlicher zeitt der Wolffenbüttliſch mathematicus Johann Krapp, da mein gnädiger Fürſt vnnd Herr daſelbſt geweſen, mir alle Obseruationes Solarium vnnd Lunarium Eclipsium Ab Anno 1593. usque 1609 zugeſchickt vnnd die recentiores hernacher zuſchickhen verſprochen. Die will ich si plus ocij habuero abſchreiben vnnd demſelben auch zukommen laßen. Er hatt mir auch ettliche Braunſchweigiſche Natales zugeſchriben, vnnd noch mehr anerbotten, ſtelle dem Herrn ſchwager vorgebettner maßen heim mir in gleichem auch günſtig zu gratificieren wölches ich zu recompenſieren in andere müglichſte weeg mich anerbietten thu.

Ferners dieweil mein bruder Arminius aniezo lange zeit vnnd ſeidhero dem 19 Januarij nichts zugeſchriben, alſo das ich nicht wißen kan ob er ſich noch zu Carolspach auffhallte oder ettwan verraiſet, er mich auiſiert vor diſem das er iederzeit bey dem Herrn Schwager ſich vernemmen laßen wölle wo er anzutreffen, alſo iſt an den Herrn Schwager mein dienſtfreündt: vnnd Schwägerlich bitt ohnbeſchwerdt zu ſein, da er noch zu Carolspach oder anderer Orten verraiſet were, ihme gegenwürtiges ſchreiben zuzuſchaffen, demſelben widerumb in gleichem vnnd mehrerm zu dienen bin ich iederzeit | ſo ſchuldig ſo danckbarlich geneigt vnnd willig. Nicht mehr alß vnß ſamptlich Göttlicher allmacht Protection trewlich befehlendt. Datum Stuttgarten in Musaeo meo. Die ☿ $\frac{18}{28}$ Maij Anni 1614. *166v*

Des Herrn Schwagers allzeit dienſtwilliger vnnd geflißner

Friderich Rüttell mpp.

Dem Edlen vnnd Hochgelehrten Johann Kepplern, Römiſcher Kayſ: Majeſtät vnnd dero Löblichen Lanndt in Öſterreich ob der Ennß beſtelltem Mathematico, Meinem jnſonders Günſtigen Lieben Herrn ſchwagern zu aignen Hannden. Lintz in der Vorſtatt. *167v*

688. PETER HEINRICH VON STRAHLENDORF AN KEPLER IN LINZ

Wels, 13. Juni 1614

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 1. Eigenhändig

Annus est quod Dioptrica tua legi doctissime Keplere, cum Optices 1
uniuersae studio cuius haec magna et usu iucunda pars; tum inprimis spectaculorum illorum, quae in coelico theatro Galilaeus perspicilli ope mundi Deique admiratoribus proposuit, cognoscendorum desiderio. Itaque cum otium tunc aliquod esset, et à recenti luctu carissimorum duorum funerum matris atque sororis animo leuando occupationem

quaererem, mechanica coepi praeceptis tuis experiri. Effeci aliquid, sed nihil admodum supra uulgares illos tubos, ut plana octies maiora aut circiter uiderem. Difficultatem in hoc consistere putaui, quod ad uisibilia magna uicinaque repraesentanda lentem altera parte conuexam remotam à puncto concursus radiorum esse debere demonstras, atque adeo magni circuli capiundam conuexitatem; et ut in puncto uno radij refracti coëant, quod ad distinctam uisionem necessum, hyperbolen assumi oportere. Iam uero cum magni circuli circumferentiae portio (quae in tubis uix palmo latior necessitate ipsius materiae crystallorum nempe aut uitrorum assumi posse uidetur) à linea recta ad sensum non ualde abeat, nulla cura uti ea in latitudine hyperbolen describerem assequi potui. Facta perspicilla quotquot postidea nactus sum exploraui (vidi autem Ratisbonae per Comitia unum satis excellens Patris Zigleri qui Moguntino Electori à Confessionibus, multum | uero infra Galilaei nostri modum) in quis conuexitatem aliam quam purè sphaericam explorare non potui. Tentaui et Meniscum tuum ex prop. CXXX; sed credo, quod Scutella aerea et umbo poliendo uitro comparata torneatoris uitio non plane essent ad praescriptum; opera frustra fuit. adde quod extenuatio lentis ad extremam oram ualde rupturae obnoxia et difficilis tractatu. Iuua ergo hic Imperator ductum tuum et auspicia secutum in hac mechanica, et praxim expeditam praescribe quam tu probes et prae alijs eligas. fieri enim non potest quin in quartum iam annum à dissertatione tua cum Nuncio sidereo certi aliquid de Instrumento ad naturae adyta penetranda tam admirabilis auxilij constitueris. Si placeret lineam ipsam uel lineas conuexitatis in charta aut aerea lamna designatas mihi transmittere, eo securius uterer praescripto. nam nobis, quos forenses isti crocodili assiduo insectantur ex amoenitatibus uestris eatenus bibere licet ut canibus ex Nilo. Discos crystallinos hic habeo comparatos putos sincerosque diametri $\alpha\beta$ crassitudinis $\alpha\gamma$, quos fore puto pro instituto. Ignosce libertati petitionis. puto enim hoc olim in philosophia ius esse. de me uero sic habe, et ingenio tuo fauere, et si qua commodare queam, studio et opera non defuturum. Exspecto responsum. Welsij XIII Junij 1614.



D. Tuae studiosissimus

Petrus Henricus à Stralendorff B.

Caesareae M. à consilijs aulicis Imperij mpp.

1* Clarissimo doctissimoque uiro Johanni Keplero, S.ae Caes.ae Maiestatis Mathematico, domino et amico suo. Lintium

689. MICHAEL MÄSTLIN AN KEPLER IN LINZ

Tübingen, 17. Juni 1614 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 41. Eigenhändig

Salutem in Christo plurimam. Etsi, Vir Clarissime, Domine et amice honorande, nunc quidem nihil singulare, quod scriberem, habeam, hanc tamen occasionem oblatam negligere non potui. Praesens hic literarum lator, Dominus Casparus Vigelius, S. S. Theologiae Studiosus, superiore septimana hûc Tubingam venit, vt statum Academiae nostrae perlustraret. plures alias Academias vidit, numero 14. visurus est, dum per aetatem licet, etiam alias, aliaque loca insigniora. Hoc octiduo, quo hîc versatus est, meus conuictor fuit. Vir pius et probus est, atque doctus. Ipsius nomine à te vehementer peto, vt quae Lintzij videri possent (·quae quidem commodè spectari licet·) spectandi occasionem ipsi monstres. 41

De editione Copernici Basiliensi nihil resciscere possum. Dedi denuo literas ad Typographum Sebastianum Petri, easque Francofurtum misi, eas ipsi traditas esse non dubito. Sed responsum nullum ab ipso accepi hactenus. Obtuli ipsi tam correctionem meam, quam etiam exemplar mea manu recusum. Sed quid causae sit, ob quam responsum differtur nescio, an me responsione nulla dignetur, suspicari necesse habeo. Optarem tamen, si editio noua adornetur, ea correctior edatur, ad quam omnes decet auxiliares addere manus. Verum ego Typographum cogere non possum. Sed haec breuiter, aliàs plura. Hisce Te cum tuis clementissimae Dei protectioni, vt et me atque meos, humilimè commendo. Actum Tubingae die 17. Junij die♀ ante Dominicam Trinitatis. Anno 1614.

Exc. T. Addictissimus

M. Michael Maestlin

Clarissimo et Excellentissimo Viro, Domino Johanni Keplero, Caes. Maiestatis Mathematico praestantissimo etc. Domino et amico suo perpetuò honorando. Lintz 41 v

690. MICHAEL GEHLER AN KEPLER IN LINZ

Sobeslau, 20. Juli 1614

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 3. Eigenhändig

S. P. D.

Cl. et Excellentissime Domine Kepplere,

Romani olim libris Sibyllinis per Xviros inspectis censuerunt ut Veneris Verticordiae simulachrum consecraretur: ad cujus ego incerata genua jaceo. ne enim sis nescius, ἀδεῖα ἔνδον μιν ἔκνιζεν χάρις. Joanna Lämpelia nobilis et spectati Domini Cyriaci Lampelii et Susannae Höltzeliae de Sternstayn filia, laude pudicitiae et purpurei decori gratiosa venustate florentissima, me mihi surripuit. Ac ne toties mihi sit τὸ παρακλαυσίθυρον canendum, futurarum nuptiarum diem diximus XV^{m}. Septembr. quo Cupido Rosam Harpocrati silentii Deo ex more prisco consecrabit Vitigoviae. ἐν διχομηνίδεσσι δὲ ἑσπέραις ἐρατὸν λύοι κεν χαλινὸν ὑφ' ἥρωϊ παρθενίας, secundum suavissimum Pindarum. numquid verò plenilunii tempore sat auspicatò? Ad haec sacra opertanea, te, Cl. Kepplere, tuamque Cajam, et suavissimos liberos, adeoque Musas omnes et Gratias, solenniter evoco, invitoque. Te quoque proxeneta à Magnifico D. Wackero et amoenissimo Segetho γαμήλιον ambio, de tuo nescio qua felicitatis meae opinione jam securus. Sed et hanc Samsoniam quaestionem solves, ubi veneris. Proditum est apud Carenos, qui sunt Arabiae populi, observatum esse, ut qui Lunam foemineo genere et nomine putarent nuncupandam, ii addicti mulieribus semper inservirent: qui verò marem esse crederet, is in uxorem jus haberet, neque ullas pateretur muliebres insidias. Haec illi. quid verò religionis Levinum incessisse dices, qui et Venerem masculo genere dicere maluit apud Aristotelem Elench. lib. 1. cap. 13. Et hanc crucem non abs re [1] Grammaticus fixit Mathematicorum principi, qui non tantum montes et civitates Lunae contempletur, sed et genitalia sexûs discrimina, ac aureum, qui cum ipso in Luna semper est, orbis ephebum, ut vetus Poëta canit. Numquid hoc satis Grammaticè? quo verò ipse nomine appellare soles, Excellentissime Kepplere, aut quam me inposterum lectionem sequi mavis? καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταύτῃ.

Desideratissimi adventûs tui significationem cum columba mea deliciosissima, avidè exspecto: quam per Michaëlem Maurer mercatorem Linc. novum affinem, rectè curabis: quod et nobilissimus Herkowicius fac resciscat, ad quem praesentes spectant. Ursinus noster antiquum obtinet, et optat fumum de patriis posse videre focis. Ego tamen ipsum manere velim, nec adeò properare in Labyrinthum, unde ille se inposterum tàm

facilè non extricaverit. Vale, Cl. V. et amicitiae nostrae favonios inspira, et geniale incrementum. Sobieslaviae XX. Julii A.C. MDC XIIII. secundum Dionysium Exiguum, A. XIX. secundum magnum Kepplerum.

Nominis tui studiosissimus

Michaël Gehlerus D.
illustr. Gymnasii de Rosis Rector mpp.

Clarissimo et Excellentissimo Viro Domino Joanni Kepplero, S. C. Majest. Ordinumque Superioris Austriae Mathematico summo, Domino et amico meo honoratissimo. Lintz auf der Hoffgaſſen 3*

691. BENJAMIN URSINUS AN KEPLER IN LINZ

o. O. 21. Juli 1614

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 312. Eigenhändig

S. 312

In Nundinis vestris, Excellentissime Domine Kepplere, ad Te veniam: ubi Tecum in medium consulam de communibus studijs nostris. Interim velim quam primum hae offerantur.

Vale 21. Julij 1614.

T.

B U SS.

Clarissimo et Excellentissimo Viro Domino Johanni Kepplero, S. C. Maj. Ordinumque superioris Austriae Mathematico, Domino et Patri suo honorando. Lintz auff der Hoffgaſſen 312v

692. BENJAMIN URSINUS AN KEPLER IN LINZ

[August 1614]

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 315v, 301*. Eigenhändig

S. 315v

Constitueramus hodie ad Te navi nos conferre, Ego, Schilterus et Contubernalis ejusdem, sed coelum turbidum nos detinuit. Schilterus cogitat cras excurrere nisi tempestas impedierit. Dominus de

Schönaich cogitat me domum mittere circa Jovis diem cum legatis Lusaticis, ego valde vellem Te domi esse. Tabulas absolvam cras mane nimis me detinuerunt, et coactus sum illi apud Lichtensteinium quaedam loca ☉ ☽ ♌ ♂ computare. Megiserus Te heri quaerebat παραστάτην
f ad sponsalia sua. Vale.

T.

B U.

301* Nobili et Clarissimo Viro Domino Johanni Kepplero S. C. Maj. Ordinumque superioris Austriae Mathematico, Domino et Patrono meo Patris loco colendo. Lintz

693. JAKOB VALESIUS AN KEPLER IN LINZ

Prag, 5. August 1614

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 4. Eigenhändig

4 Liceat, Excellentissime uir et amice mihi unice obseruande, seria tua studia et grauiores occupationes nugis hisce meis paulisper interrumpere; et amicitiae nostrae non ita pridem iacta semina iam primum literis excolere. Nolui ego tam commodam uisendi tui, et officij erga te mei testandi occasionem, negligere. Nimia mihi in mente ex colloquio nostro reliqua est uirtutis tuae et summae eruditionis impressio, ut iam sileam. Mirari profecto mecum non satis queo, quinam in tantillo corpusculo, tantum solidae eruditionis totque profundissimorum philosophiae mysteriorum thesauri intus inclusi lateant. Ita me Deus amet,
10 ut a discessu meo saepius mihi in mentem uenerit, (neque adhuc uoluntas excidit) si quandocunque a munere meo solutus liberè et ex animi mei arbitrio uiuere licebit, nullum alium gratiorem a curis secessum quaerendi, quam apud te; ubi hianti ore pabulum illud philosophicum excipiam, tibi uel anagnosta sim uel amanuensis, et ita operam tuam et opera promoueam in lucem. Libellus ille Tuus Dioptrices, continuò prae manibus est, ex quo te deserui, paucae sunt ipsius propositiones mihi imperuiae; de Iride adhuc aliquid desidero. Tubos dum licuerit ipse curabo fabricandos, omnia experiar, ut experientiae innixa etiam demonstrationum firmitas eluceat magis. Summo desiderio Ephe-
20 merides tuas expecto. De te multa ego cum D. Surcephalo Vratislauiae. Te plurimi habet et cum eo omnes uerè docti et boni. Tua manu exarata habet ad thema aliquod natalicium, errantium loca, ex calculo Tycho-

nico; si tibi sit commodum idem à te flagitabo, ad anni 1581 diem Martij 17 Hor. 17. M. 7. et longitudinem Sterlinensem in Scotia graduum circiter 19. ex modernis geographis. Audivi a Surcephalo modum esse aliquem dirigendi omnia simul thematis loca nullo negotio, eum me celauit, ueritus ut suspicor ne ipsi ego gloriam praeriperem inuenti sui, sed immerito. Neminem usquam gentium reperiet qui ingenuè magis fateatur, quid ab alijs profecerit quam me, uidi saltem tuum de hoc inuento iudicium, quod beneficio amici sui cuiusdam expiscatus est: approbasti, quod ipsi triumphus est. Meus erit, si me ames et quandoque per otium literis inuisas. Literas tuas uel Pragam Cypriano Lumago cura perferendas, uel Norimbergam Caesari Calandrino ciui: ipsi curabunt mihi reddendas ubicunque terrarum fuero. Vale, excellentissime uir et me ama. Pragae Non. Augusti. 1614.

Tui obseruantissimus et uirtutis tuae studiosissimus

Jacobus Valesius Sterlinensis

Excellentissimo uiro et amico suo D. Joanni Keplero Caesaris et Austriae Ordinum Mathematico. Lincium

694. JOHANN GEORG POLTZ VON POLTZHÜGEL AN KEPLER IN LINZ

Linz, 13. August 1614

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XIX, Bl. 31–32. Eigenhändig

Nobilis et Clarissime Domine, Patrone plurimùm obseruande.

Licet non ignorem Excellentiam Tuam grauioribus rebus occupatam, atque inciuile esse, ut hac in parte molestus sim. Pronus tamen Eiusdem affectus et fauor, quo me semper prosecuta est, imò ipsa obseruantia mea, quae me uicissim de Excellentia Tua benè mereri iubet, animum dederunt, ne id, quod nudius tertius coràm petij, adhuc petere desisterem: ut nimirum prudentissimum suum de natiuitate mea iudicium mihi communicare uellet. Meritò enim id peto à tali Viro, cui Musae ex omnium uirtutum floribus praemij coronam perpetua laude confecerunt, Earumque praestantissima Vrania illam capiti imposuit. Tempus itaque designem necesse est. Natus sum 29. Nouembris, hora

dimidia quarta matutina Anno 1588. Anno, ut multis placet, turbulento
31v et infausto, | Annique rigoroso et durissimo tempore. De praeteritis certum mihi constat iudicium, quo fortunam nouercam satis duram accuso; Ad quam expugnandam hac claua vsus sum: Orandum est, vt sit mens sana in corpore sano. De futuris, cum et animi et corporis vires deficere sentiam, facilè breui illud mihi praedico, vel cygni instar hoc modo ualedico.

Munde immunde uale: tua sat ludibria uidi,
Poenitet et iuuenem me superesse tibi.
Cum me fata uocent, repetant mea uota, recedam
Laetior, et terrae corpus inane dabo.
Astra habeant animam; mea tu spes unica, Christe:
Ad uitam monstras mî melioris iter.
Hoc pie conserues animo, teneasque Viator;
Viuitur in Christo: caetera mortis erunt.

Sed haec uoluntati et ordinationi diuinae committo. Haec ideò adscribere placuit, vt, dum natiuitatem atque ingressum in hanc uitam con-
32 sidero, et mortis atque discessus ex hac uita | sim memor. Ne uerò
30 ulterius Excellentiam Tuam detineam, concludo, Eiusque gratiae et fauori officiosè me commendo. Aeternum ualeat, atque inciuilem hanc simplicitatem meam aequi bonique consulat. Linzij 13. Aug: 1614.

Excellentiae Tuae officiosissimus

Jo: Georgius Poltz de Poltzhügell

32v Nobili et Clarissimo Domino Johanni
Keplero, Sac:ae Caes:ae M.tis Mathematico.
Patrono meo plurimùm obseruando.

695. JOHANNES DECKERS AN KEPLER IN LINZ

Wien, 22. September 1614

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 24. Eigenhändig

24 Clarissime et Ornatissime Domine.

Pax Christi. Quas 3. Septembris dedisti, eas hic Viennae hesterna primum die accepi; utique gratissimas ut semper vestras. Indolui quando ex Vestrarum didici lectione, meas tam sero, vestras ad manus
† fuisse perlatas. Librum Casauboni vidi, obiterque percurri; qui quemadmodum Dominatio vestra probè coniectavit, mihi modestiam suam non

probavit. Nimiopere exaturavit se convitijs, dum nequicquam animo moderatur suo. Omnibus mire placet studium et disquisitio Veritatis, iuncta modestiae. Acerbum Viri fatum, iam aliunde intellexeram. Exemplar epistolae vestrae avidus suspirabam: sed quia unicum scribis tibi suppetere, nae ego vehementer sim importunus, si coner extorquere. Quanquam satis mihi foret videndi copia, et desultorio oculo perlustrandi. Expectabo pari desiderio et siti, alia illa vestra contra Calvisium itidemque Ecloges Epistolares chronicas. Ego me non tanto dignor honore, qui appositione nominis, lucubrationes vestras ornare valeam. Illo si placet suppresso, Cancellarius Graecensis sufficiet. Multa ioca solent esse in Epistolis, quae parum amicè interdum divulgantur. Spero nihil quicquam tale fore in vestris. Sum planè in procinctu, ut me ad reditum Graecensem comparem. Interim Annum, mensem et diem Dominicae passionis perge invictis adstruere argumentis. Stat aeternumque stabit Veritas jam olim in Palaestina Synodo mille ante et quadringentos annos (quae et prima fuit Synodus post illam Apostolorum) Resurrexisse Dominum XXV. Martij. Prius Coelum moverint sede sua, et prius omnia, quam diem istum, qui irrefutabili charactere signat nobis annum. Si epistolae vestrae copiam promerear, et illam fideliter Graecio remittam, et Mathematicam Apodixim Graecij ingenti cum applausu habitam, pro Anno Christi natalitio ex Ephemerijs depromptam, foenoris loco rependam. Quod munus nec ingratum vobis fore reor, nec iniucundum vel inutile. Sed cogor abrumpere filum epistolae, nostris Lincium approperantibus. Aliàs uberius. Literas vestras digneris committere vni alicui ex nostris. Vale Vienna XXII. Septemb. 1614.

D. V. Servus in Christo

Joannes Deckerius

Clarissimo et ornatissimo Viro Domino
D. Joanni Kepplero Sacrae Caesareae Maiestatis Mathematico, Lincium

696. JAKOB VALESIUS AN KEPLER IN LINZ

Frankfurt, 16. September 1614 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 5. Eigenhändig

Tandem aliquando (Excellentissime Vir et amice mihi unicè obseruande) post peragratam Germaniam hic Francofurti consistimus incerti adhuc in quam mundi plagam dehinc nos uocent fata et imperium

eorum quibus parere nobis necesse est. Jam primum liberè respiramus ex hoc itinere semestri. Nondum adhuc pedem fixeram in hoc solo, cum de te, per literas, salutando subijt animum. Triduum tantum est quod hic sumus, et fauit tamen numen ut te liceret interpellare, et ex te ipso inquirere quid agas? ut ualeas? ut memor sis mei? Antequam Praga discederem dedi ad te literas, (nescio an redditae fuerint) quibus quo apud me loco sis facilè potuisti perspicere. Ex eo tempore saepius oblata est mihi occasio de te sermonem habendi, testandique animi erga te mei affectum, et sententiam meam de scriptis et ingenio tuo liberè dicendi, si tamen par sit et conueniens tantulum me de tanto uiro iudicium ferre. Lipsiae conueni Caluisium, qui permagni quidem te habet, sed Chronologicae isti tuae opinioni non potest non refragari. Summopere exoptat pleniorem ad epistolam suam responsionem, eam praelis hic audio mandari, et nundinis hisce prodituram. Inconcussam penitus autumat sententiam suam de anno natiuitatis Domini nostri, nec ullis tuis machinis posse labefactari. Tempus docebit et tu quid nobis de hac re sit sentiendum. Vidi dum Vittebergae essem Ambrosium Rhodium, qui in tua uerba iurauit, ut mihi tum uidebatur, eius profecto humanitati multum † debeo. Opticâ suâ me donauit, rudimenta sunt illa ad speculationes tuas nonnihil conducentia. Nihil a te tritum prodit, aut uulgare imo nihil facile. Summo acumine opus habet, qui te capiat. Expectamus Ephemerides tuas, sed frustrà adhuc ut mihi narrauit hic Bibliopola amicus tuus, a quo opera tua omnia comparaui, quae saltem habere ab ipso licuit. Quod superioribus literis a te expetiui, id ipsum hisce flagito, ut ad anni 1581 Martij D.17 H.17 M.7. ex calculo Tychonico loca recenseas planetarum, ad longitudinem Sterlinensem in Scotia 16. g. ut uidetur *f* Mercatori in suis tabulis. hoc tamen praefatus ut ueniam [1] des importunis hisce precibus. Quam erga Sarcephalum exercuisti humanitatem, mihi uiam aperuit huic uoto, ut erga me eandem experirer licet immeritus. Si contrâ qua in re ego tibi aut opera aut re mea gratus esse potero, etiam atque etiam peto, ut liberrimè mihi imperes quid praestari a me uolueris. Vale. Datum Francofurti. 16. Septembris. 1614.

Tui studiosissimus et ad omne obsequium paratissimus

Jacobus Valesius Sterlinensis

*f** Excellentissimo uiro, D. Joanni Keplero
S. Caesareae Maiestatis ordinumque Austriae Mathematico Clarissimo. Lincium

15) refractari 31) exercui

697. THOMAS MINGONIUS AN KEPLER IN LINZ

o. O. 29. September 1614

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 13. Eigenhändig

Clarissime Domine, et observantissime.

Remitto D. V. libros quos mihi ante actis mensibus mutuos dedit. Aula Caesarea festinat discessum, interim rogo ut amico quem saepius probasti aliquid committas, quod Dominationi Vestrae esse possit utilitati et mihi ipsi voluptati. Geniturae calculum iuxta Ticonis correctionem summopere desidero, et, si fortasse inter tot alias curas et labores non ita occurrat scheda illius temporis, adiungam nunc, contigit enim Genitura anno 1581. Nouembris D.22. H.21. et Min. 30. p. m. sub Poli latitudine 44. quaeso in gratiam boni amici non grauetur hunc laborem suscipere, summopere enim me obligabit. Valeat felix cum Domina Vxore ad multos annos. Domi Die 29 Septembris 1614.

D. V. Clarissimae
Addictissimus et ad omnia Paratissimus

Thomas Mingonius

698. THOMAS LANSIUS AN KEPLER IN LINZ

Tübingen, 5. Oktober 1614 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 6. Eigenhändig

S. P.

Ecquid tinniunt tibi, magne Kepplere, aures interdum? Frequens de te mihi hîc sermo est cum nostro Hafenreffero, cum Schefero nostro, nostri amantissimis. Equidem virtutem tuam jamdudum admiratus sum, doctrinam suspexi, et ingenij acumen deprehendi sine exemplo: ut propterea multoties occasionem captaverim, quâ tibi arctiùs devinciri possem. Et ne diutius frustra sim; ecce jam importunè tibi obstrepo, et amicitiam atque officia mea offero: quae si grata habueris, hoc ipso obstrinxeris me tibi insigni obligatione. De fide et candore meo securus esto. Verùm ut videas amicitiam meam non venire sine onere, mitto tibi librum nuper aliquâ meâ suggestione et operâ editum: quem ut ingenuè liberèque censeas, majorem in modum à te peto. Censura enim tua erit mihi instar omnium. Ille ipse liber consecratus est Imperatori Augusto à Duce Wirtembergensi Friderico Achille; nondum tamen

oblatus: cum hoc per multas causas hactenus commodè fieri non po-
6v tuerit. Offeretur autem primo quoque tempore. | Lator harum est Nicolaus Spechtius, qui consilio et voluntate meâ cum discipulo Tobia Handelio redit in Austriam. Cum enim Tobias iste migrâsset in suum ingenium, nec amplius ferre vellet monitorem, adeôque à Musis omninò abhorreret: satius esse putabam, illum ad lares patrios remittere, quàm longiori morâ patris exspectationem ludificare. Minatur tamen, ut audio, discipulus Praeceptori: et quia fieri potest, ut pater Gregorius, Quaestor Ordinum, sit ejusmodi auditionum facilior: tu, quaeso, bono et probo illi Spechtio dexteram porrige, nec patere, ut calumnia praevaleat veritati. Nolim verò, ut de hisce meis literis quicquam dicas Patri Handelio. Vale ita Vir optime, et me ama. Tubingae 5. Octobris Anno 1614.

Tuus adfectu et operâ

Thomas Lansius

Si M. Elias Zethius te salutaverit meo nomine; quaeso, illum meâ causâ complectere, et si occasio est juva. Dignissimus est omnium bonorum virorum amore et favore. Perquam etiam scire aveo ubi terrarum sit Fleinerus, amicus meus vetus et charissimus; cui exemplar Consultationis etc. destinavi.

6* Nobili et clarissimo viro, Domino Johanni Kepplero, S. Caes. Majest. Mathematico etc. Domino et amico suo plurimùm colendo. Lintz

699. FRIEDRICH RÜTTEL AN KEPLER IN LINZ

Stuttgart, 2./12. November 1614

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 168–170. Eigenhändig

168 Edler Hochgelehrter, Demſelben ſein mein gantz freündt: Schwägerlich guttwillige dienſt vnnd Gruß beſtes fleiß iederzeit berait zuvor. Sonders Günſtiger Lieber Herr Schwager. Ich habe nicht vnderlaßen ſollen vnnd wöllen, den Herrn Schwagern ein mahl mitt einem kleinen gruoßbriefflin freündtlich zuerſuchen, nicht allein ſelbigen (·da es in ſeiner gelegenheit vnnd vnverhinderter geſchäfften halben beſchehen könte·) zu einem Responso, vnnd Continuierung vnſerer gemachten kundt: vnnd freüntſchafft, ſchwägerlich wohlmeinendt zu Irritieren, ſonder auch zumahl zu Gratulieren, weil ich von glaubwürdiger perſohn im vertrawen, mitt ſondern frewden gern vernommen, das der Herr Schwager von Fürſtl. Durchl. Herrn Ertzherzogen zue Grätz etc. mitt ſondern gnaden ſelbſten angeredt, vnnd widerumb nach Grätz in dero-

ſelben dienſt vnnd beſtallung zuziehen vermöcht worden, jnmaßen dan der Herr Schwager in wenig Monaten dahin ſich zubegeben entlich gewillet vnnd vorhabens ſein ſolle: Zu wöllicher anſehenlicher Vocation dan, von Gott dem Allmechtigen, dem Herrn Schwagern jch einen iederzeit wohlerſprießlichen fortgang, alle Glückliche Wohlfahrt Hail vnnd ſeegen, auch das ſolliche zuforderſt zu der Hailigſten Dreyfeltikeit Ehr vnnd preiß, der Himmeliſchen Astronomiae lang erwarteter vnnd erwünſchter löblicher fürderlichſter Restauration, auch ihme ſelbſten ſampt ſeiner (·wie jch vernimm Newlich gefreyten·) lieben Haußfraw vnnd Kindern praesentibus et futuris zu ſonderm ewig wehrendem lob rhum, Nutzen vnnd wohlgedeylichem auffnemmen geraichen thue, von Grundt meines Herzens wünſchen vnnd bitten thue: Woltte auch von Gott nichts liebers, weil wie man ſagt: kein prophet angenem in ſeinem vatterlandt, vnnd ohne das hieoben in vnſern landen hin vnnd wider bey hoch vnnd nidern ſtandts perſohnen, bey Höven, in den Cantzleyen vnnd den Rahtsheüſern, alle ſachen, ſonderlich aber die liebe Justitia, quae omnes in sese Virtutes continet, layder in ſolchen vngleichen beſchwerlichen, ja ye lenger ye weniger in verhoffenden verbeßerlichern Statum (·wie dem Herrn Schwagern ſonder zweifel ex multiplici quotidiana relatione aliorum wohlbewußt derowegen Expressius darvon zuſchreiben partim non tutum, partim non necessariùm est·) gerahten, Alſo das nuhnmehr non inuitis astris, ein lang Ominierte gefehrliche mutatio, uel Fatalis Ruina ceruicibus nostris impendens nicht wohl lenger außpleiben werden könne gantz ohnſchwehr zuvermutten: Alß das ich die ienige gedancken, vnnd vey mir ſelbſten nuhn ein gutte zeitthero gethone berahtſchlagung: Wie ich mich mitt gutter gelegenheit in conuenientiorem et tutiorem quendam locum begeben, imminentia, nostrisque terris prae foribus existentia pericula Vniuersalia, zeittlich aliquo modo Subterfugieren, zuvorderſt meines vilgeliebten Parentis piae memoriae fideles Admonitiones (·da er nobis ambobus ipsius filijs in | his terris vnnß in dienſt zu- 168v
begeben assiduè inculcando, etiam imminentia praesagiendo ſtarck diſſuadiert·) nicht weniger anderer guttherziger freündt offtmals vnnd noch täglichs mir ertheilende Consilia dermahlen fruchtbarlich Effectuieren, auch zu gleichförmiger dem Herrn ſchwager zugeſtandner glegenheit bey andern gelangen, oder da villeichten die Löbliche Öſterreichiſche Ständt pro naturali et ingenito ad haec sublimiora Coelestia Studia laudabili fauore et amore singulari, deß Herrn Schwagers ſtell, zwar ratione Excellentissimae Eruditionis (·quod uix possibile sit·) gar nicht: ſonder allein deßen personam mitt einem andern zuerſezen gedächten: Vff vnnd mitt des Herrn Schwagers getrewen Raht vnd guttachten, zuvorderſt auch durch deßelben, propter eam quam apud praedictos Illustrissimos Ordines et Status Austriacos hactenus obtinuit, ac etiamnum habet (·mihi multipliciter depraedicatam et notam·) singularem authoritatem, fauorem et respectum, ohnzweifenliche wohlerſprießliche ſtattliche Commendation, jch vor andern dahin zu einem vnwürdigen Mathematico fürgeſchlagen promouiert, vnnd ein zeittlang vff verſuchen, mitt einer zimlichen beſtallung auffenthalten werden könte vnnd möchte. Zweiffelt mir gar in kein weeg,

wie ich dan auch von Guttherzigen perſonen mehrfeltig Auiſiert vnnd gewiß vertröſtet werde, da ich vermittelſt des Herrn Schwagers gutter Commendation ein wenig in Kundtſchafft kommen ſolte, das nicht allein hoch vnnd wohlermelte Löbliche Landtſtändt mitt mir gnädig hingegen mitt ihnen ich in gebürender Vndertheniкeit wohlhäbig vnnd zufriden ſein, verhoffentlich auch beeder ſeits lenger beyſamen verpleiben können, ja dieſelben zu anderm mehrerm mich zugebrauchen Vrſach haben werden.

Habe demnach nicht vnderlaßen können noch ſollen, den Herrn Schwagern alß mehrverſtendigern, deme des landts, orts auch der perſohnen qualitet vnnd gelegenheit vor andern am beſten bekannt, dienſtlichs fleiß gantz ſchwägerlich zuerſuchen vnnd zubitten, ohnbeſchwerdt hierunder ſein wohlmeinendt bedenckhen, vnnd getrewen ſchwägerlichen Rhatt (·ohne wölchen auch ich diß orts nichts fürzunemmen gedenckhe·) Ob es thunlich, wie vnnd wölcher geſtallt beſchehen, vnnd die ſach in ein oder andern gutten vnnd fürträglichen weeg anzugreiffen were, mir off das förderlichſt vnnd wo müglich bey nechſter poſt vnnd gelegenheit, vertrawlich in ſchrifften zuentdeckhen vnnd zu communicieren: Wölche ſondere hohe Schwägerliche Gunſt vnnd angenemme freündtſchafft in alle müglichſte weeg danckbarlich widerumb zuvergleichen, erkenne ich mich auch vmb ſovil deſto mehr ſchuldig, weil der Herr Schwager bißhero | nicht allein meinem brudern Arminio (·wie er mir vilfeltig rhüempt·) alles liebs gutts, ſondere freündtſchafft vnnd befürderung mitt der thatt erwiſen, ſonder auch auß wohl Affectioniertem gemüett, ihme noch ferners nach müglicheit beßere promotion zuthun ſich gegen ihme erbiettig gemacht, vnnd verhoffentlich auch praeſtieren kan vnnd wirtt.

Ferners hab ich meinem brudern ſchon ettlich mahl zugeſchriben, bey dem Herrn Schwagern vmb den Calculum Planetarum ex nouis correctis tabulis ad Natalem Illustrissimi Domini Principis Wirtenbergici zu Sollicitieren, ob nuhn ers verrichtet kan ich nicht wißen, es referiert mir aber diſer tagen Herr Doctor Aulber, das mein bruder ihme ein ſolches bey dem Herrn Schwagern zu verrichten bevohlen, ſeye aber von ihme wegen verhinderung anderer geſchefften nicht beſchehen, dieweil aber erſt vor acht tagen ohngefahrlich Ihre Fürſtl. Gnaden mir durch den von Renchingen gnedig anzeigen laßen, das mitt deroſelben Themate ich fürgehen vnnd wie es angefangen Abſoluieren thue, habe ich mich zuvor auch berichter maßen erclärt, das ich dem Herrn Schwagern vmb die Loca Correcta Planetarum zugeſchriben, derenſelben ich auch verſprochner maßen erwarten, alßdan mitt den Directionibus fortgehen wölle, wölches dan Ihre Fürſtl. Gnaden ihr wie mich Renchinger widerumb berichtet, nicht haben mißfallen laßen. Gelangt demnach an denſelben mein gantz Schwägerlich vnnd freündtlich bitten, der Herr Schwager wölle ehiſt es ſein kan mir ſolliches laßen zukommen, damitt ich mitt den Directionibus deſto eher fürgehen, Ihren Fürſtl. Gnaden vberlieffern, vnnd beneben deßelben mitt Calculierung ſolcher motuum angewendten fleiß vnnd müch bey Ihren Fürſtl. Gnaden gebürend rhüemen, könne, zweiffelt mir nicht es werde dieſelbigen ſolliches ohnremuneriert nicht laßen.

Wan der Herr Schwager mir auch offtbegehrter maßen Obseruationes Eclipsium Lunarium ſeidhero ab Editis Opticis suis alß ab Anno 1605 widerfahren ließ beſchehe mir ein ſondere freündtſchafft. nostram Stutgardianam Longitudinem habe ich collatione meiner alhie vnnd Simonis Marij zu Anspach gethoner Obseruationum, eh vnnd dan ich des Herrn Schwagers Opticam geſehen vff 34° 30′ vngefahrlich gehallten wie mir deßen Camerarius Zeügnuß geben kan, nachdem mir aber ſolche Optica gebunden worden, habe ich die Concordantiam mitt frewden vernommen, vnnd deſto mehr contra Maestlini Siderocratis vnnd Stoeffleri assumptam falsam longitudinem confirmiert worden, möchte aber wohl auß noch mehrern Obseruationibus alibi etiam habitis, maiorem praecisionem erlernen, deß Krabbi Obseruationes cum Astrolabio habitae ſein mir suspect treffen auch nicht | gleich 170v mitt andern zu, habe aber nichts deſtoweniger ſelbige dem Herrn wöllen communicieren, wie derſelb ſie mir alß mein gnediger Fürſt vnnd Herr jm verſchinen Januario zu Wolffenbüttell geweſen, zugeſchriben, deßwegen ich dannoch ſie fidelem communicationem billich zurhüemen, ob ſie ſchon nicht allerdings juſt. Tempus Natalitium Imperatricis, wie auch Maximiliani Ducis Bauariae ſampt ettlicher fürnemſter Kayſerlicher Räht möcht ich auch wohl haben, wan der Herr Schwager anderer Fürſten vnnd Herrn die er ettwan nicht haben möchte, begehrte kan ich ihme, weil mir gar wenig manglen, auch gratificieren.

Epitomen Astronomiae sine fictis Hypothesibus habe ich im Catalogo funden, † erwarte derowegen der künfftigen meß ſolches zu bekommen mitt verlangen, ſo hatt mich auch Herr Doctor Aulber berichtet, das von dem Herrn vnd ſeinem adiuncto Ephemerides Martis im werck ſeyen, deren förderlichen volfiehrung ich ebenmeßig wünſchen thue.

Von Nouis waiß ich dißmahls ledig Nichts, allein iſt bey vnnß ein gar hochbeſchwehrliche Tewrung vnnd Mangel an Früchten, alſo das man zu Straßburg, Meintz vnnd anderer Orrten auffkauffen vnnd ins landt fiehren müeßen, Gott wende es zum beßern. Der Wein iſt ſonſten vngleich an ettlichen orten aber nicht böß, vnnd in zimlicher quantitet erwachſen, iſt gar in großem Vnwehrt.

Letſtlich nè metam Epistolae transgrediar, will jch hiemitt beſchloßen, vnß allerſeits der Hayligen Göttlichen Dreyfelltikeit ſchutz vnnd ſchirm, vnnd mich dem Herrn Schwagern, zu beharrlichen Schwägerlichen Gunſten vnnd beſtendiger freündtſchafft dienſtlich bevohlen haben. Dabam Stutgardiae in Musaeo meo Die ☿ $\frac{2}{12}$ Nouembris Anno 1614.

Deß Herrn Schwagers ſchrifftlicher förderlicher antwort bin ich mitt verlangen gewertig.

Deß Herrn Schwagers Guettwilliger vnnd dienſtgeflißner

Friderich Rüttell H.W. et Mathematicus mpp.

169 *Beilage.* Obseruationes Eclipsium ſo Johannes Krabbe Geometra zu Wolffenbüttel daſelbſten vnnd andern nechſtgelegnen orten mitt dem Astrolabio durch ettliche Stellas fixas obſeruiert vnnd mir in scriptis communiciert.

1. Eclipsis ☉ A: 1593. 20 Maij, zu Wolffenbüttel
Principium Hor: 2. Min: 15 | Finem . . H: 3. Min: 16 | postmerid: altitudo ☉ { 50°. / 42°. } cum Astrolabio

2. Eclipsis ☽ A: 1595. Die 14. Aprilis in der Statt Braunſchweig wölche von Wolffenbüttel ins Norden $1\frac{1}{3}$ meil wegs abgelegen.
140 Principium Hor: 2. Min: 58 manè. Altitudo Arcturi 43°. grad.
Finem non potuit obseruare ob Lunam in tenebris occidentem.

3. Eclipsis ☉ A: 1598. 25. Februarij zu Wolffenbüttell
Principium Hor: 10. Min: 4. | Finis . . .Hor: 12. Min: 12. | meridiei { altitudo ☉ 27°. graduum / Ex Solario }

4. Eclipsis ☽ A: 1598. 6. Augusti zu Wolffenbüttel
Principium ob nubes non potuit obseruari
Finis Hor: 9. Min: 2. Vespertina. Arcturi Altitudo per Astrolabium 28°. gr.

5. Eclipsis ☽ A: 1599. 31. Januarij auff dem Biſchofflichen Halberſtattiſchen ſchloß Grüningen, ligt von Wolffenbüttel ins Südoſten 7. meil wegs.
150 Principium Hor: 4. Min: 34. mane. Altitudo Spicae ♍ 27°. gr:
Cordis Leonis 25°. grad.
Finis totalis ob nubes non conspectus.

6. Eclipsis ☉ A: 1599. 12. Julij zu Wolffenbüttell
Principium sub terra
Finis Hor: 4. Min: 20. manè. Altitudo ☉ cum Astrolabio 2°. grad. 30′minut.

7. Eclipsis ☉ A: 1600. 30. Junij zu Grüningen
Principium Hor: 12. Min: 30. meridiei. ex Solario
Finis . . .Hor: 2. Min: 42. postmerid: Altitudo ☉ 46°. 10′.

8. Eclipsis ☽ A: 1601. D. 29. Nouembris Wulffenbüttell
160 Principium Hor: 5. Min: 14 | Finis . . .Hor: 8. Min: 24 | Vesperi altitudine Oculi ♉ { 14°. / 40°. 30′. }

9. Eclipsis ☽ A: 1603. D: 14. Maij zu Allersheim von Wolffenbüttel jns weſten 12 teütſcher meil gelegen.
Principium Hor: 10. Min: 48 | Finis . . .Hor: 14. Min: 4 | postmerid. altitudine { Lucidae Lyrae 52°.grad. / Spicae ♍ 2°. grad. }

10. Eclipsis ☽ A: 1605. D: 24. Martij zu Wolffenbüttell
Principium Hor: 7. Min: 24 | Finis . . .Hor: 10. Min: 48 | postmerid: altitudine Spicae ♍ { 4°. grad. / 26°. grad.[1] }

11. Eclipsis ☽ A: 1605. D: 17. Septembris **zu Wolffenbüttell** 1691

Principium Hor: 2. Min: 45	manè altitudine	Hirci 70°. grad.	170
Finis . . .Hor: 5. Min: 58		Lunae 0°. grad. 30′ minut.	

12. Eclipsis ☉ A: 1605. D: 2. Octobris, **zu Wulffenbüttell**

Principium Hor: 0. Min: 50	postmerid:	ex Solario et altitudine ☉ 29°.gr.
Finis . . .Hor: 3. Min: 8		Altitudo Solis 22°. grad.

13. Eclipsis ☉ A: 1607. 16. Februarij, **zu Grüningen**

Principium Hor: Min:	antemerid:	altitudo ☉ 13°. 55′. minut.
Finis . . .Hor: 10. Min: 8		altitudo ☉ 23°. grad.

14. Eclipsis ☽ A: 1609. 9. Februarij **zu Wolffenbüttell**

Principium Hor: 1. Min: 10	manè altitudine Spicae ♍	12°. grad.
Finis . . .Hor: 4. Min: 24		25°. grad. 180

15. Eclipsis ☽ totalis A: 1609. D: 6. Julij **Wolffenbüttell**

Principium Hor: 10. Min: 26	postmerid: Altitudine	Aquilae 42°. grad.
Initium totalis		Stellae Mediae Caudae Vrsae mai: $39\frac{3}{4}$°.
Finis totalis Hor: 13. Min: 50		Eadem stella 33°.grad.

Die Farben ſein geweſen rott keßelbraun, vnnd oben am vmbkraiß dunckel gelb vnnd vnten am Rande Lunae **iſt es dunckelbraun geweſen, hatt gewehret 3 Stund vnnd 44 Minuten lang.**

Hactenus **Krabbe. ſchreibt mir darneben das er iezundt in eil nicht mehr hab verzeichnen können, ſollen aber mehr nachfolgen.** 190

700. GUNDACKER VON POLHEIM AN KEPLER IN LINZ

Wels, 16. November 1614

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XIX, Bl. 33. Eigenhändig

Edler Ehrnveſter wolgelerter ſonders lieber herr Kepler, meine gantz willige dienſt zuvor. Ich weiß, das er damall wie Ihr Maye: Ime zu Lintz ſo lang befunden, ſo ſehr occupirt geweſt, alſo das die gelegenheit nit geben wöllen, das thema natiuitatis zu dirigiren. Bitte Ich Ihn hiemit, waver ers villeicht ſeider vergeſſen, vnd nit urgirt iſt worden, ietzund drauff gedacht zuſein. Vberſchickhe ims hiemit abgeſchribner wider zue, mit hochl. bitte es ehiſt ins werkh zuſetzen, ſolle die müe darumb treulich recompenſirt werden, vnd welle mirs verſchloſſner vberſchickhen. hiemit [. . .] Wels in Öſt. 16. Nov. Anno 1614. 33

Sein gutter freündt

Gund. Freiherr zu Polheim mpp. 10

PS. Bitte vmb ain Antwort mir zu nachricht hinwider.

Thema natiuitatis. Ain khnab iſt geboren den 24. tagg Decembris Neuen Calenders Anno 1606. abendts gradt vmb $\frac{1}{2}$ neün Vhr in Vnteröſterreich, nachet bey Crembß.

33v Dem Edlen Ehrnveſten vnnd wolgelerten Joanni Kheplero, Röm: Khay: Maye: vnnd ainer hochlöbl: Landtſchafft in Oberöſterreich beſteltem Physico vnnd Mathematico, meinem beſonders lieben vnnd gutten freündt zu handen.

701. BENJAMIN URSINUS AN KEPLER IN LINZ

Beuthen, 20. November 1614

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 313–314. Eigenhändig

313 S. P.

Oblatâ occasione per Consobrinum meum, qui cum Domino suo, Magnifico et Nobilissimo Domino Tobia Sculteto à Bregoschutz et Schwanensee etc. Viennam concedebat, non potui non ad Te, Clarissime et Excellentissime Domine Kepplere literas dare, et Te tàm Tuarum rerum quàm mearum certiorem reddere. Si Tuis rebus igitur consultum vis non potes meliori occasione, quàm si Viennam citò † citiùs te recipias. Ubi simul invenies et Dominum Fiscalem de quo dixi, et Dominum Praesidem Burghusium, Dominum etiam Georgium Ro- 10 dulfum Capitaneum Ducatus Glogoviensis. Quorum in praesentia non dubito, quin Tuas res melius quàm unquam ante promovere poteris. Sed properato opus est. Metuo enim ne nimis citò domuitionem parent. Meas etiam res, si adhuc tecum habes, nec dum Viennam misisti quaeso per Deos omnes quam primum eò ut secundo fluvio deferantur, et si quid literarum vel à Tampachio vel aliunde ad me aderit. Dedi Consobrino meo in mandatis ut Wratislaviam procuret. Me scito salvum incolumemque in patriam devenisse; Bethaniam quoque. Scito et me è consilio Illustrissimi nostri Schönaichij et Tuo sponsum esse, et ad XXVI Nov. currentis sponsalia celebraturum cum Lectissimâ, et spectatarum vir- *313v* 20 tutum, morumque ele|gantissimorum, formae tandem rarissimae praestantiâ Nobilissimâ Virgine Sara, Amplissimi et Consultissimi Viri Domini Adami Liebigij Consulis patrij Filia, Domini Rectoris Nostri sorore. De nuptiarum die propediem audies. Te interim rogo ut has meas nuptias ob amicitiam nostram carmine quodam gratulatorio prose-

quaris: idque hac occasione. Ego vicissim, quae Tibi grata esse putavero omni animi lubentia praestitero. Vale et, quae rogo, quaeso in ijs mihi Gratificeris. Saluto Uxorem Tuam, Filiam, Filium et totam domum. Vale iterum. Dabam Bethaniae inferioris Silesiae ad Viadrum, 20. Novembris Anno 1614.

Tibi Tuisque devotissimus

Benjamin Ursinus
Illustris Gymnasij Schönaichiani ibidem
Professor Mathematicus publicus

Salutat Te officiosissimè Dominus Rector noster, Dominus Adamus Liebigius, affinis meus dilectissimus.

Nobilissimo, et Excellentissimo S. C. Maj. Ordinumque superioris Austriae Mathematico Domino Johanni Kepplero, Domino et Amico meo ut Parenti colendo.
Lintz in Ober Öſterreich

702. AMBROSIUS RHODIUS AN KEPLER IN LINZ

Wittenberg, 21. November 1614 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 211. Eigenhändig

S. P.

Quanquam ego nullas, vir Clarissime, fautor honorande, neque ad te dedi, neque à te accepi literas iam ab aliquot annis; scias tamen, tui apud me memoriam esse cotidianam, qua non solùm recordor veteris illius nostrae amicitiae; sed inprimis tuorum ingeniosissimorum scriptorum, quibus rem literariam Mathematicam, si quis alius, ad ipsum fastigium usque promoves. Vtinam diu nobis sis superstes, ut Astronomia tua à nobis perfecta cum gaudio et aeterna nominis tui praedicatione salutari possit. Vltimis autem tuis me monebas, ut Astronomici Caesarii copiam tibi facerem. Sed ego hic Vuitebergae duo tantum † novi exemplaria, alterum in Academiae, alterum in mea Bibliotheca reservatur. Interea te et bene vivere et profligato luctu ex obitu carissimae illius tuae conjugis, iam alterius conjugali conversatione uti, semper gaudebo. De me si quid scire desideras, praesens doctissimus vir juvenis Johannes Strausius exponet. Is enim aliquandiu in hac Academia vixit et singulari cum diligentia Mathematica studia tractavit. Cumque illi obiiceretur illa functio scholastica apud vos, vel propter te unum

noluit istam recusare, ut ita tua conversatione uti ipsi liceret. Rogo itaque majorem in modum, ut eum benevolentia tua complectaris, eiusque conatus egregios in Mathematicis iuves. Ipse pro singulari sua erga te affectione omnis generis officia animo quam promtissimo tibi praestare non desinet. Sed et ego exinde colligam, aliquam adhuc mei memoriam apud te conservari, quod et unice opto et rogo; Tu autem per occasionem literis tuis benevolis declarabis. Vale. Dabam Vuitebergae Anno 1614 Novemb. 21.

T. C. observantissimus

Ambrosius Rhodius D.

211* Viro Clarissimo, Domino Johanni Keplero, Mathematico Caesareo celeberrimo, fautori et amico singulariter honorando.

703. KEPLER AN MATTHIAS BERNEGGER IN STRASSBURG

[Linz], 11. Dezember 1614

Original unbekannt. Erster Druck: Epistolae J. Keppleri et M. Berneggeri mutuae, Argentorati 1672, S. 21f.

S. P. D.

Amicissime D. Berneggere, dum hic expecto occasionem mittendi certam, quippe posta ablata, tres septimanae sunt lapsae; tandem igitur misi Viennam; tu excusatum habebis D. Ammonium.

† Rogo autem ut significes an extent Porphyrii commentaria in Harmonica Ptolomaei, et si extant, quousque progrediantur, num ulterius quam meum Exemplar Msc. Meditor enim editionem, sed malè me habet, quod meum exemplar mancum est; nisi fortasse non ulterius sit commentatus Porphyrius.

Literas ad Ammonium commendate Postae Viennensi, aut tabellario Viennensi, qui ter quotannis venit Argentoratum. D. 11. Decembr. 1614.

704. GERHARD VON TAXIS AN KEPLER IN LINZ

Wien, 14. Dezember 1614

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XIX, Bl. 34. Eigenhändig

34 Edler, Ehrentfeſter, jnſunders gunſtiger herr Keppler, dem herren ſeyn meyne gantz willige dienſt iedertzeitt bereitt, vnnd wunſche ihm von Gott dem Allmechtigen alles gluck vnnd heill: Nachdem ich vor etzlige Jahren, neben dem wollgebornen

Herren Herren Albrechten von Waldtſtein, zu Pragh, vom dem Herren begertt, mir auch meyne Natiuitett zu ſtellen, welcher tags war 7. Nouemb: 1578. paulo ante tertiam horam matutinam, vnnd ich von Ihr Gnaden vernommen, es hab der herr die meyne glichfalß verfertiget, ſo glangtt ahn den herren meine freundtlige bitt, er woll mir ſouill zu gefallen thuen, vnnd dieſelbe mir zuſchicken, alhie auff Wien, entweder ahn den herren Cornelio Vrients, Niderlendiſchen kauffman, oder ahn den herren Fendrichen Benck, von welchen ich es woll vberkummen werde. das honorarium darfur, will ich hergegen zu danck, alhie erlegen, wem der herr ſchaffen wirtt. Vnnd thue mich hiemitt dem herren dienſtlich befehlen, ſeyne andtwortt erwartendt. Datum Wien den 14. Decemb: 1614.

Deß herren dienſtwilliger Alletzeitt

Gerard von Taxis

Wan der herr die anttwortt ahn herren Cornelio Vrients, oder herren Benck fendrichen vberſchickt, werde ich ſie woll bekummen.

705. BENJAMIN URSINUS AN KEPLER IN LINZ

Sprottau, 27. Dezember 1614

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 316–317. Eigenhändig

Salutem et felix novi anni auspicium. 316

Quod nuper subinnui, Clarissime Domine Kepplere, id jam persequor: Bene Me, bene Te, bene Vos, bene Nos, bene Meam etiam Stephanium

ἡ μὲν παῖς κρείσσων ἡδυπνοῶν στεφανῶν.

Scin' quid sibi iste furor? Ita ajunt fieri solere cum ijs qui sacris initiati sunt Venereis.

Sub Veneris (enim hodie) regno vapulo, non sub Jovis. Sed ne in † re seriâ Tibi ludere videar, redibo ad frugem, et rem ut est edisseram. Legi mihi, ut suasisti, divino ductu auxilioque vitae sociam, vel si mavis Venerem carneam, pro qua Tu mihi pollicitus Numeralem seu cartaceam, Lectissimam Virginem Saram, Amplissimi et Consultissimi Viri Domini Adami Liebigij Consulis Sprottav. Filiam, cuius Sororem Tu aliquando in Diario meo deprehenderas incautam, ante sexennium à me amatam. Cum igitur videas me tantum monitionibus Tuis et studijs nostris communibus dedisse, velim Te vicissim amoribus meis vel praesentiam Tui vel pium aliquod votum elargiaris. Dies nuptijs dictus est III Nonas Febr. anni sequentis XV. Cum libris meis bene actum. | Reliqua 316v quae Tu expetis propediem habebis quamprimum mihi meo esse licuerit.

Vale et saluta omnes Tuos et Tuas, quas mihi ex parte graves nuncias. Dabam Sprottae VI. Kal. Januar. MDCXV.

T. Totus
Benjamin Ursinus
Illustriss. Gymnasij Schönaichiani Bethaniae ad Oderam Mathematicus Professor publ.

317v Clarissimo et Excellentissimo Viro Domino Joanni Kepplero, S.ae Caes.ae Maj. Ordinumque superioris Austriae Mathematico Nobilissimo, Domino et Fautori meo Parentis instar honorando. **Wien oder Lintz**

706. HANS WILHELM VON ZELKING AN KEPLER IN LINZ

Wamberg, 4. Januar 1615

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XIX, Bl. 42. Eigenhändig

42 **Edler vnndt Hochgelertör, ſunders liebör Herr Ceplere, mit Winſchung ainös gelickhſahligen neuen Jars, Hat der Herr wöliches jar, tag, vnnd ſtundt, die perſchon göben, wölliche ir das Thema zu ſtöllen bögört, hiebai zuuernömen. Die perſon iſt** generis faeminini, **göborn ihn Wien, vnder der Ennß,** Anno 1568, **den 9. Jullij, halt nach 6. vhrn vor mittags, vnndt wailln ſoliche perſchon görn ehiſt diſe Stöllung haben wolt, alſo bit ichs miglichiſt zuböffinden, vnndt vlaiſig zuſtöllen, ſoll wider danckhbarlich böſchuldet wörden. hiemit vnnß ſament Gottes raichen ſchuz, vnndt ſchirmb, beuolhen. Datum Wamperg den 4 Januarij** Anno 1615.

Hannß Wilhelmb Herr von Zelking mpp.

42v 10 **Dem Edlen vnndt hochgelerten Herrn** Maigistro **M: vnndt: Kepler der Rom: Kay: Maieſtät auch ainör loblichen landtſchafft ob der Ennß** Mathematico, **meinem guetten freindt zu ſelbſt handen.**

707. THOMAS LANSIUS AN KEPLER IN LINZ

Tübingen, 6. Januar 1615 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 7. Eigenhändig

7 Felix sit annus.

Pro tuo honorifico et libero, Clarissime Kepplere, quod de Consultatione illa mea-aliena tulisti, judicio, gratias tibi ago, quas possum, maximas: acturus prolixiùs, ubi plus otij nactus fuero. Frustra

autem es, quod nescio quas latebras mihi suades, et nescio quam tempestatem atque crabrones minitaris. Quid si coelum ruat? sed confide, mi amice: Lansio robur et aes triplex circa pectus est:

– – quin tonet undique et undique coelum,
Mens tamen est constans, nec ad obvia murmura pallet.

Et extra jocum: Etiam Theologi nostrates aulici nuper bellum adversus me moliebantur; cum libertatem meam (pag. 730 et seq.) non satis concoquere possent: uti stomachi delicatuli etiam optimos cibos saepe reijcere solent: sed jam placidè conquiescunt omnes. Vale, Vale, optime mi Kepplere; et carmen istud in obitum Principis Sibyllae à me factum distribue, quibus voles; praecipuè tamen Illustri Domino Georgio Erasmo Baroni Tschernemblio. Vale iterum et serva mei amorem. 6. Jener Anno 1615. Tubingae.

Tuus per la vita

T. Lansius

Expecto non sine desiderio, ecquando tandem amicitiâ nostrâ sis usurus? Frontem jamdudum obfirmavi: cave, putes eam esse infirmam: imò hanc collegi passim laudem, ut Summates viri dicant; Lansium dicere veritatem omnibus, parcere nemini. Varia quidem de Keppleri religione judicia: nihilominus longum trahit amicorum agmen: et cumprimis Vice-[1]Cancellarius Dominus Sebastianus Faber, qui Jovis Würtembergici est Pallas, tibi mirùm in modum favet.

Des Herrn Buch habe ich fleiſſig verſtanden, vnnd iſt dem Tampach wollverwart vnnd bey gewiſſer gelegenheit zugeſchickht worden.

Nobili et clarissimo viro, Domino Joanni Kepplero, S. Caes. Majest. Mathematico etc. Domino et amico meo plurimùm colendo. **Lintz. Sampt einem Pacquet.**

708. PETER HEINRICH VON STRAHLENDORF AN KEPLER IN LINZ

Wien, 28. Januar 1615

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 2. Eigenhändig

Salutem et ineuntem annum felicissimis auspicijs.

Clarissime Domine. Litteras eius Decembri ad me datas cum libro quem de vero anno Dominici natalis reconcinnasti, tum et has posteriores de 14 Jan. recte accepi. Responsurus eram ad priores statim

12) deliatuli

et acturus gratias, sed homo ille ubi mihi epistolam reddidit delitescit, uel delicuit ut audio: apud me quidem nullus postea reuisit. Quod si Dom. tuae sumptu et aere ille hic haeret, frustra est. Alterum, et iam pridem, ad Nellingensem istum praesulem in Consilio nostro pro fratre rescriptum Caesareum decretum est, uerum illud an Praesuli redditum et quid ille responderit nihil dum explorati nobis est. Et tamen in hoc negotium uertitur uel ut eius excusationes, si quas iustas habet, sciamus; uel si iniustas, reijciamus. Opera mea non deerit, non illa solum qua quosuis miseros et muneris ratione, et meo priuatim affectu, complector; uerum et illa qua in amicorum rebus sollicitus sum, in quibus studiorum et ueritatis amor, quem in studijs tuis recognosco, te mihi consecrauit. Harmonica tua scito me exspectare atque illam

– mobilem diuum lyram (quam) Sol harmoge
Quadam gubernans motibus dijs ueget,

vt doctus ille Quiritium. Quid enim anharmonicis hisce temporibus mentibus nostris exagitatis potius delinificum sit? De Christi anno scito à quo tem|pore in historia soleo diuersari nunquam censuisse adeo temere abiungendam Josepho fidem in Herodis annis adeo ad Romanam historiam exactis. Tum uero labori tuo hoc debeo ut modo intelligam quibus initijs uulgaris illa aera primum inualuerit. Caluisius quidem si quid audebit contra haec, plane antiquo iuris uerbo caluitur. Tu uero hos Theologastrorum clamores et rumores, (qui utinam in fidei rebus ita se ad antiquitatem componant) unius assis ne aestimaueris, aut quidquam minutum et paruum credito quod pro ueritate suscipitur. Vale uir clarissime. Viennae 28 Jan. 1615.

P.S. Nisi graue est, cupiam per otium, per epistolam mihi explicari scenae illius tuae apparatum tenebricosae, et quemadmodum papyrus ad incidentem radium luminis adhibeatur, ut proportionali interuallo locorum distantiae reddantur.

D. Tuae studiosissimus

P. H. von Stralendorff mpp.

Clarissimo Doctissimoque D. Joanni Kepplero, S. Caes. M. Mathematico. Domino colendo. Linz

709. KEPLER AN MATTHIAS BERNEGGER IN STRASSBURG

Linz, 14. Februar 1615

Original unbekannt. Erster Druck: Epistolae J. Keppleri et M. Berneggeri mutuae, Argentorati 1672, S. 22–24

S. P. D.

Clarissime vir, Amice perchare. Scripsit ad me D. Ammonius, et stomachatur ob literas, quas ni fallor, Octobri mense ad me miserat, ad te et filium ejus non transmissas. Scias itaque illas non mea incuria, sed propter confusionem cursuum publicorum, qui consecutus est discessum Caesaris per integrum mensem in meis haesisse aedibus; dum expecto Tubingensis tabellarii reditum ex Austria. Quem postquam praetergressum putassem Lincium, literas illas ministro meo dedi Viennam deportandas; quia ferebatur inde tabellarius Argentinam iturus circa Natalia. Rogo itaque D. Ammonium imprimis, deinde etiam me habeas excusatum. Tubingensis quidem ille paulò post ad me rediit, sed literae jam erant Viennae.

Libellus de Natali Christi, à te curatus est optimè, gratias ago permagnas.

Puto me superioribus temporibus ad te scripsisse de commentariis Porphyrii in Harmonica Ptolemaei Graecis, an illa habeantur in Bibliotheca Dasypodiana; et si habentur, quousque continuentur. Quaeso si potes, hic me adjuves. Urget editionem Mecoenatum meorum in Bavaria quidam, Herwardus nomine, qui exemplar Graecum mihi commodavit, quod desinit in capite septimo libri secundi. Caetera in aliis literis. Vale, et quo loco sint res tuae ad me perscribe. Ego per Dei gratiam sic satis commodè dego. D. Ammonium juniorem saluto eique opto profectum in studiis et virtutibus. Lincii, D. 14. Febr. 1615.

710. KEPLER AN PETER CRÜGER IN DANZIG

Linz, 1. März 1615

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 73–74. Eigenhändig

S. P. D. 73

Doctissime Vir, Venit ad nos Lincium Joannes Strauß tuus olim discipulus, mathematicarum disciplinarum cupidissimus, gratus utroque nomine: faxit deus ut ex hac conversatione in loco aliâs non admodum frequentj viris doctis, plurimum uterque capiamus utilitatis.

Idem mihi retulit, te antehac ter ad me scripsisse, et solitum esse ostendere tuum dolorem quod non respondeam. Ego verò praeter unas literas mense . . . annj 1610 scriptas, quibus significas te etiam anno
† praecedentj ad me scripsisse, nullas abs te literas habeo aut accepj. Cur
10 autem hactenus non responderim ex ipsa temporum conditione excusationem meam perspicies, si quae interea facta memoria repetieris, si etiam adjunxeris quae tibi de meis privatis rebus communicabo. Annus enim 1611 luctuosus undiquaque fuit et funestus. Primum nulla mihi fuit facta solutio aulica, uxor publicae famae praeconio celebratissima, melancholica ἀθυμίᾳ correpta, tandem sub finem annj 1610 gravissimè aegrotavit Causo Vngarico et Epilepsia et phrenesj. Vix ea convaluit, cum tres mej liberj, mense Januario annj 1611 Variolis correptj gravissime decubuerunt simul omnes. Interim Leopoldus cum exercitu partem urbis trans flumen occupavit quo eodem tempore et mihi filiorum
20 charissimus tandem decessit, ille cujus natalem invenis in libello Stellae
† novae. Alteram partem urbis cis flumen in qua ego habitabam, infestabant exercitus Bohemicj ex agrestibus conflatj tumultuosj et minaces; tandem supervenere exercitus Austriacj contagionem inferentes. Igitur ego excurrj in Austriam, mihique de loco prospexj quem nunc obtineo. Reversus mense Junio inveni uxorem jam antea desiderio amissi puerj tabescentem, in ipso limine contagiosae febris constitutam, eamque post diem 11 a meo reditu amisj. Hinc novae mihi turbae natae, ut solet, dividenda fuit haereditas cum privigna. Nec Caesar Rudolphus consentire voluit in meum discessum ex aula, lactatus sum vanâ spe solutionis
30 ex Saxonia; pecunia consumpta et tempus, tandem mortuo Caesare anno 1612, conductus sum a successore de novo, permissum tamen, ut exirem Lincium. Successerunt curae connubiales, reditus Pragam Residuj salarij causa, et cum novo Caesare ascensus Ratisponam. Habes opinor satis causae cur non tantum tuarum literarum, sed plane ipsius
73v Astrono|miae fuerim oblitus. Post reditum Caesaris Ratispona Lincium Anno 1613 Octobrj celebravj nuptias cum virgine indigena, cujus fratri hic sunt additae literae. Civis est Dantiscanus opificio arcularius, quem rogo ad te vocatum alloquere, meoque nomine saluta et ut literas responsorias tibi credat hortare.

40 Quod argumentum literarum attinet, id Geographicum est: Nec ego hactenus illam disciplinam ultra limites Astronomiae attigj. Mihi haec una cura, ut sciam locus quisque, in quo vel ego observo, vel alius quicunque fide dignus mathematicus; quantum distet a meridiano Huennensj. Cumque res versetur in minimis, neque facile sit negocium per Lunam (· rarissimae namque contingunt observationes in Nonagesimo diversis locis: quod si illae diversas habeant polj altitudines, utcunque eidem

meridiano subsint, jam et differentes habebunt Nonagesimos: Loca enim quae eodem temporis momento eundem habent Nonagesimum disposita sunt in tractu terrae, qui subjacet eidem circulo latitudinis per Lunam ductj: adeoque plus peccarj possit observando vel propter hanc incertitudinem Nonagesimj vel propter parallaxis, etiam extra Non. tractationem, vel propter instrumentorum requisitam subtilitatem, quàm loca inter se longitudine differunt·), duo igitur sunt residua, quorum alterum in Opticis tentavj, per Eclipses Solis et tractationem parallaxium, alterum † agito potius animo, ut scilicet peregrinationem suscipiam vel ego, vel studiosorum astronomiae quispiam, in extremum usque Promontorium Siciliae ex quo Africa cernj potest et portus Chartaginensis: ibi diligenter observata lineâ meridiana, descriptoque circulo Azimuthalj notarem montes Africae notos nautis et piratis Siculis, montes etiam Calabriae: nec valde incerta est longitudo trajectus in Africam, nec longitudo trajectus in Italiam. A Carthagine verò Alexandriam Ptolemaeo credenda erit differentia longitudinis, etsi etiam Plinium et Strabonem consuluj. Sic de differentia inter Alexandriam et Aracam credam Albategnio, inter illam et Babylonem utrique: erant enim peritj illarum † regionum. A Sicilia vero per transversum Italiae usque Anconam aut Venetias, indeque usque Villacum, Lincium, Pragam et omnino Huennam non difficile esse puto cis et ultra rigidas Alpes ex summitatibus montium extremorum perpetuum ducere meridianum. Ipsas vero angustias Alpium, quarum vertices inscendj non possunt, magnetica pyxide perambularem, ut regiones cis Alpes cum transalpinis connecterem. Atque huic rei serviet mihi Chorographia Austriae Styriae Carinthiae jam demandata, siquidem vixero. Tu si quid simile praestare potes! aut si patronos habes ad vota nostra promovenda promptos, praesta tale aliquid metatus meridianum Dantisco per Poloniam, Vel si infesta sunt loca, saltem circulum magnum Dantisco Regiomontium, et indidem Vratislaviam, addita comparatione itinerariorum intervallorum, non tantum in milliaribus, sed etiam in horis quas expeditus pedes consumit, cum notatione ubi ardua ubi plana itinera. Tale quid si mihi communicaveris, habebis me vicissim promptum in consimilibus. In praesentia plura non habeo. Vale, et rem mathematicam age strenuè. Lincij Cal. Martij 1615.

Cl: Ex: T. Officiosus

J. Keppler:
Imp: C: Matthiae, Ordinumque
Superioris Austriae mathematicus.

69) cujus *statt* quarum

74r Clarissimo Viro D. Petro Cruegero Reip:
Dantiscanae Mathematico, D. Amico meo
Colendo. Dantzig

711. KEPLER AN MATTHIAS BERNEGGER IN STRASSBURG

Linz, 23. März 1615

Original unbekannt. Erster Druck: Epistolae J. Keppleri et M. Berneggeri mutuae, Argentorati 1672, S. 24–27

S. P. D.

Pergratae mihi tuae literae fuêre, quibus significasti, redditas tibi D. Ammonii literas cum mea scheda. Nam expostulavit mecum Ammonius per literas, quod interim à te epistolam recepisset, in qua nulla erat illarum literarum mentio. Itaque liberasti me crimine negligentiae.

Titulum operis Musici misi recta Viennam ad summum Musices patronum Wagherium mei amantissimum, nec quicquam dubito, quin impetremus privilegium. Mira tamen vestra est festivitas, qui nobis transmittitis tripudia et cantus, cum nos haud obscuris indiciis in vos dirigamus tormenta bellica. Nam miles, quem ex Austria colligit Hispanus, promovente Caesare, etsi fertur in Italiam profecturus, leviori tamen operâ et majori partium emolumento custos Alpibus apponitur contra Protestantes, aut cuneus etiam ad illas aperiendas, si pace in Italia facta, exercitus illi traducendi fuerint in Germaniam.

Harmonica, de quibus scribis, Porphyrii planè eadem sunt cum exemplari meo, quod ibidem desinit: quod nisi ex Heidelbergensi plura apparuerint, non amplius dubitabo, quin hic cessaverit Porphyrius. Meum ex Sambucino correctum est, Sambucum verò existimo suum exemplar ex Budensi habuisse Bibliotheca.

Itaque age ut videbitur, habes tabellarium certum, per quem mittere poteris, si carere aliquanto tempore tuo volueris. Nam nunc quidem mihi non vacat; differenda haec opera in sequentes annos, si vixero; si miseris, reponam in scrinio apud exemplar Bavaricum. Satis quidem à te praestitum est, quod initium et finem tui exemplaris addidisti: plura non petebam. At si ex Heidelbergensi patuerit, ulterius continuatum à Porphyrio commentarium, tunc omnibus modis peto, ut quod mihi deest, suppleas. Collatione exemplarium minus est opus, quam in Philologis et Historiis, caeterisque hujusmodi. Nam ipsa materia, quid quolibet loco dubio legendum sit, satis indicat. $\frac{10.}{20.}$ Februarii hora $3\frac{1}{2}$. matutina terrae motus per Austriam, Ungariam, Styriam, Bohaemiam, Moraviam animadversus est. Vale. Dabam Lincii, D. 23. Martii. 1615.

712. CHRISTOPH SCHEINER AN KEPLER IN LINZ

Ingolstadt, 10. April 1615

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 202. Eigenhändig

Joanni Keplero Mathematico S. 202

Misj tibj nuper, Vir Clarissime, disceptationes mathematicas discipulj mej; nunc laborem meum haud inuitus communico; est phaenomenon solare, paruum mole, effectu uerò maius forsitan quam quispiam opinetur. rudem nunc et primam delineationem uides, colores, uti spero, pulchriores olim sequentur. Tu si tuam mihj sententiam perscripseris, haud ingratum facies. Post opusculi totius absolutionem, Paralipomena tua, iam dudum et diu apud bibliopolas requisita adeptus auide perlustrauj, et in ijs satis et cum gaudio intellexi, tuam illam ratiocinationem, qua ex data refractione colligis Solis contractionem. Interim à te quaero, quid tibj Kaumata et Chasmata uideantur esse; nam ipsa ignem esse, mihj semper à ueritate alienum uisum est: tum an nuperas irides quinas, huius mensis, circa Solem uideris; et quid illas esse iudices, aut qua ratione defendas? Vale uir Clarissime, et munusculum boni consule. Ingolstadij 10. Aprilis. 1615.

Tuus

Christophorus Scheiner Soc.is Jesu mpp.

713. PETER HOFFMANN AN KEPLER IN LINZ

Prag, 13. April 1615

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 203. Eigenhändig

S. P. 203

Clarissime atque humanissime Vir, Amice honorande. Etsi tuas literas jam diu ex promisso desiderauerim tamen eas à biennio uidere et expectare non potui, igitur operae pretium putaui, te tui recepti admonere et ueterem nostram amicitiam pene diuturno silentio deletam hac schedulâ renouare. Memini enim te ante biennium mihi obtulisse Professionem Astronomicam in Academia Jenensi, quam tunc quidem immaturo judicio repudiaui. Si autem nunc talis Prouincia mihi traderetur, sine omni mora eam acceptarem. Si quid in promptu habes, offer quaeso. Impono tibi aliquid negotij, spero te non recusaturum. Non solum jucundum, sed etiam utile mihi fore puto. Si hypotheses omnium Planetarum ex Inuento Tychonis in Schemate delineatas et

depictas à te hac occasione habere possim, et simul quomodo et ubi à Copernici discrepent, si paucis mihi monstraueris, nihil gratius accidere posset. Lator harum aliquot dies manebit apud uos, tu interea poteris id perficere et comparare, comparatum et perfectum mihi transmittere. Aequi bonique consulas quaeso, quod tibi negotium facessam. Vltimo peto etiam, ut si tibi notus sit aliquis certus et probatus author qui de στερεωμετρίᾳ aliquid scripserit et ediderit, ut mihi illius nomen in tuis literis nominare et consignare digneris. Rursum ad omnia me promptum experieris. Vale. Datum raptim Pragae 13 Aprilis Anni 1615.

T. A. A.

Petrus Hoffman
Wittebergensis Mathem. et Medic. Studiosus

203v Clarissimo atque humanissimo Viro D. M.
Johanni Keplero Mathematico Caesareo,
amico suo honorando

714. THOMAS LANSIUS AN KEPLER IN LINZ

Tübingen, 4. April 1615 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 8. Eigenhändig

8 Non vacat, Nobilis et praeclarissime Kepplere, ut ad tuas jam respondeam: et solummodò hîc abs te amicam requiro operam, ut orationem istam meam censeas, et inter alios mei amantes distribuas. Salve plurimùm à me, Schäfero, et Hafenreffero, atque vale. Tubingae 4 April. AC. 1615.

Tuus omni officio

Thomas Lansius,
ad omnem spem metumque invictus.

Tampachius ante paucos dies ad me scripsit, omnia rectè cusata esse.

8v Nobili et praeclarissimo viro, Domino
Joanni Kepplero, Sac. Caes. Majest. Mathematico etc. Domino fautori et amico meo
praecipuè colendo. Linz

715. KEPLER AN PETER HOFFMANN IN PRAG

Linz, 26. April 1615

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 204. Eigenhändig

Amicissime D. Hofmanne. Literas tuas accepj. Quereris de meo 204
silentio: ego vero insuper etiam oblitus pene sum tuj nominis, nec enim unquam credere potuj, te adhuc haerere Pragae. Voluntas tuj promovendj mihi nunquam defuit: at postquam a te Lincium venj, turbae me procaces, ut vocem novo sensu usurpem, exceperunt, quarum occasione in lites etiam incidi Theologicas, excludorque hic a communione. Hinc intellige quanta mihi facultas vel fuerit vel esse possit tuj promovendj in loco, ubi idem et templj primarius minister et Scholae inspector, notam mihi publicam inussit haereseos, propterea quod in omnibus partibus ea probo quae Verbo dej consentanea deprehendo, ea fugio, vel saltem contra protestor, quae in omnibus tribus sectis vel novitatem sapiunt vel antiquam haeresin.

Petis a me aliqua quae hypotheses attinent Tychonicas. Ego verò sequor Copernicum in generalibus, cujus hypotheses ad Tychonicas accommodantur facilimè. Mihi planeta quilibet habet unum solum circulum a centro corporis Solaris Eccentricum, inclinatum ad Eclipticam inclinatione constantj, super sectionis lineâ quae per centrum Solis transit. Hic circulus in longitudinibus medijs est paulo compressior, imitans figuram Ellipticam, sic ut cujusque planetae Eccentricitas AB Eccentricj sit medio loco proportionalis inter diametrum circulj CD planetarij, et latitudinem lunulae CE vel DF ab hac elliptica figura itineris resectae in quolibet semicirculo. In hoc circulo seu Ellipsi planeta incedit verè inaequaliter, diutius enim versatur in aliqua parte circa G, quam in aequalj circa H. Proportio temporum est eadem quae linearum AG, AH.



Tu si vis transpone ista in formam Tychonicam sic, ut maneat A Sol communis clavus omnium 5 orbium, moveaturque motu ferè talj, qualem dat ej Tycho, nisi quod dimidiam saltem Tychonicae obtinet Eccentricitatem Eccentricj, sicque motus deferat secum centra (·vel quasi·) quinque orbium, et maneat GH linea in hac circumlatione sibi ipsj parallela, maneantque motus planetarum a G circa Solem A, quales secundum Copernicum produntur. Habes delineationem utriusque astronomiae, et quam tu vis et quae mihi Copernicano videtur verissima. Addam et

numeros, ut sim liberalis omnino, nullum enim periculum est ut me quis praeveniat.

Eccentricitas	Aphelia	Inclinatio	Limes Boreus
♄ — 5700	26 ♐	2°. 32′	21 ♎
♃ — 4822	7 ♎	1°. 20′	7 ♎
♂ — 9264	30 ♌	1°. 50′	17 ♌
⊕ — 1800	6 ♑	0. 0	
♀ — 700	2 ♒	3°. 22′	13 ♍
☿ —21000	13 ♐	6°. 54′	12 ♌

Vale et haec bonj consule. Lincij 1615. 26 Aprilis.

H. T. Amicus

J. Keplerus

716. KEPLER AN MATTHIAS BERNEGGER IN STRASSBURG

Linz, 29. April 1615

Original unbekannt. Erster Druck: Epistolae J. Keppleri et M. Berneggeri mutuae, Argentorati 1672, S. 27–29

S. P. D.

Accepi literas tuas, Vir Clarissime 3. Aprilis scriptas, quibus spes tuas praeproperas mihi detegis. Itaque statim initio videris admonendus, tardè in aula omnia geri, praesertim nunc, quando omnes aulici sunt in procinctu itineris Bohemici, omnes curiae, omnes cancelli clausi: ut non dicam, quod de optima voluntate patroni mei et Musices pollicitus fuerim, non verò de moderno stylo curiae, qui in horas mutatur, prout tempora fuerint. Idem multò magis de editione Porphyrii dicere possum. Tu quidem strenuè, qui in correctionem exemplaris incumbis, eaque de causa proficisceris Heidelbergam. Macte hac virtute. Ego verò non sum totus mei arbitrii, multae etiam morae praeter spem solent interjici: polliceri de tempore nihil possum: et tu jam Typographum conduxisti. Adde quod exemplar, quo utor, Herwardi est, Cancellarii Bavarici, sine cujus consensu facere nihil possum. Ille verò sua solet excudere vel Monachii vel Augustae. Sic tamen commendasti tuum Typographum, ut laborandum mihi censeam, ut ejus opera aequo Herwardo possimus uti: eritque mihi inter argumenta tuum exemplar, auxiliumque praestitum; si quidem eum diem videro.

Ego primum atque Caesar Pragam venerit, vel etiam si Viennae manserit, curabo ut per amicos meos urgeatur privilegium, nam statim ad Wackerium scripsi, sed qui literas deportavit, nondum Lincium est

reversus, et diebus ante et post memoriam passionis Domini nulla ratio est cujusque negocii expediendi. Vale, vir amicissime, et me amare perge. Lincii d. 29. Aprilis, anno 1615.

717. GERHARD VON TAXIS AN KEPLER IN LINZ

Wien, 1. Mai 1615

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XIX, Bl. 35. Eigenhändig

Edler, Ehrentfeſter, Jnſunders gunſtiger lieber Herr Keppler, dem herren ſeyn meyne iedertzeitt willige dienſt bereitt, vnnd wunſche dem herren von Gott dem Allmechtigen alles gluck vnnd heyll. Dem herren hab ich zwar innerhalb etzlige monaten etzlige mall geſchriben, dieweiln ich aber von dem herren nie keyne antwortt vberkummen hab, weiß ich nitt, ob meyne brieff dem herren zukummen ſeyn oder nitt. Derſelben eynhalt aber war, das ich mich gegen dem herren zum hoegſten entſchuldiget hab, das ich alſo eyne lange Zeitt hab ahnſtehen laßen, die Natiuitett von dem herren abzuforderen, die ich vor 7. oder 8. Jahren zu Pragh bey dem herren beſtelt hab, neben eyner anderen fur den herren Albrechten von Waldtſteyn, ſo er vberkummen hatt vorlangſt. Die vrſach aber meynes ſo langen verharrenß iſt geweſen, das ich ſchier 6. Jahren jhn Italia vnnd andere ortt geweſen binn, vnnd ſelden alhie. Bitt derowegen der herr woll meyne entſchuldigungh in freundtlichkeitt ahnnehmen. Jſt aber ietz ahn den herren meine gantz fleißige bitt, vnnd hoegſtes begeren, der herr woll mir die große freundtſchafft ertzeygen, vnnd dieſelbe ſo der herr damalß geſtelt herfur ſuchen, vnnd ſie alhie auff Wien ahn den herren Cornelio Vrients, Niderlendiſchen kauffman geben laßen, von dem ich ſie woll werde vberkummen, gegen erlegung eyner guedten verehrungh, die ich dem herren zu vberantwortten erlegen werde, wem der herr alhie ſchaffen wirtt. Oder aber ihm fall, der herr die damalß gemachte etwa verlegtt hette vnnd nitt finden koenne, So thue ich ihn ahm hoegſten bitten, er woll mir die hoegſte genad vnd freundtſchafft thuen, vnnd eyne andere auffs news ſtellen, Sage dem herren da gentilhuomo zu, ihn weßen hende der herr ſchaffen wirtt, alßbalden eyne verehrungh dem herren zu vberantwortten, alhie zu erlegen, vnd dardurch mich danckbarlich fur dieſelbe freundſchafft ertzeygen. Das Thema war Anno 1578. Nouemb: die 7.ª paulo ante tertiam horam matutinam, prope 30. minutas, natus est etc. Bitt alſo abermall den herren gantz dienſtlich darumben, vnnd wan der herr mir andtwortt ſchreibt, ſchicke er die brieff in eyner coperta eyngeſchloßen, ahn den herren Cornelio Vrients wie vorgeſagtt, Niderlendiſchen kauffman. Binn alſo deß herren antwortt mit verlangen erwartendt, hiemitt thue ich den herren, vnd vns ſembtligen Gottes ſchutz befehlen. Datum Wien den Erſten May anno 1615.

Deß herren iedertzeitt Dienſtwilliger

Gerard von Taxis, haubtman mpp.

718. JOHANNES PAPIUS AN KEPLER IN LINZ

Königsberg, 17. August 1615 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 119. Eigenhändig

119 S. P.

Ecquid vero caussae est, carissime mi domine Keplere, diuturnioris silentij: quod toties à me prouocatus, nihil respondes. Offensionis mihi non sum conscius: nisi quod in malam fortassis accepisti partem illa, quae scripseram animo candido, tuique amantissimo: ut à commentatione rerum Theologicarum, ad illa te studia reuoces: in quibus, ut hactenus excelluisti, ita deinceps subtilissimo tuo ingenio ita excellere potes: ut aemulatoribus, quotquot in uniuerso terrarum orbe sunt, palmam possis eripere. Optarim ego mihi, si ullius in mundo hominis, tui, ita me Deus amet, copiam: quo cum de rebus grauissimis conferre, seria cum jocis tractare liceret. Ego biennium propemodum vitam ago viduam: Deoque habeo gratiam, largitori tranquillae senectutis. Cum nuper hic esset in nostris nundinis, dominus Crügerus mathematicus Dantiscanus: tuique honorificam mentionem faceret: simul conquerens, de iniquiore sua fortuna: quod occupationes mathematicae interrumperentur, imo omne propemodum ocium sibi eriperetur, à professione rhetorices: subrisi, inquiens: eandem tibi fortunam Graezij contigisse: cum mathematicus ethicam doceres. Ita juuentuti consulunt et literatis hominibus scholarchae: qui mihi Graezij de principio disputationes ex Cicerone et Homero imperabant: unicum defuit acutum consilium: quod non simul ex Euclide declamationes efflagitarent. Si me amas, scribe de tuis rebus hac occasione: responde Domino Crugero: ne se à te contemni putet, cujus humanitatem mirifice praedicaui: fac ut sciam, quomodo valeat Florianus meus Crusius, quem tibi commendaui: quo in te animo sit dominus Memhartus, (cui officiosam salutem adscribo) vir vere εὔτυχος. utinam vacaret etiam assignare nomina collegarum in Ecclesia et schola prouinciali docentium. De profectibus Joannis Strausij Borussi si quid addideris, pergratum id erit. Bene vale, carissime mi Domine Keplere, et quanto saepius mecum collocutus fueris, tanto id mihi carius, imò longe acceptissimum fuerit. urge etiam Floriani mei literas, si praesto est. Regiomonti XVII augusti, anno Christi M DC XV.

Tui studiosissimus

Joannes Papius D.

119v Dem Edlen, Ehrnueſten vndt Hochgelertten Johann Ceplero, der öſterreichiſchen landſchafft ob der Entz mathematico, meinem günſtigen Herren vnd guten freund. Lintz

719. JOHANNES PAPIUS AN KEPLER IN LINZ

Königsberg, 18. August 1615 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 120. Eigenhändig

Edler, Hochgelerter, gunſtiger Herr vnd freund, alß ich das andere ſchreiben verpetſchiert, fellet mir zu, der Herr Ehrenreich von Saurau in Steyrmarck, (weill ihr Gnaden ettlich mahl an mich hieher geſchriben) das der Herr gute gelegenheit hatt mein ſchreiben an Ihr Gnaden per amicos zu beſtellen. Bitte derowegen gantz dienſtfreundlich er wolle diſes mein beygelegtes ſchreiben an wolgemelten Herren mit ehiſter gelegenheit befürdern, vnd wider vmb anttwortt anhalten laſſen. pete a me vicissim, quod lubuerit: amicum me praestabo, Deo dante, quoad vixero. Optime in Christo vale, charissime mi domine Keplere: amice honorande: et de tuis rebus aliquid ad me perscribe: praesertim de tuis paradoxis physicis, quae videre gestio. Si meam aliquando physicam videris, eiusdem sine dubio generis theoremata conspicies, longe aliena à communibus physicorum dogmatibus. Regiomonti 18 augusti, anno Christi M DC XV. 120

Des Herrn Dienſtwilliger vertrauter freund
ſo lang ich lebe, wilß Gott

Johann. Papius D.

120v

Dem Edlen, Ehrnueſten vnd Hochgelerten, Johann Kepler, Einer Erſamen landſchafft in Oberöſterreich beſtellten beruhmbten mathematico, meinem gunſtigen Herren vnd vertrauten freund.
Lintz

720. PETER CRÜGER AN KEPLER IN LINZ

Danzig, 5. September 1615 (a. St.)

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 75. Eigenhändig

S. P. 75

Ita profectò, Excell. Vir: ternas ad te dedi diverso tempore literas, primas Anno 1609, secundas et tertias Anno sequenti, omnes ejusdem ferè argumenti. Vnicas tantum tibi redditas doleo. Ad quas abs te responsum, quanquam serius, tamen tantò gratius, quantò desideratiùs. Neque nunc miror, tibi tantis interea fluctibus exagitato defuisse tempus rescribendi: Illud miror, in tantis tempestatibus ocium fuisse medi-

tationibus Astrologicis et Chronologicis hactenus publicatis. Deus opt. max. imposterum tibi Halcyonia largiatur, iis, quae ad nominis et maximi opificii sui gloriam faciunt, feliciter perficiendis.

Argumentum mearum literarum Geographicum quidem fuit, sed observationibus et calculo Astronomico complicatum. Nam quae tibi, eadem et mihi, hac in re cura est unica, ut sciam differentiam Meridianorum Vraniburgensis vel Pragensis et loci nostri. Quod Pragam urgebam, in causa fuerunt Eclipses Lunares et alia phaenomena tum temporis ibi abs te observata, quae cum observationibus meis hic institutis collata differentiam Meridianorum interjectam praebere possent. Vtque deinde meridianum Dantiscanum ad Vraniburgensem reducerem, quaerebam veram huius et Pragensis differentiam, quae aliter à Tychone lib. 2. Progymn. pag. 125. aliter à Tychonis haeredibus in theoria et Eclipsi Lunari † lib. 1. assumitur. Scopus itaque meus fuit et adhuc est, inquirere veram differentiam Meridianorum Dantiscani et Vraniburgensis, nec adhuc certi quicquam habeo. Interea utor eâ, quam in Tabula Daniae praebet Atlas Mercatoris.

De observationibus ☽ae in nonagesimo scripsi, non ut inde latitudinum sed ut longitudinum differentiam adipiscerer juxta praescriptum † Tychonis Epistola prima ad Rothmannum, mihi pag. 72. Quod si tibi ista ratio videatur suspecta (quanquam non videam, quid observatione utrobique accuratè institutâ scrupuli subesse queat) optem sanè commodiorem. Verum est, aliquoties vidi observationes lunares circa nona- † gesimum esse difficiles: at istud tuum in Opticis per parallaxes negocium vereor ut aequè tantâ, si non majori, difficultate laboret. Restat modus tuus novus in Sicilia tentandus. Is quidem idoneus (si modò inde Africae † ora cerni possit, ad quod Strabone Pliniano fortassis opus fuerit) inquirendae differentiae longitudinum locorum Africanorum et Italicorum, et inde vicinorum Germanicorum, propter eminus perpetuò apparentes montes: hisce autem in locis, quae montibus tam excelsis et frequentibus destituuntur, iste modus parùm procedet. Angulum Positionis inter Dantiscum et Regiomontium etsi examussim habere possem, tamen ob incertam distantiam Geometricam adeò certus esse non potero de differentia longitudinum. Alium igitur excogitavi modum de harum Vrbium longitudine, qui hic est: Conficienda sunt duo sciatherica Solaria tantae magnitudinis, tamque accurata et subtili fabrica, ut umbra 751v Solis ostendere possit singula minuta horaria: | Alterum Dantisci, alterum Elbingae (urbs haud procul media inter Dantiscum et Regiomontium intercapedine) collocetur, adinventâ priùs Astronomicè genuinâ lineâ meridianâ, exactissimo positu. Prospiciendum deinde est de Automato non horas solùm sed et minuta indicante, exquisitè quantum

potest fabrefacto, qualia interdum hîc haberi possunt. Tumque aestate coelo sereno, et umbra Solari horam 6 vel 7 matutinam exactè collimante rectificetur Automaton ad idem temporis momentum, et extemplò capiatur iter Elbingam, et quidem navigio, ne violenta commotione turbetur automaton. Cumque aestate hoc iter nondum sit integrae diei, si serenitas coeli fuerit constans, in sciatherico Elbingae locato videatur quantum differat tempus Sciatherici à tempore automati: differentia manifestat quaesitum. Neve suspicio restet, iter tale bis vel ter iteretur. Simili modo deinceps inveniri possit differentia Elbingae et Regiimontis. Non ignoro quae de Automatis Tycho scribat lib. 1. Progymn. pag. 148. verùm id vix putem huic negocio officere. Quod si in itinere bidui non officeret alioquin necessaria Automati intensio, possemus eodem modo explorare differentiam Meridianorum Dantiscani et Vraniburgensis, praeparatis scilicet antea necessariis adminiculis, et itinere aestivâ serenâque coeli luce suscepto. Quid hic videtur? Quid item videtur de conatu meo, quo per tale sciathericon momenta Eclipsium Solarium deprehendi posse confido? De Eclipsibus quidem partialibus nihil dubito: circa totales autem vel totalibus proximas, utrum radii Solares non centrales ibi sufficiant, tuum, Vir in Opticis exercitatissime, requiro judicium.

De Lunae theoria non possum quin aliquid addam. Eandem semper nobis obverti ☽[ae] faciem è maculis ad eandem plagam vergentibus manifestum est. Id qui fieri possit admissis epicyclis, aut etiam fibris tuae Physiologiae rotantibus, non video. Mihi, si epicycli defensandi sint, corpus Lunare quadam libratione circumagi necessarium videtur. Cuperem hîc erudiri.

Omninò mihi gratissimae sunt literae Mathematicae cum aliorum tum imprimis tuae, cuius ingeniosissima Scripta magnifeci semper et magnifacio. Quanquam in has oras talia rarò perferuntur, imò quaedam neque Lipsiâ vel Francofurto habere potui. Quae causa fuit, ut ad Straussium, abeuntibus in Austriam duobus Studiosis, mense Majo hujus anni de quibusdam scripserim et jam denuò scribo, rogoque ut locus et occasio mihi significetur illa acquirendi. Propter autem communem Vraniam et ex hac coeptam inter nos amicitiam oro, ut Excellentia Tua studiis meis faveat et occupationibus permittentibus ea suarum literarum fomite foveat. Affinis tuus quam mihi curae fuerit, ipse suis literis testatur. Benè feliciterque Vale. Dantisci, Nonis Septembr. Anni 1615.

Excellentiae Tuae Studiosissimus

Petrus Crügerus
Mathematicus

71) quei *statt* qui

721. MELCHIOR STÖLTZLE AN KEPLER IN LINZ

Innsbruck, 27. September 1615

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 205. Eigenhändig

205 Edler hochgelertter jnſonders großguenſtiger herr Keppler, ime ſein jederzeitt meine gantz Treüwillige dienſt beuor. Des herrn ſchreiben den 27 Maij in lentz dattiertt, habe ich ordenlich zu rechtt vnd wol empfangen. Das ich dem herrn zu andtwortten ſolang verzogen, vhrſache iſt, das ich gutter gelegen, des herrn halber mitt ir Fürſtl. Durchl. zu Reden erwartten wellen, welches ſich kurtzlich gar wol geſchigtt, weilen ſie mir des patters Scheiner werg, das alles iber ſich zeigtt gewiſen haben, mir auch diſe hiebeü geſchloſſne gleſſer geben, ſamptt dem abriß des Inſtrumendts vnd wies zu brauchen, dem herrn zu zu ſchickhen, mitt befelch, der herr ſolle ſich darein exerciren, ob er was weitters oder merers erfenden köndte. Dan es ir
† 10 Fürſtl. Durchl. ein ſer liebe wiſſenſchafft vnd Regreation iſt.

Haltt derhalben dar für, der herr werde, alß diſer ſachen Magiſter, auß dem abris gnugſam verſten wies zu gen vnd gemachtt mus werden. es iſt ein ſchlechtter vnderſchid des herrn ſein. Allein das es mitt 2 gleſern thutt, wie der herr ſchreibtt, vnd wies der herr im abris zu ſehen, das im mittel des Rohrs innwendig noch ein glas iſt, mitt N° 3 gezeichttnett, ſo man mitt dem ſtabel auch innwendig des Rohrs herfür oder zuruckh ziehen mag, bis man ein rechtte distantia fendt, wirdt der herr ime allſo wiſſen nach zu denckhen. es zeigtts aber gleich wol nitt ſo ſcharpff alß einfach, die weil es mitt 2 gleſern zu gen mus. Souil habe ich den herrn auff dismal zu andtwortt, vnd aus befelch ir Fürſtl. Durchl. nitt vnderlaſſen ſollen zu berichtten, werdt
20 mir der herr in eim vnd andern wol zu thun wiſſen, vnd ſein der herr von mir denſt freindtlich gegrieſt vnd Gottes ſegen beuolen. Datum Insprugg den 27. Septembris Anno 1615.

Des herrn dienſt williger

Melchior Stöltzle

Fürſtl. Durchl. Cammer Math.

P. S. Der herr welle mir bald wider ſchreiben darmitt ich ir Fürſtl. Durchl. zu reuerieren weis. Dem herrn zu deinen von hertzen geneigtt.

722. MICHAEL GEHLER AN KEPLER IN LINZ

Wittingau, 28. September 1615

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 11. Eigenhändig

11 S. P. D.

Clarissime et Excellentissime Domine Kepplere, Philosophicae meae nuperae libertatis gratiam apud te anquirerem, nisi mihi jam antea candor tuus et placabilitas probè esset perspecta. De Ursino nostro hîc

nihil habemus praeter supellectilem librariam. Haud dubiè is Veneri facit assiduus et accubuus, – per amica silentia Lunae. Idem Gymnasium † Schönaichianum, si nescis, etiam D. Dornavius accendet. Scribit enim se vocatum esse ad professionem conversationis civilis. Quod medicis sunt fornaculae Chymicae Marpurgi, hoc nobilitati Silesiacae fore credo novum illud philosophandi genus. Ephemeridum tuarum spem mihi nuper fecisti. ἐξέρχ' ὦ φίλ' ἥλιε. Quaeso memineris tui Gehleri, qui profundae tuae eruditionis studiosissimus est admirator; earumque exemplo me bea, ubi prodierint. Sobieslaviam nostram complures Austriae Barones frequentant, sed qui praesunt operis, in utramque aurem, ut fit. Credidi tamen Comitiis hoc esse asscribendum: sicut ferè motus majores impediunt minores. Quid cras futurum sit fuge quaerere. Τὸ γὰρ μέλλον ἕρπει τυφλόν. Ipse hîc per aliquot dies Witigoviae haereo, dum uxor mea periculoso et pertinacissimo morbo decumbit. Quae ex fatalibus fundi nostri calamitatibus, minima non est. Si quid novi quaeris, noveris piscinam cis roborarium Schwanbergiacum per tres dierum hebdomadas deflagrare. Unde hîc fumat uterque polus: et non absque causa veremur, ne aër vitium trahat. Regem Galliarum immaturas maturantem nuptias à Parlamento Parisiensi in aresto defervere jussum intelligimus. Hîc novum habebimus theatrum turbarum, post Juliacensem digladiationem. Vale, Cl. Vir, cum Tuis πανοικὶ, et me quod facis amare perge. Witigoviae. d. 28. Septembr. M DC XV.

Nominis Tui studiosissimus

Mich. Gehlerus D. mpp.

Clarissimo et Excellentissimo Viro Domino 111
Joanni Kepplero, S.ae C.ae M.tis Austriaeque Ordinum Mathematico eminentissimo domino et amico plurimùm honorando. Lintzium

723. FRIEDRICH RÜTTEL AN KEPLER IN LINZ

Stuttgart, 27. September 1615 (a. St.)

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 171–172. Eigenhändig

Edler Hochgelehrter ſonders Günſtiger Herr Schwager. Wan derſelbig noch in 171
gutter friſcher Leibs Geſundtheitt iſt, were mir ſolches ſehr annemlich zuvernemmen. Ich bin Gott ſey es gedanckt noch in gutter geſundtheit. Deß Herrn Calculum ad Meridiem 4. Diei Maij A: 1582. pro Themate Illustrissimi nostri Ducis, hab ich von meinem brudern empfangen, hette ſonſten wohl leiden mögen

das ſelbiger auch ad Diem sequentem extendiert worden were, oder allein der motus Diurnus Planetarum darbey geſezt. Aber in mangel deßen muß ich mich interim mitt der Collatione Calculi Prutenici ad Tychonicum uel nouos hos correctos motus behelffen. Thue hierauff für mein perſohn ich mich ſolcher gehapter müehe zum fleißigſten bedanckhen, erbiette mich auch nicht allein ſolches in andere müglichſte weeg widerumb danckbarlich zubeſchulden, ſonder auch bey vnſerm Gnedigen Fürſten vnnd Herrn ſo wohl in vbergebung alß in dem Judicio ſelbſt, cum honorifica nominis et Calculi tui mentione gepürendt zu rüehmen, zweifflet mir nicht Ihre Fürſtl. Gnaden werden ſolche müehe nicht ohnbelohnet laßen oder vmbſonſt beſchehen zu ſein wöllen.

Dieweil mir auch vnder anderm eingefallen das in Anno 1582. Mense Maio ein Cometa in II geſehen worden ettliche ihne den 12. Maij erſtlich geſehen. Tycho Braheus aber wofern er ſelber das Principium nicht eher obſeruiert, doch anderſtwoher deßen von andern Mathematicis berichtet worden vnnd die Descriptio ſolchen Cometens von ihme ohne zweifel ſchon abſoluiert, vnnd bey dem Herrn Schwager zubefinden ſein möchte, Alſo habe ich nicht vnderlaßen können noch wöllen den Herrn Schwager dienſt: freündt Schwägerlich zuerſuchen vnd zu bitten ob er mir hette Principium, wan vngefahrlich in quo gradu secundum longitudinem et latitudinem er angefangen vnd in quo gradu et die er widerumb verſchwunden in einer Synoptica Tabella, wie ſie der Tycho ſeligen zumachen gepflegt, in scriptis communiciert, weil diſer Comet in signo II et tàm prope tempus Natalitium Principis erſchinen, gibt er mir allerley gedanckhen vnnd occasiones deßelben motum zuerkundigen, vnd ſeine Effectus zu conſiderieren, vnd mitt dem Themate zu conferieren. Helisaeus Röslinus vnnd Caesius describieren ihne gar platicè, dieweil
1718 ſie | keine Astronomi Theorici ſein wie ſie ſelbſten bekennen.

Ich möchte wohl wißen ob der Herr Schwager des Maximiliani Ducis Bauariae Thema noch nicht bekommen. Ich hab zwar vnder meines Patrui p. m. consignationibus ſein vnnd ſeiner geſchwiſterigen Annos et Dies natales befunden aber kein Horam darbey, das er nemlich geboren Anno 1573. Die 17. Aprilis. ☉ tunc erat coniunctus cum Stella Noua vnd weder zuvor noch hernacher mehr, iſt zumahl ein wunderliche Constellation. Ich hab aber durch vnderſchidliche perſohnen mein anſtellung nach München gemacht, das aigentlich tempus zuerfahren, bekomme ichs ſo will ichs dem Herrn Schwager auch communicieren, ſo aber derſelbe ſolches ſchon vnnd alſo vor mir haben ſolte, bitte ich mir ebenmeßig ſolches mittzutheilen. Waß ſonſten der Herr Schwager von Thematibus Principum begehrt ſollen ihme ohnabgeſchlagen ſein.

Von Nouis waiſt man hie nichts ſonders, ſolte ſonſten dem Herrn Schwager ohnverborgen ſein. Princeps noster iſt aniezo zu Mümpelgart vmb allerhandt daſelbſten eingerißner mängel zu verbeßern vnnd zu reformieren, wirt ſich ein wochen ettlich daſelbſten vffhalten. Vff dißmahlen fellt mir in eil weitters zu ſchreiben nicht ein. Allein thu den Herrn Schwager vnnd mich hiemitt Gottlicher Allmacht protection

Trewlich bevehlen. Datum Stuttgarten in eil die ☿ 27. Septembris Anno aerae vulgaris 1615.

Deß Herrn Schwagers dienſtwilliger vnd gefliſſner

Fridericus Rüttellius mpp. 50

Dem Edlen vnnd Hochgelehrten Herrn Johann Kepplern, der Röm: Kayſ: Mayeſtätt, auch dero löblichen Landt Ständt jn Öſterreich ob der Ennß beſtalltem Mathematico, vnnd Philosopho, Meinem Sonders Günſtigen lieben Herrn Schwagern. Lintz 1720

724. VINZENZ BIANCHI AN KEPLER IN LINZ

Venedig, 14. Dezember 1615

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 27–28. Eigenhändig
Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 183. Eigenhändig

Perillustris, et Excellentissime Vir. 27

Traduxerunt quae in lucem adhuc edidisti, in eam me maximi tui, diuinique ingenij contemplationem, ut gratiam vehementissimè cogar auere tuam, beneuolentiamque perquirere. Et dum publicè Parisijs olim professi sumus, et in Hispaniâ, Italiâ, et ubique, tuam non modò in auribus, et ore laudem, sed in animo, menteque gloriam semper tulimus. Quapropter nihil mirum, si haec tandem pauca ad te scribere ausi sumus. Processuque temporis maiora in te nostra extabunt obsequia, et studia. Mysterium Cosmographicum uidi tuum: quod summopere sum admiratus. Nec dies praeterit ulla, quin Opticam tuam non intuear Astronomicam. Credimus, obijsse Tychonem, ut uni omnia ille concederet tibi. Et tuo reuiuiscere beneficio cuncti expectant Astronomiam. Quòd, si te natura, ut gentes edoceas, progenuit, opem quaeso mortalibus fer: Tabularumque tuarum cupientes memineris omnes. Quarum tamen prae caeteris incredibili ego flagro desiderio: qui perparuam interea dum possem à te gratiam impetrare, tibi non minus deuinctâ, quàm deuotâ inseruirem uoluntate. Fieri autem nullo potest modo, te pari haud pollere beneficentiâ, cùm summâ, immortalique praestes uirtute. Tantus enim uir, quantus es tu, miram (ut audio) humanitatem habet cum dignitate coniunctam. Igitur pro singulari ducerem fauore, si ex nobilissimis tuis acciperem manibus ueras longitudinum, latitudinumque Tychonicas supputationes Planetarum, ad annum uete-

rem Julianum 1583. diem Lunae 4. Martij, horam 9. min. 45. post meridiem, sub longitudine par. 34. 50′. Tempus hoc meum est natalitium, tantò mihi felix, quantò tuus esse possim. Quod spectare, tibi fortè non erit iniucundum. commutationem enim aliquam Luminarium inter tuam, et meam reperies genituram. Nam te ego, quem nunquam uidi, nunquam nisi per nominis celebritatem cognoui, unico prosequor amore, et obseruantiâ. Quam quidem beneuolentiam, et reuerentiam non ex his literis modò, sed ex ipsis quoque astris conijcies. tametsi tua magis me eximia uirtus, quàm extera siderum uis impellit ad te amandum. Schema mitto geneseos nostrae, per Instrumenta à Patre unà cum Josepho Moletio, Mathematico insigni, deprehensae, ut in tempore uerum, sic in motibus Planetarum incertum. Neque enim supputationes Alphonsinae mihi in hoc negotio satisfecerunt: parùm admodùm Copernicanae. Istae (ut uidebis) collocant Mercurium in parte 7. 54′. Arietis: illae in 5. 58′. ponunt. Et quemadmodum in ambigui huius Planetae motu, ita in reliquorum loco absonam experior differentiam. Sed, quod magni refert, directiones non congruunt. Idcirco precibus peto abs te, ut, cùm iuxtà hypotheses, ac obseruationes Tychonis Brahe tu nouas condas Tabulas, meam ex tuis Harmonicis hanc restituas genesim. Gratam tanti fauoris, diuturnamque polliceor memoriam: gloriaborque, donec uiuam, praestantissimum totius Germaniae Mathematicum nonnihil meâ caussâ laboris suscepisse. Mutuè tuis respondebo officijs: quantumque ualeo, tantum tibi alacri uoueo, et prompto animo. Solis ultimum deliquium, quod Venetijs secundùm Tychonem superiori anno Juliano 1614. debuerat die 23. Septemb. hora 1. 16′. 19″. à meridie occurrere, anteuertit per dimidiam horam, et multò maius fuit. Vnde hoc, ignoro. Nisi error intersit in Meridianorum differentiâ. Illud quia fortasse obseruaueris, rogo, ubi, et quâ horâ, moneas. Quidque experientiâ de Vraniburgi longitudine arbitraris, libenter quoque intelligerem. De his omnibus te etiam, atque etiam oro. Et si multa posco, maiora in me tua erunt merita: propterea de tuis laudibus nunquam conticescam. Tuae me totum gratiae, amorique commendo. Vale. Venetijs, XIX. Kal. Januarij, M D C XV.

Perillustri Dominationi Tuae Addictissimus

Vincentius Blanchus
Eq. et Comes Palatinus

28r Perillustri, ac Excellentissimo Viro Domino Domino Joanni Keplero Mathematico Caesareo. Pragae

725. KEPLER AN DEN SENAT VON LEONBERG

Linz, 2. Januar 1616

Original unbekannt. Erster Druck: Ch. Frisch, Kepleri Opera omnia Bd. VIII, 1870, S. 363–365

Ernveſte, Fürſichtige vnd weiſſe, innſonders günſtige Herren. E. E. etc. ſeind mein ſchuldig befliſſene dienſt beſten vermögens zuvor, mit wünſchung eines frewdenreich newen Jahres.

Mit vnausſprechlicher betriebnus meines Hertzens hab ich den 29. Decembris jüngſten auß einem von meiner Schweſtern Margreta Bennderin den 22. Octobris an mich datirten vnd alhie im Vitzdom Ambt mir vnwiſſendt verlegen ſchreiben verſtanden, wasmaßen etliche thails E. E. W. u. G. Gerichtszwang vnderworffene Perſohnen, vff ein pur lauttere ſtarkhe einbildung ihrer Haußfraw vnd Schweſter, ſo hievor in leichtferttigkhait gelebt, vnd hernach in volgender Zeyt im Kopf zerrittet worden ſein ſolle, in diſen hochbetrawlichen Argwohn gebracht worden, alß hab mein in allen ehren biß nahendt ins Sibenzigiſt Jahr erlebte liebe Muetter deroſelben wahnſinnigen Perſon einen verzauberten Trunckh beygebracht, dieſelbe hiermit ihrer Vernunfft zu berauben, bey dieſem Argwohn, auch hin vnd her in der gantzen Statt außgeſtreuter vngüttlicher Verleimbdung ſie es nit pleiben laſſen, ſondern haben ſich vom laidigen Teüffel, der ein Gott iſt alles Vnverſtandts, aberglaubens vnd finſternus, ſo weit blenden vnd reiten laſſen, das ſie Gottes vergeſſen ihrer angehörigen hilff bey dem Teüffel vnd deſſen vermeinten, aber vnſchuldiger Weiß darfür angebnem Werckhzeug geſucht vnd ein Zauberei (wie ſie ihnen eingebildet) mit der andern, namblich mit ſchreckhung vnd Beängſtigung der verdachten Perſon auffzulößen (maleficium contrario maleficio solvere) vermeint, inmaßen dann diſer herenmäßige aberglaubiſche griff, ſonſten bey den Rechtsgelerthen, die von dißem Vnweſen geſchriben, gar wohl bekhannt, von ihnen vnzählig vihl practiciert, aber nebens für hochſtrafmäßig erkhennt vnd als ein rechts pactum tacitum cum diabolo vnd aberglaubiſches, ohngöttliches mittel verworffen, ja von ihren vielen für ein indicium ad torturam paſſirt wird, wann ein Perſon hievor ſich dergleichen vnderwunden hette vnd hernach etwa ſelber auch angeben würde, zuegeſchweigen des vberauß gefährlichen Verfahrens wider vnſchuldige Perſonen, das der wiettende Teiffel durch ein einſpeihung dißes aberglaübiſchen mittels ſuecht. Inmaßen dann ich ferners nit allein auß obermeltem meiner Schweſter ſchreiben, ſondern gleich zumahl auch auß anderer Perſonen glaubwürdiger relation vernemmen mueß, darvber mir das Hertz im leib verſprengen mechte, das vorerwente Teiffels Banner diße hochſtreffliche thättigkhait fürgenommen, mein geliebte erlebte vnd von zeitlichem troſt ſonſten alters halb je mehr vnd mehr verlaſſene Muetter, heimblicher Weiße, mit hindanſetzung ihres Sohns, meines Bruders, für die obrigkhait fordern laſſen, deroſelben mit teiffliſcher aufflag, mit betrowung der gefengnus, ja mit ſtarckhem anhalten, das man ſie gefencklich auff ihren Ohnkoſten annemen wolle, darzue ſie ſich

auch der Landtsfürſtlichen authoritet mißbrauchet, ferners mit angreiffung vnd intendierung der waffen, als wolten ſie die an der ſtette entleiben, entlich auch mit gueten Wortten, vnd Verhaißung, das ihr nichtz darumben geſchehen ſolle, vnd alſo auff alle müglichſte verteiffeliſte weege, die ſie immer erdenckhen khennen, zuegemuettet, das ſie deren helffen ſolle, deren ſie nichtz böſſes zuegefiegt, auch nicht zu helffen vermecht; vnd da ſie es vff die weiße, wie es an ſie begehrt worden (da Gott vor ſey) vermecht oder verrichtet hette, hierdurch alß durch ein offenbarliche Teiffelskunſt, die außgeſetzte eüſſeriſte ſtraff vnd Pein verdient haben würde, die aber ſie ſelbſten, als die ein andere Perſon hierzue zwingen wöllen, auff ihren Hals (wann dem anderſt alſo) verdient haben. Vnd in ſumma iſt diſſes Werckh (eingenommenem bericht nach) alſo beſchaffen geweſen, das khein wunder were, wann auch mein höchſtgeängſtigte vnd ohnverſehens überfallene Muetter ſich ihren grimm zu ſtillen vnd ihr leben vermeintlich zue retten, in etwas, ſo ihnen fürträglich, wie mehrmalen geſchehen, hette verlautten laſſen (das doch der Allmechtig gnediglich verhietet), dardurch aber ſie vnſchuldiger Weiſe von einem nicht allerbeſt in den geſchribenen Rechten erfahrnen Richter zur Tortur erkhendt, vnd entlichen durch Verhencknuß Gottes gar zue einem ſchmehelichen Todt gebracht hette werden mögen, dergleichen exempla die Büecher voll, vnd ſonſten der obiger arthen für augen ſchweben. Ja wann auch Gott der Herr ſeithero ſich vber die zerritte Perſohn vnverdienter ſachen erbarmet, vnd wider zu ihrer geſundthait hette khommen laſſen, würden hierdurch diſe teiffels leitte meiner Muether ihren gueten ehrlichen namen vnd leimueth von grundt auß, nit anderſt, dann hetten ſie demſelben mit einem Meſſer den Hals abgeſtochen, vnd meine arme vnſchuldige Mueter in den teiffliſchen Verdacht gebracht haben, als hette ſie ihr wider geholffen, vnd hetten alſo ſie mit ihrer Beängſtigung, obbeſchriebenem aberglauben nach diß zuwegen gebracht, vnd einen Teiffel mit dem andern gebannet. Nun hab ich zwar nebens auß meiner ſchweſter ſchreiben verſtanden, daß baids ſie, ihr Haußwürth vnd mein Brueder diße durch Teiffelte injuri vnd gefehrung, nit allein einer alten erlebten Matronen leib, ehr vnd guet, ſondern auch ihrer gantzen angehörigen Freindtſchafft, mit ſchöpffung rathes für Gericht gebürender maſſen zu proſequiren gedenckhen, darzue ſie dann auch mir, aber fahrleſſiger vnd allzuvil ſparſamer oder ſonſten vnvorſichtiger weiße, durch ſchreiben angekhündet. Es iſt mir auch durch andere Perſohnen angekhindet worden, das ſchon alberait zwen Rechtstäge fürgangen, dieweil ich aber nit waiß, ob meine geſchwiſterige auch in meinem namen fürkhommen, ob ſie auch aller Notturfft nach einkhommen vnd nichts verſehen, das zue nothwendiger Rettung meiner Güetter, höchſt in gefahr geſetzten gueten Namens vnd glimpffs gehörig, vnd ſonderlich weil die relation dahin verlautten will, alß ob auch Ich ſelber verbottener Künſten bezüchtiget worden ſey, dardurch diße vbermiettige gegenpart, waiß nit von was Bachereyen auffgeblaßen, mich vnd meine in die 15 Jahr bediente Kayſ. dienſte gleichſam vber ein Hauß hinauß blaßen, vnd hiermit meiner Muetter (dahin ichs vilmehr deitte, als daß es eben von Hertzen gered ſein ſolte) das Hertz gantz vnd gar benemmen wellen. Hierauff vnd

von meines merckhlichen zwifachen Interesse wegen gelangt an ein Erſam Gericht mein in Rechten wohlfundirtes begeren, die wollen mir vnverzogenliche abſchrifften alles deſſen, was biß dato beederſeitz für das Gericht einkhommen, communiciren, vnd bey dißem meinem aigenen warttenden Potten nach Cantſtatt vff die Poſt zuekhommen laſſen, von dannen ich die Verordnung gethan, das es nach Prag abgefiert vndt mir, der Ich hoffentlich vnderdeß, ſo es anderſt leibes geſundthait halben ſein khan, alldortten ſein vnd mich vmb erlaubnus nach Hauß zueraißen bewerben will, allda zuegeſtelt werde.

Inmittelſt aber will E. E. W. vnd Veſten Ich mit gepürendem respect vermahnet vnd auch vnderdenſtlich gebetten haben, das ſie bey dißem werckh mein verſtandenes Interesse in gepürende Acht nemmen wöllen, vnd ob ich wohl dem Rechte ſeinen lauff vnd ſchleinigen Vortgang nit beger zueſperren, angeſehen dasſelbig nit Ich, ſondern meine geſchwiſterige (zwar vnzweiffel auch in meinem Namen) angeſtelt, ſo will ich aber doch hiemit lauter proteſtirt haben, das ich davon nichtz, was etwa zue wenig vnd zue meinem praejudicio fürgenommen oder ſententiirt oder ſonſten verfehlet ſein möchte, gebilliget, gut gehaiſſen oder vertragsweiße eingegangen haben wölle, vilweniger ich die, mehrere vnd andere Gerichts zwänge vnderworffene gegen Parthey, mit endung des Rechtens zu Löwenberg meiner Anſpruch, die ich zu ihnen habe, erlaſſen, ſondern gedenckhe dieſelbigen von meiner wohlverdienten verwittibten Muetter wegen, wie recht vnd löblich, mit Darſetzung leibes vnd Guets, auch anſprechung meiner angehörigen freünde vnd gönner, oder was ich ſonſten mit dienſten vnd guetem wohlbekhantem Namen für favor erworben, zuverfechten vnd ſo weit zuverfolgen, biß der ſachen nach den geſchribenen Rechten zue endt geholffen würdt.

Hiermit E. E. W. vnd V. mich vnd meine angehörige zu gewohnlichem ſchutz empfehlendt vnd der begerten notthurfften erwarttendt, datum Lintz den andern Januarii Anno 1616.

E. E. W. vnd Gunſten Vnderdienſtbefliſſener

Johann Keppler, der Röm. Kaiſ. Mt. vnd einer löbl. Landtſchafft ob d. Ens Mathematicus

Den Ernveſten, fürnemmen, auch Erſamen, fürſichtigen vnd weißen Herrn, Vogt, Burgermaiſter vnd Gericht der Statt Löwenberg etc. Meinen inſonders günſtigen Herrn. Lewenberg.

726. MICHAEL GEHLER AN KEPLER IN LINZ

Sobeslau, 12. März 1616

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 12. Eigenhändig

12 S. P. D.
Clarissime et Excellentissime Vir, Domine et amice
plurimùm honorande.

Literas meas, quas ante menses aliquot Witigoviâ ad te dederam, ut nuperam illam purgarent licentiam, quâ apud te Lincij in nundinis, tanquam apud Philosophum et Mathematicum acutissimum, nobilissimumque usus fueram plusquàm Philosophicâ, tibi traditas non esse ex tabellario nostro non ita pridem intellexi. Visus mihi itaque sum pudorem cum literis amisisse, cujus patrocinium illis demandaram: nec minorem sensi vertiginem menti jam planè exsternatae oboriri, quàm olim Phaethon, cum ad scorpium usquè proveheretur:

Hunc puer ut nigri madidum sudore veneni
Vulnera curvatâ meditantem cuspide vidit,
Mentis inops gelidâ formidine lora remisit.

Reddidit mihi tamen tandem animum ad pedes, ut Homeri verbo utar, decidentem singularis tua εὐτραπελία et comitas. Et spero fore, ut matutinum illum et Ovidianum errorem meum, quem nosti, serae huic et vespertinae poenitentiae condones. Sed ne quid videar deaestimasse spem gratiae, en rursus licentiosiùs ad te venio, et ovum tibi rectum in abaco sisto: non quidem testae capite leviter mensae alliso, quod novi ille orbis inventor fecit, (quem perperam Columbum vocant, cum Colonus sit,) cum tàm arduo labore antipodes quaeri aemulis suis ostenderet, quàm ovum statui. Sed integrum loco et illaesum, haud aliter, quàm nucem, glandem, pyrum solemus. Experire, si voles, facilè invenies, quod ἀδύνατον existimant. Hoc quidem Attica Suada Erycij Puteani mihi persuasit: et haec tuo convivio νώγαλα Apollinea appono, quod tùm agitasse diceris, cum importunus noster tabellarius Ephe-
12v merides à te exigeret nostris his turbulentis temporibus, et sylvescenti aurae. Quin et vorsuram facere non erubesco, (non enim solent literae) etiamsi ad problema meum nuptiale nihil quicquam à te hactenus habeam: quod mihi absterrendo esse poterat. Vides me alterum Diogenem, qui cum immodestiùs Antisthenis doctrinam exterebrare crebris interpellationibus non cessaret; intentato à Magistro baculo, si molestus esse pergeret: Caede, inquit, si vis: at nullum invenies baculum tàm durum,

quo me abs te abigas: dum aliquid dixeris. Eodem et ego sum ingenio. † De septenario numero, primo illo Virgineo, omnia divina Pythagorici: quî autem septupla distantia in Musicis ἀνάρμοστος? Scilicet hoc ipsi deerat ad perfectionem.

Audivi ex Ursino (qui nihil scribit, adeò pudens est homo, ubi nuptias celebravit!) te praeter vulgares aspectus, tot alios ponere, quot sunt consonantiae Musicae: et quidem non minoris efficaciae. Et vehementer arrisit ratio, et auget admirationem, solum septenarium harmonicum non esse, cum binarius etiam in semitoniis suavissimas efficiat διέσεις.

Hîc Delio natatore mihi opus est, id est, Kepplero, delicio illo maximo Musarum, nec minore animi mei.

Quaeso, si per curas coelestes licet, hunc mihi scrupulum exime. An Ephemerides hujus anni edideris cum Corollario Rösliniano aut Calvisiano, scire desidero; et Te cum Tuis suavissimè valere: idem Vobis optat et mea cum filiolo nostro. Sobieslavij ex Gymnasio ROSARUM d. XII. Martij A.C. M DC XVI.

qui te amat et colit

Michaël Gehlerus D. mpp.

Clarissimo et Excellentissimo Viro Domino Joanni Kepplero, S.ae C.ae M.tis et Illustrium Ordinum Austriae Mathematico honoratissimo, domino et amico meo summo. Lincium

727. PETER CRÜGER AN KEPLER IN LINZ

Danzig, 31. März 1616 (a. St.)

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 76. Eigenhändig

S. P.

Vtrinque nobis hoc fatum, Excellentissime Vir, ut literae nostrae justò seriùs deferantur. Ad tuas satis serò ob causam Straussio expositam redditas respondi jam ut vides praeterito Autumno: Sed responsum hoc quò minùs hactenus ad te devenerit, itidem Straussio explicavi. Nunc tandem gaudeo talem occasionem oblatam, qua certò spero literas meas ad te perventuras. Interea à Straussio aliquoties mihi

redditae literae, et cum iis etiam Exemplar tuae Stereometriae mihi donatum, pro quo gratias ago debitas, utinam et referre possem! de distractione enim exemplarium, ut literis ad affinem tuum datis à me voluisti, verba feci ad bibliopolas nostros praesertim primarium. Sed is ut maximè vellet tecum mercari, non tamen audet, propterea quod pauci sint quibus vendere talia possit. Et verum est, Quaecunque in Mathematicis Scripta solidiora eduntur, si unum exemplar habet Mathematicus Dantiscanus, alterum Regiomontanus, tertium Bibliotheca Regiomontana, quartum Nobilis quidam Borussus Niewieschinsky, praeterea nullum exemplar in hac tota Borussia divenditur. Risu quidem et indignatione res digna est, sed vera tamen. Bibliopola noster praeterito autumno unicum exemplar tuae Stereometriae Francofurto accepit, quod quia ego (abs te jam ante donatus) non emerim, adhuc vendere nequit. Affinis tuus nihil hac occasione scribit, quod equidem miror. Ipsemet me antequam hic tabellarius huc veniret, hortatus est ut literas unâ mitteremus Wratislaviam, et id tuo quidem indigitamento: quod et fecissemus, nisi paucis pòst diebus hic tabellarius advenisset. Cuius adventu tam ego quam affinis tuus mirè gavisi sumus. Ante biduum cum ipsi significarem tabellarium hodie abiturum, petiit se excusari quod hac vice nihil scribere posset nescio quibus occupationibus impeditus, pollicitus se post festum Paschatis vel circa Pentecosten per tabellarium Silesium aut Gedanensem neglecta compensaturum, et simul quaedam pellicea missurum. Caeteroquin valet cum uxore et liberis. Die $\frac{3}{13}$ Febr. natus est ipsi filius, quem ego baptismate suscepi.

In prioribus literis quaesivi aliquid de ☽[a] quomodo illa in epicyclo eandem nobis faciem exhibere posset. Legi interea responsionem Fernelii Ambianatis et Conimbricensium: sed ista responsio nec mihi sufficit nec hypothesibus eorum consentit.

Opto maturari Tabulas quas toties promittis Rodolpheas, ut tandem quid de Astronomia futurum sit, experiamur. Opto simul autem Sanitatem ac tranquillitatem publicam ac privatam. Teque cum Conjuge Liberisque Deo Opt. Max. commendo. Vale et amicitiam officio literarum coeptam eodem continua. Dantisci pridie Calend. Aprilis, Anni 1616. Calvisium mense Novembri decessisse nostin'?

Excell. T. Studiosissimus

Petrus Crügerus

76v Excellentissimo et ingeniosissimo Viro
Domino Johanni Keplero, Caesareo et Ordinum superioris Austriae Mathematico,
amico officiosè honorando. Lintz

728. VINZENZ BIANCHI AN KEPLER IN LINZ

Venedig, 11. April 1616

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 184. Eigenhändig

Perillustris, et Excellentissime Vir. 184

Etsi inter Italos, et Germanos contentio est: nulla tamen ego praelia gero. Et Mercurius nihil cum Marte habet. Propterea nollem, Dominationem tuam conticescere, quia Veneti cum Austriacis dimicant. Dedi ad te literas, rogans, ut iuxtà hypotheses, ac obseruationes Tychonis Brahe mihi longitudines, latitudinesque traderes Planetarum ad annum currentem Gregorianum 1583. mensem Martium, Diem ☽ 14. hor. 9. 45′. à meridie; et cùm nullum accepissem responsum, reuersus sum hac breui epistolâ, ut tibi salutem dicerem, meque commendatum facerem. Doleo nescire qua in urbe sis: uisitassem etiam, nedum scripsissem. Et modò mihi tempus datur exiguum tibi scribendi, cùm peregrè sim, et casu ad Reipublicae Oratorem literae missae. Ab illo acceperis superiores meas literas, in quibus satis prolixè de me, et de optima mea in te uoluntate constat. Alia etiam multa significaui. Peto abs te, ut tuam mihi gratiam impartiaris: quodque desideraui, illud animo concedas libenti. Quae mea enim sunt, tua semper erunt: et quantum ualeo, tantum tibi obseruantiae caussâ polliceor. Vale Venetijs tertio Id. Aprilis, 1616.

Perillustris, et Excellentissimae Dominationis Tuae Studiosissimus

Comes Vincentius Blanchus

729. KEPLER AN VINZENZ BIANCHI IN VENEDIG

Linz, 13. April 1616

Erster Druck: M. G. Hansch, Joannis Keppleri aliorumque Epistolae mutuae, 1718, S. 593–599
Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 186–187. Eigenhändiges Fragment

S. P. D.

Literas tuas, Excellentissime Vir, gemino exemplo, Januario et Februario mensibus ad me Praga transmissas, summa cum voluptate legi. Ad quas quod hactenus nihil respondi, partim metu factum est, ne, si apud Postam de scriptore constaret, suspicionem ineptis hominibus injicerem collusionis cum hostibus domus Austriacae: potissimum

vero me retinuit ignoratio dignitatis, tituli, conditionis, locique vel domus tuae, ad quam literas transmitterem. Nam Cursorum Magister, qui Lincii est, hoc unum dicere potuit, se tuas ad me Praga accepisse. Video autem me Excellentiae tuae aeque esse ignotum. Dignitatem enim mihi tribuis, qui literas unice tracto, nullas politiae partes, unde dignitates sperari possent, unquam attigi. Humanitatem in caeteris colo, in me quod hic jactem, non invenio. Voluntas mihi prompta est gratificandi omnibus, imprimis vero tui similibus, Philosophiam amantibus, quamcunque fortunam illis turbulentus iste vitae cursus indulserit. Nullas hic Numinis mihi partes usurpo; nec ut flectar, vel hymnis opus est, vel supplicationibus vel templis et pulvinaribus. Te vero, quisquis es (nam oratio excelsa est), oro atque obsecro, si vero et ingenuo animo tua mihi obsequia et studia defers, tam exquisito verborum apparatu, tantis laudibus abstineas: neque pessimum exemplum inter Philosophos statuas: tibi vero persuadeas ipsi, me, sive inferior sim tantis encomiis, vehementer iis offendi, sive par in minima re, tamen ab iis metuere sinceritati philosophandi, ipsique adeo pietati; ne, dum propter cognitionem operum divinorum nostras ipsorum commemoramus audimusque laudes, laudum verarum, quae sapientissimo tantorum operum Authori debentur, obliviscamur. Res ipsa, quam petis, si cum tot blandimentis comparetur, pudendae parvitatis est, qua praestari potest: qua vero nondum potest, nullis verborum lenociniis, sed assiduitate observationum, studio et contemplatione indefessa, et versatione ingenii in partes omnes expedienda est. Notum tibi facio, me aestate Anni 1614. quae prima mihi, domo composita, post infortunia et migrationes varias, quietem restituere visa est, in motibus stellae Veneris restituendis operam insumpsisse, anno 1615. in Mercurio successit: sed posterior et potissima pars anni consumpta à me fuit in Geometricis contemplationibus et Stereometria, ut Typographum, qui recens huc accessit, materia magis populari, meisque sumptibus juvarem, essetque mihi in posterum praesto. Ut primum autem tuas accepi literas, visum est lunares speculationes cum propter abjectam à Tychone temporis aequationem, tum propter Eclipsium in signis aequinoctialibus anomaliam, ad manus sumere. Hanc igitur habe gratiam pro tuo panegyrico, quem in remotis nationibus mihi scribis decantasse, quod tuis nuperis literis instigatus curam hanc resumpsi: cum multi per casus adversos familiae meae fluxissent anni, ex quo Mathematici Germani ad me provocassent, caussantes, passim in Lunaribus Tychonicis residuas imperfectiones. Quod antevertit Eclipsis ☉ anno 1614. in Libra (nam finem ejus et ipse observavi h. 1. M. 47′, Monachii vero in Bavaria finem adscribunt h. 1. M. 45′ post Meridiem: Initium h. 11. M. 15′), id consonum est Eclipsi anni 1605. cujus observationes à tribus prae-

stantissimis Mathematicis, Ericio, Tychonis discipulo, Londini in Britannia, Coigneto Antwerpiae, Fabricio in Frisia Orientali, meam observationem Pragae in Viridario Caesaris inter turbas Aulicorum habitam erroris, aut hortulanum malae fidei arguunt, qui non diligenter arcuerit ab instrumentis turbatores. Nam initium in Epistola de hac Eclipsi edita, adscripsi h. 1. M. 6′ p. m. quod per trium dictorum locorum observata inter se consentientia fieri non potest. Illa igitur Eclipsis antevertit similiter: vicissim Eclipsis anno 1598. tardius incidit in signo Piscium. Itaque etsi nondum quicquam pronuncio: non tamen celare possum suspiciones et molitiones meas. Nimirum motus primi Mobilis, qui fit revolutione Telluris circa suum axem immobilem, tardior esse videtur, cum Terra est in Aphelio, hoc est, a Sole motus Authore remota, velocior, cum est propinqua Soli. Digitos observavi Anno 1614. ultra 9. ut videbatur, Monachii aestimati sunt pene 9. Equidem si fuit et promotior, quam calculus ostendit, fuit et Nodo vicinior et Australior, quod repugnare videtur observationi: sed cum praeterea multae concurrant causae, parallaxis Solis et Lunae, angulus latitudinis, diameter Lunae, nondum despero de conciliatione. Jam subjungam calculum locorum Planetarum, quantum quidem ejus usque ad discessum Mercatoris Pragensis, cui legatus Venetus hoc negotium commendavit, fieri poterit.

Pro Sole

Anno 1583	Junii	17	13^{H}	1′	☉	in	5°.	25′.	32″	♋
	Martii	4.	9.	45.						
	D.	105.	3.	16.						
		105.					101.	28.	37.	
		199428.	3.	16.				8	7.	
		660.	59.′	37″	☉		101.	36.	44.	
		200088.	8.	7.			23.	48.	48	☓

Pro Luna ex forma mea Calculi

Aequatio temporis mere adjectoria est 26. 30″. quod si conferas inter se Tabulas Geographicas recentissimas, nescias, an ulla sit Meridianorum Huennae et Venetiarum differentia, etsi Tycho facit Huennae longitudinem 36°. 45′, tu Venetiarum 34°. 50′. Kaerius tamen eandem habet lineam Meridianam, quae per oppidum Treviso in Stralsund excurrit. Itaque proxime super Venetias et Huennam incedit. Braheus tabulam secutus est alicujus Geographi Belgae. Nam quî potuisset aliter nondum exactissimo calculo Eclipsium, unde ista corrigerentur?

Tempus apparens H. 9. 45′
26. 30.
Tempus aequale 10. 11. 30. Huennae et Venetiis.

		Apogaeum.	Nodus.
1582.	$22^{D}.1^{H}.28'.8''.$	$7^{S}.4°.43'.20''.$	$9^{S}.0°.46'.2''.$
90 Febr.	59.		
Dies	3. 10. 11. 30.		
Summa	84. 11. 39. 38.		
Rev. III	82. 15. 55. 45.	0. 9. 12. 36.	4. 22. 39.
	1. 19. 43. 53.		
	1.	6. 41.	3. 11. 13. 3. 54.
	19.	5. 18.	2. 32. 10. 20. 35.
	44.	12.	6. 23. 53.
		7. 14. 8. 7.	4. 28. 28. 23. 48. 22.
			8. 26. 17. 34. 11. pro radice.
100			23. 37. 22.
		0. 21. 4. 54.	22. 56. 10.
		56. 18.	41. 12.
		8. 6. 9. 19.	55. 11.
	Luna in	6. 9. 19 ♐	sine aequatione 56. 18.

Menstrua.

Pro Aequatione Menstrua.

Apogaeum	$7^{S}.$	14°.	8′.	7.	
Sol	11.	23.	48.	48.	
	4.	9.	40.	41.	dat
110 Subtrah. aequationem			38.	22.	
quia ☽ senescit.					
Luna prius	2.	6.	9.	19.	
Sol in	11.	23.	48.	48.	
☉ à ☽	2.	12.	20.	31.	dat
Aequat.			2.	20.	34.
			1.	16.	44.
				12.	47.
					19.
					3.
120			1.	29.	53. Subt.
Variatio Tychon.				25.	15. Ad.
			1.	4.	38. Subt.
☽ prius			6.	9.	19 ♐

Pro Latitudine.

♋	$8^{S}.$	26°.	17′.	34″.	
☽	8.	5.	4.	41.	
		21.	12.	53.	dat
Lat. Copul.		1.	48.	25.	Austr.
☉	11.	23.	48.	48.	
♋	8.	26.	17.	34.	
	2.	27.	31.	14.	dat
scrup.		2.	37.		Boreal.
☉ à ☽	2.	12.	20.	31.	dat
scrup.		16.	36.		
			33.		
			9.		
Menstrua portio			42.		Boreal.
Latitudo prior	1.	48.	25.		
Latit. absoluta	1.	47.	43.		Austr.

Loc. ☽ ver. in orbita 5. 4. 41 ♐
Red. ad Eclipt. 4. 30.
Locus ☽ in Ecliptica 5. 9. 11 ♐

Aequatione Nodi non puto opus esse. Nam ut vides, provenit mihi diminutio latitudinis etiam aliter. Posito verò, non posse aliter computari latitudinem quam libratione Nodi, quid hoc ad Astrologiam? Nulla vis inest in caeca sectione: aut si qua illi inest, illa est propter copulationem luminarium in Eclipsibus. Atqui in Eclipsibus motus nodi est aequalis. Tota ista Hypothesis nititur causis physicis, et minimum ab Hypothesi Tychonica differt in effectu. Duplex enim est in Luna inaequalitas, una sui juris ut in planetis caeteris, altera menstrua, quae ut Luna ipsa incenditur, extinguiturque, sic ipsa ab Apogaei Nodique circumactu per Phases Lunae, vel excitatur, vel evanescit ut non semper sit. 186

Pro Venere ex Restitutione et Tabulis non planè absolutis.

Completo 1582 in M. N: ♀ 17. 20. 54 ♐
diebus 62 9. 20. 4.
residuis H. 21 1. 24. 7.
M. 45 3. 0.
♀ 28. 8. 5 ♑
1. 3. 15 ♒
57. 4. 50.

Distantia a ☉ 56. 25. 0.
1. 3. 15 ♒

♀	72670	♀ in 27. 28. 15 ♑	Eccentrico coaequato
Terrae	99600	☉ in 23. 48. 48 ♑	motu
Index	15630	3. 39. 27.	Anomalia Commut:
	156 . . .	3. . . .	1. 15. 58. coaeq.
	3. 0.	25. 19.	16. 49.
	0. 33.	13. 9.	2.
	2″	3. 27.	1. 32. 49. Aequatio
		13.	☉ 23. 48. 48 ♑ Orbis
		16. 49.	♀ 25° 21′ 37″ ♑

Pro latitudine

Locus Eccent. 27. 28. 15 ♑
12. 50. ♊

160	○			14.	38.	15.	
	1	58.	3.	75.	21.	45.	
	1	58.	3.				
	1	58.	3.	Anguli			
	22	21.	17.	3.°	39.′	1.°	33′.
	3.	15.	26. Inclinatio	3.	11.	1.	21.
	3.	11.			4.	12.	1. 13.
		4.	26.			Lat.	1.° 22.′ Meridiana

Pro Mercurio

a Merid:

170	Anno 1583. 23 Jan. H. 17. 59.		☿ in	12.	17.	5	♂			
	4 Mart. H. 9. 45.		d. 39.	148.	35.	35.			diurni	
	Dies 39. H. 15. 46.		H. 15	3.	52.	25.		6.	8.	53.
			M. 46		11.	52.		6.	14.	49.
				152.	39.	52.		12.	23.	42.
		Eccentr.	☿	14.	56.	57	♉	6.	11.	51.
	Distantia 80551			10.			♉			
	4|35′. 35.″ Inclinatio			4.	56.	57.				
180	80547		☉	23.	48.	48	♓			
	Valet 31257			51.	8.	9.				
	dist: ☉ 99600			11.	31.	5.	Aequatio Orbis			
	Index 52306		☿ in	5.	19.	53	♈			

Pro latitudine

Anguli	51.	8.	11.	31.	
	35.	2.	8.	58.	
	33.			8.	
		Lat:	0.	9.′ 6.″	Borealis.[1]

186v

Pro Marte

190	Anno 1583. 1 Aprilis H. 1.° 25.′ p. m.			♂ in	28.°	40.′	48″	♌		
	4 Martii H. 9. 45.			d. 27	11.	49.	4.			
	D. 27. H. 15. 40.			H. 15		16.	28.			
	diurnus	26.	21.	M. 40			43.			
					12.	6.	15.			

Distantia	165760	♂	16. 34. 33 ♌
Abbreviatio	80		16. 34.
♂	165680		
☉	99600		23. 48. 48 ♈
Index	24911		142. 45. 45.
	246		1. 17. 0.
106. 32. 36.	31. 6.		45. 45.
58. 41.	39. 35		11. 24.
20. 31.	19. 47		1. 32.
23. 48. 48.	40		58. 41.
♂ in 11. 40. 36 ♋	4		
	20. 31.		

Pro latitudine

Mars in ipso limite Boreo

Inclinatio 1.° 50.′ 30.″

		Anguli	
57. 7.		37. 14.	72.° 7.′
57.		36. 20.	57. 7.
47.′ 30.″		Latitudo 2.° 54.′ Septentr:	
28. 30.‴			
7.			
5. 50.			
1. 45. 12.			
36. 20.	2.°		
1. 12. 40.			
32. 32.	54.′		
18.			
32. 24.			

Thema transmissum habet eandem Martis longitudinem et latitudinem: quam non exhibent Ephemerides Magini. Ergò necesse est, ut eam computaverit alius quispiam ex meis Commentarijs de motu Martis: nisi Fabricius in Orientali Frisia totum thema computaverit, quo cum Ego superioribus annis plurimas Epistolas commutavi.

Pro Jove

Anno 1582	4. 13. 19 ♈	Aph:	6. 30. 38 ♎
Febr:	4. 54. 12.		12.
D. 3	14. 58.		6. 31.
H. 9	1. 52.		9. 24. 30.
M. 45	9.		152. 53. 30.
	9. 24. 30.		152. 20. 27.

Dist: ♃ 98982 33. 3. 149. 37. 51.
52 1. 5. 12. 35. 55.
197964 33. 3. 150. 13. 46.
494910 2. 45. 6. 31.
198 7. ♃ 6. 44. 46 ♈
4949 35. 55. ☉ 23. 48. 48.
Valet 5152211 17. 4. 2.
☉ 99600 50. 30.
Ind. 67600 3. 24. 3. 22.
672 2. 2. 2.
40 14. 14. 8.
3. 3. 14. 19. 34.
2. 2. ☉ 23. 48. 48.
♃ 9. 29. 14 ♈ I

187 Pro latitudine

♃ Eccentricus locus 6. 44. 46 ♈
6. 31. ♉
60. 13. 46.

Anguli

14. 18.	17.° 4.′
14. 49.	17. 36.
59. 16.	1. 10. 24.
1. 15.	1. 32.
58. 1.	1. 8. 52.

Inclinatio 52.′ 5.″
16. 30.
17.
1. 8. 52.

Lat. ♃ 0°. 58′. Mer:

Pro Saturno

Anno 1582 18. 8. 16 ♈ 25. 2. 15 ♐ 20. 41. 18 ♋
Febr: 1. 58. 35. 13.
D. 3 6. 2. 25. 2. 28 ♐
H. 9 ¾ 47. 20. 13. 40.
20. 13. 40 ♈ 85. 11. 12.
85. 14. 1.
100794 2. 49. 78. 46. 39.
94 59. 1. 2. 46.
403176 2. 46. 78. 43. 53.
907146 25. 2. 28 ♐
♄ 947464 ♄ 13. 46. 21 ♈
☉ 99600 ☉ 23. 48. 48 ♈

80975	9. 1. 24.	10. 2. 27.
804	5.	54. 23.
57. 30.	2. 12.	1. 48.
1. 48.	9. 3. 41.	24.
3. 36.	23. 48. 48 ♐	2. 12.
54.	♄ 14. 45. 7 ♐	

Pro latitudine

20. 41. 18 ♋
13. 46. 21 ♐
126. 54. 57. Inclinatio: 47. 58.
53. 5. 3. 25. 35.
1. 13. 33.

Anguli

10. 2.	9. 4.
1. 13.	1. 7. 30.

Latitudo ♄ 1.° 7.′ 30.″ Australis.

Habes quod petisti, loca Planetarum tanta certitudine, quanta in praesens esse potest. Quodsi perpetuum id est in Luna, quod videor in Eclipsi anni 1598 deprehendisse, erit locus ejus circiter 12′ minutis anterior.

Video Ex: T. animo haerere in astrologica contemplatione thematis, et articulos exigere temporum a directionibus. Animum quidem implere possunt astra, eventus ipsos sola praestare non possunt, sed excitant hominem inque vigilia seu excubijs constituunt, ut occasiones praetereuntes arripiat. Nec inficior praeclaram esse constellationem, in qua ♄ et ♃ sunt in δορυφορίᾳ Solis, Mars ipsis configuratus. Natum existimo ad vigilantiam curam labores, magnas res. Solent tamen hujusmodi constellationes interdum hoc ef[1]ficere, ut homo nimium appetendo, se *187v* ipsum voluptate privet earum rerum, quas habere potest. Sed satis erat, quod petieras; nec opus hoc auctario. Vale Excellentissime Vir, et absentiam meam ab aula reputans, ignorationi meae ignosce, tuarumque conditionum detectione succurre. Dabam Lincij Id: Aprilibus Anno M. DC. XVI.

Nob: Ex: T. suspiciens

J. Keplerus
Imp: Caes: Matthiae Mathematicus

730. KEPLER AN MATTHIAS BERNEGGER IN STRASSBURG

[Linz], 14. April 1616

Original unbekannt. Erster Druck: Epistolae J. Keppleri et M. Berneggeri mutuae, Argentorati 1672, S. 29f.

S. P. D.

Clarissime et amicissime. Literas tuas à Nonnemanno Argentinensi accepi ante duos circiter menses, eique consultor et promotor fui, quantum in me erat. Mertelii negotium diligentissime per literas apud sollicitatorem meorum negociorum Nob. D. Thomam Majer, Ordd. Austriae supra Anasum Agentem in aula Caesareâ egi: speroque scripturum ipsum super hoc negocio, ad Te aut ad Mertelium. Quod si non successerit, nihil porrò superest spei, nisi aut Caesar Lincium, aut ego Pragam veniam.

Vix lectis tuis literis supervenit Esaias Pachmarus Cremsensis, commendans mihi literas Ammonii ad Parentem superiori aestate jam mortuum. Literas inclusas Guraldi Tutoris ad ipsum, quaeso illi tradas. In praesens veniam dabis brevitati meae, ob Nundinarum turbas et negocia. Vale. D. 14. Aprilis anno 1616.

731. MELCHIOR STÖLTZLE AN KEPLER IN LINZ

Innsbruck, 2. Mai 1616

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 207. Eigenhändig

207 Edler hochgelertter jnſonders gonſtiger geliebtter herr Keppler. Dem herrn ſein mein gantz getreu willige deinſt allezeitt bereitt. Ich hab zwar langſt ein ſchreiben vom herrn empfangen, das ich aber mitt beandtworttung ſo lang verzogen, iſt das ich allezeitt vermeindt hab ſolchs meim gnedigſten herrn zu Neuerieren. Die weil ſie aber lange zeitt auß waren, vnd ich alßbald nach irer alherkonfft ſchon zu andermal bin verſchigtt worden hatt es ſich niehe ſchickhen wellen. bitt derhalben mein gonſtigen herrn mir nitt zu beargen.

Das mir der herr bei meinem herrn Schwagern von Roſenberg ein tractattel geſchigtt vnd verehrtt thue ich mich deſſen gegen dem herrn gantz freundtlich bedanckhen. ſolches in andere weg gegen dem herrn zu beſchulden von hertzen geneigtt. Es ſoll ir hoch. Fürſtl. Durchl. mein genedigſter herr 8tag nach fengſten wider in Öſterreich verreiſen darmitt ich auch ſoll. Gott geb ſein genad das ich den herrn mitt vnd in

gutter geſundheit finde vnd godiere. Damitt ſein der herr von mir gantz freundtlich gegriſt vnd Gott befollen. Insprugg den 2 Maij Anno 1616.

Des herrn gantz deinſt gefliſsner Seruitor

Melchior Stöltzle

732. KEPLER AN MICHAEL MÄSTLIN IN TÜBINGEN

Linz, 5. Mai 1616

Stuttgart, Landesbibliothek, Cod. Math. fol. 14a, Bl. 122–123. Eigenhändig

S. P. D. 122

Clarissime vir. Diu jam intermisso inter nos scribendj officio, sese offert lator praesentium M. Johannes Straus Dantiscanus, qui aliquandiu collegam hic egit in Schola Provincialj, Mathematum amans et calculj peritus: etsi quamdiu hic fuit, parum me juvare potuit. Ei rogo consilio atque ope adsis ad studia Mathematica continuanda. Consilium cepit laudabile, siquidem expedita res sit, adeundj Indias, ibique observandj Eclipses et fixas Meridionales. De meis studijs scribam nonnulla. Superiorj anno Stereometriam egj; ut materia populari Typographum, qui tum huc venerat, juvarem: ne ex aula Caesareâ resisteretur ejus artj hic instituendae. Scripseram ante sesquiannum ad 6 paginas cum typum incepj: verum adeò mihi non satisfecerunt illa, ut novem, pro dolor, integros menses consumpserim augendis, germanicè vertendis, emendando typo, delineandis rudibus licet schematibus. Anno 1614 per aestatem successit in Veneris Theoria, anno 1615 hyeme in Mercurio: nihil habent prae ♄. ♃. ♂. peculiare omnia efficio orbe magno Telluris et simplicj Eccentrico qualem habeo in Marte. Adorno nunc Epitomes Astronomiae Copernicanae editionem sed dum ad Lunam venio, plus invenio laborum quam unquam; cum tamen potissima a Tychone Braheo sint absoluta. Illa levia sunt, quod diametri luminum et umbrae apud ipsum non correspondent, major est cura aequationis temporis, et illius inaequalitatis quam variationem dixit. Nam quo plures ejus examino observationes, hoc minus Tychonica Variatio respondet observatis, adeo ut ad 12. 13. 14. 15 minuta dissideat. In his adhuc haereo. In caeteris sic se res habet, Luna est quasi duplex corpus, habetque duplicem theoriam physicam. Nam in quantum Luna est globus integer, habet sua filamenta magnetica quibus efficitur ejus motus eccentricus a Terra, aequatio hinc est copularum graduum 5°. latitudo graduum itidem 5°. In quantum verò Luna ex dimidio est illuminata, ut et Terra, nanciscitur virtutem aliam temporaneam, et impraegnatur illuminatio ab Apogaeo vel perigaeo, boreo vel austrino limite prius

122v dicto, ut et a motu ejus medio, sic ut crescentis | semicirculus apogaeitatem ei conciliet vel borealitatem, si apogaeum vel boreus limes est in crescente semicirculo; perigaeitatem vel Meridionalitatem, si perigaeum vel Meridionalis limes, et vicissim: Verbi causa, Luna lege simplicis copularum theoriae in Nodo versans, tamen est borealis, si boreus limes est in eodem cum illa semicirculo crescente vel decrescente. Et in apogaeo versans, tamen habet aequationem, si Apogaeum ejus est in eodem semicirculo. Itaque semper hujus secundae Theoriae Apogaeum et Nodus conjuncta sunt cum Sole vel ejus opposito, nec transeunt a Sole ad oppositum, sed extinguuntur in uno, per transitum primi apogaej in quadras, incenduntur in opposito, per accessum illius a quadris ad copulas. Haec exactissimè conciliantur cum tabulis Tychonis lunaribus sine solutione triangulj, per tabulam expeditam et facilem; reliqua quae sequuntur, adhuc in ipso etiam Tychone sunt incerta ut dixj. Nam in genere quidem haec est analogia, quod sicut primum Apogaeum pro tempore excitat et auget, aut minuit et extinguit apogaeum secundum; Boreus limes primus, borealitatem secundam seu Menstruam: sic etiam motus medius Lunae cum est in directum viae Telluris circa Solem, prorsum vel retrorsum, scilicet cum circulj illuminationum congruunt paralleliter et uterque globus alteri vel plenus apparet vel vacuus, foeneratur aliquid adjumentj quasi ex Sole aut ex illuminatione vel sui vel Telluris vel utriusque: cum verò est in transversum itineris Telluris, scilicet circa quadras, tunc motus Lunae medius sentit impedimentum: et haec est illa Tychonj dicta Variatio; quae tamen ut supra dictum, nondum satis scrupulosè cum observationibus est conciliata; Variatio quidem Tychonica exactè exprimitur per ista principia: et est haec cum prioribus analogia, quod etiam hic quamdiu Luna est in semicirculo (·non crescente, sed·) superiori in quo est oppositio, quia tunc pergit viam Telluris, facit etiam adjumentum hoc promovere Lunam secundum viam Telluris, cùm verò Luna per inferiorem semicirculum copularem transit, etsi tunc movetur viam Telluri contrariam, facit tamen etiam adjumentum hoc promovere viam Telluri contrariam.

Haec in praesens scribere voluj. Tu quo loco sint Chronologica tua scribe. Mitto mea, remitte illa, quando legeris, Straussius occasiones indicabit. Vale. 5 Maji 1616. Lincij.

Cl: D. T. Observantissimus

J. Kepler

123 Clarissimo Viro D. M. Michaelj Maestlin,
Matheseos in Academia Tubingensi Professorj, D. Praeceptorj meo colendissimo.
Tübingen

733. CASPAR ENS AN KEPLER IN LINZ

Köln, 8. Mai 1616

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 102. Eigenhändig

S. P. 102

Clarissime D. Kepplere, vetus amice. Dudum equidem mei memoriam, quam nondum tibi excidisse arbitror, renouare volui: sed aliud ex alio hactenus me impediuit. Nunc non illud modo facio, verum etiam beneficium à te petere audeo. Scripsi librum cui titulus, Vniuersi Orbis etc. Notitia. Ei excudendo priuilegium dari velim. Etiam atque etiam rogo, vt an impetrari tua opera possit, non maximis sumtibus, mihi quamprimum significes. Nihil de religione in illo. Omnia mere sunt Topographica, Historica, et Politica. Prensa è tuis fautoribus vnum et alterum: ac quod expiscatus fueris, quam primum ad me perscribe. Litteras Coloniam Agrippinam mittes, ad Nobilem virum Henricum à Bilderbeck, ibi notissimum. Is porro ad me curabit. Vbi responsum accepero, ac litteras meas non ingratas tibi intellexero, priuatim, si ita volueris, de rebus nostris et amice per litteras garriemus ac confabulabimus. Nunc Salue mihi atque Vale Kepplere ornatissime: et veterem amiculum καὶ συμμαθητὴν non sperne. Coloniae VIII. Maij M DC XVI.

Tui amantissimus

Gaspar Ens

Dem Ehrnveſt Hoch: vnnd wolgelehrten Herrn 102v
Johan Kepplern, Keyſerl. Mayeſtät beſteltem Mathematico, **meinem alten bekanten vnnd guten Freundt. Prag**

734. KEPLER AN DIE STÄNDE VON OBERÖSTERREICH

[Linz, 9. Mai 1616]

Linz, Landesarchiv, Landschaftliches Archiv, Akten: 1616 Mai 9: D XIII 3. Eigenhändig

Ehrwürdige Wolgeborne Herrn, Geſtrenge, Edle, 1
Gnädige vnd gepiettende Herren.

E. Gn. wiſſen ſich zweivels ohn noch wol zuerinneren, wasmaßen denſelben Ich bey neülicher der Löbl: Stände Zuſamenkunfft etliche Exemplaria **meines** Tractats, **ſo Ich im verſchinen Jahr von der Öſt: Landeich vnd Maaſſen in Druckh verfertiget, gehorſamlich** praesentirt, **deren vnderthänigen Hoffnung, es wurden die Löbl: Stände ob ſolcher meiner arbaitt, ſo Ich dem Land zum beſten mit groſſer**

mühe vnd aignem Vncoſten biß in 250 fl. erzeügt, ein gnädiges wolgefallen haben: vnd wurden alſo die drey viertl Jahr, ſo Ich darmit zugebracht, wol anglegt ſein: weil ſonderlich Ich diſe arbaitt auff etlicher der ſachen verſtendiger Herren auß dem Herrn vnd Ritterſtand guetachten vnder die Hende genommen, vnd das werckh demſelben gemäß conformirt habe.

Es iſt mir aber drauff mundtlich zur antwort vnd beſchaid worden, das die Löbl: Stände vil lieber ſehen, das Ich dergleichen arbaitt einſtellen, vnd die wüchtigere ſachen, darauff Ich fürnemlich beſtellet ſeye, als die Tabulas Rudolphinas vnd die Landmappam zu völligem werckh richten ſolte.[1]

Nu hatt diſe arbaitt mit der Meſſekunſt alberaitt zun Weihennächten Ire endſchafft erraicht, iſt auch ſonderlich vnder anderm dahin angeſehen geweſt, das Ich dem druckher mit einer materia popularj auffhelffe, vnd Ine hernach zu anderen meinen werckhen zur hand haben möge. Ich wäre auch mit jetzgemelter der Löbl: Stände vbriger gnädiger Anmahnung meins Thails gehorſamlich gern zufriden vnd deren zu geleben begürig; In maſſen Ich dan von der Zeitt hero mit hindanſetzung aller anderer studien vnd meiner aignen zu Praag vnd Preslaw anhangenden beſoldungs ſachen, nur allain diſe zway getriben, vnd darinnen Jederzeitt ſovil als mir müglich außgerichtet vnd praestirt.

Dieweil Ich aber Handgreifflich ſpüre das je eüfferiger Ich mir baide die Tabulas vnd die Mappam mit einander angelegen ſein laſſe, je ſchädlicher Ich mich ſelbs confundire, verwickele, vnd vmb die Edle Zeitt bringe, vnder deſſen khainem ſeine gepürende rechte geſchehen, derowegen vnd ſo Ich diſen ſommer vber das eine mit ernſt traiben vnd drinnen eine demonstration, ſo weitt es der Zeitt halben zubringen, thuen will, Ich das andere vnter deſſen notwendiglich beſeits ſetzen müeſſen werde.

Alſo khan Ich nit vnderlaſſen, E. Gn: die Wahl vnder baiden werckhen haim zu ſtellen, vnd zu befürderung deſſen ſo E. Gn: diſen ſommer vber am nutzlichſten vnd rathſamlichſten zu tractirn halten möchten, folgenden zwaifeltigen gehorſamen Bericht zu thuen.

Von den Tabulis Rudolphj.

Die Tabulae bedürffen Zeitt. E. Gn: werden ſelber wiſſen, oder von andern Mathematicis berichtet ſein, das in re literaria die Tabulae astronomicae ein wolbedächtliches Hauptwerckh ſein müeſſen vnd gar nit wie ein Comedj vber nacht anzuſtellen, oder wie ein poëma auff bloſſen einfällen beſtehe, oder wie ein Commentarius super Aristotelem auß dem Ermel zu ſchüttelen: ſondern man ſich vil Jahrlang zu beſinnen vnd mit Observationibus vnd calculationibus zu bemühen habe, will man die rechnung alſo verfaſſen, das ſie auff vil hundert ja tauſent Jahre hinder ſich vnd für ſich gelten ſolle. Copernicus hat 27 Jahr zugebracht ehe er ſein opus Revolutionum vnd Tabulas ans liecht gebracht. An den Tabulis Rudolphj hatt Tycho Brahe alberaitt 38 Jahr, nämlich biß in ſein gruben, vnd zwar jederzeit mit Hülff 10. 20. 30. studiosorum gearbaittet.

Was Tycho Brahe dran gemacht. Seine Verrichtung iſt diſe. Erſtlich hatt Er das werckh mit Observationibus (·wölche gleichſam vnſer Zeüg, ſtain vnd Holtz zum gepeu ſeind·) vberflüſſig verſehen, fürs ander die fixas stellas vber ain Tauſent außgerechnet vnd jedem ſtern ſeinen ort, weil Er denſelben jederzeit behelt, außgezaichnet. Drittens hatt Er an den Planeten, wölliche wegen Irer vilfaltigen verwirten bewegung das | maiſte Kopffbrechen verurſachen, auch angefangen, vnd bey Son vnd Mond vberhaupt das ſeinige gethan, vnd den bau an diſer ſeitt auffgeſchlagen.

Was mir vbergepliben zuverfertigen. Die vbrige fünff planeten, nit weniger an Son vnd Mond ſo vil vnd mehr dan Ich oder Er jemahls gemaint hetten, ſeind mir gepliben.

Was Ich zu Prag dran abſolvirt. An der Sonnen als dem Eckſtein vnd grundfeſte zu allen Planeten, vnd an dem Planeten Marte hab Ich 9 Jahr gearbaittet da Ich noch zimliche Hülff von tauglichen studiosis gehabt, biß Ich meine Commentaria de Marte ans liecht gebracht.

Das noch nit alles erforſchet. Der jenige glehrte Mathematicus, David Fabricius, der mich vor einem Jahr wegen meines langen Verzugs ſtarckh angezäpfft, vnd je vermaint, Er wolte mit ſeinen Tabulis fertig ſein, der zeücht ditz Jahr die ſchnauppen wider ein, vnd meldet, das ſich bey den Sonnenfünſternuſſen noch ein anderer merckhlicher defectus finde, der biß dahero noch vnerörtert gepliben, iſt gewißlich wol an den rechten knopff kommen. †

Vrſach meiner Verlengerung Mangel der gehülffen. Demnach aber mir die Kay. beſoldung nit allain was Kay: Rudolff hochl: ged: mir bey der Sleſiſchen Camer vnd Reichspfenningampt Augspurg anweiſen, die jetzregierende Kay: Mt. aber confirmiren laſſen, ſondern auch was höchſtermelte Kay: Mt. mir allhie im Mautampt järlich assignirt gantz vnd gar auſſenpleibt, alſo das man mir auch der ſchuldigkhaitt im Mautampt nit geſtändig, alſo vermag Ich warlich khainen tauglichen | Magistrum oder studiosum, der mir rechnen hülffe, nit zu vnterhalten, vnd ligt nit allain die speculation vnd invention ſondern auch die deduction vnd calculation der Observationum (·iſt vnſer ſtainmetzen· vnd Zimmerarbaitt·) ferners nit allain die concipirung des Text, ſondern auch die calculatio tabularum taediosissima et longissima, ja ſogar die abſchrifft, auch abreiſſung der figuren auffs Holtz, vnd entlich die vilfaltige correctur im druckhen, neben der letzten mir ſonſten ſehr angenemen correctur vnd verenderung des Texts, alles mir allein ob dem Hals.

Andere anligen. Zugeſchweigen die vilfaltige bekümmernuß wegen meines ſo gar verpleibenden ausſtands, dardurch meine Kinder vmb Ir Mütterliches gebracht werden, vnd zu deſſen compensation nichts Vätterlichs zugewarten haben: mit wölchen ſchwärmütigen gedanckhen vnd allerhand anſchlägen (·gar nit aber mit andern ſachen deren Ich vergeblich verdacht werde·) mir vil Zeitt hingehet: alſo das Ich entlich, weil je in meinem abweſen von hoff khain sollicitator ſich meiner annemen will, die Löbl: Stände notwendig vmb Hülff, vnd gleichſam vmb die Curatel

diſer Hoffſchuld vnderthänig flehentlich erſuchen werde müeſſen, weil ſonderlich ſie von Kay: Rudolffo zu befürderung der Tabularum Rudolphj gemaint vnd hergerührt.

Was Ich diſen ſommer zu praestirn getraue. Nichts deſto weniger vnd wan Ich nur allain diſen ſommer auß mit geſundem leib zu hauß zupleiben hette, wolte Ich in Hoffnung ſtehen, wegen der Tabularum | Rudolphj folgende doppelte demonſtration (·eine in speculatione, die andere in praxj·) zu thuen.

Erſtlich in speculatione hette Ich ein Epitomen astronomiae Copernicanae verfaſſet vnd beynahe zu end gebracht, alſo das ſollich werk durch den hieſigen Druckher, vnd durch Hanſen Krugers von Augspurg Verlag, in meiner gegenwart, gar wol ausgefertigt vnd gedruckt werden möchte. In diſem werckh werden die fundamenta Tabularum Rudolphj ercläret. Ein muſter des Druckhs hiebey ligend.

Fürs ander, in praxj, wär Ich nunmehr ſo weitt mit den Tabulis fertig, das Ich gar wol ein Ephemerida in annum 1617 drauß rechnen, auch zu contentirung etlicher Herrn vnd Landleütte ein Calendarium vnd Prognosticum, darauff ſie ſonderlich dringen, beyfüegen khönnte, zweivel aber, ob es alhie gedruckht werden möchte, ſonderlich die Ephemeris.

Bericht von der Landmappa.

Diſe 3 Jahr her, ſonderlich anno 1614 im herbſt hab Ich einen Verſuch gethan, vnd ſovil befunden, das zum allerforderiſten mir eine gemeſſene ſchrifftliche instruction, was bey verbeſſerung der mappa mein fürnemiſter Zweckh ſein ſolle, von nöthen ſein wölle.

Nu ſeind am Tag, Wolfgangj Lazij mappa totius Austriae, mit den Steiriſchen Kärntiſchen Saltzburgiſchen Bairiſchen, vnd Böhemiſchen confinen, Gerhardj Mercatoris Stiria vnd Episcopatus Salisburgensis mit den Ob der Enſeniſchen confinen, Petrj Apianj Bavaria auch mit den Ob der Enſeniſchen Confinen, Augustinj Hirsvogels Land | ob der Ens verfaſſet anno 1542, geſtochen zu Antdorff 1583. In diſen mappen finden ſich erſtlich vil felſchungen der namen. Darnach iſt Lazij Tabula zwar klain begreifft aber vil Örter, Mercator vnd Apianus haben nur etliche ſtuckhe, vom Land ob der Ens, Hirsvogel iſt zimlich weitläufftig aber vnproportionirlich.

Hie iſt nun mein frag, was dan mehrers zu praestirn ſein werde, dan die jetzermelte praestirt haben?

Weittlaufftiger vnd gröſſer, auch zum Thail proportionirlicher kan die mappa wol gemacht, vnd die Namen corrigirt werden auch zu haus, wan Ich ſchon nit raiſe, ſondern nur die botten vnd baurn oder jedes orts Innwohner alhie außfrage, dan alſo ſeind die maiſte mappen biß dato gemacht worden, hernacher khönte ein ſolliche corrigirte mappa einem berhümpten Kupfferſtecher zuegeſchickht, oder vilmehr einer allhero erfordert werden.

So aber der Löbl: ſtende mainung diſe were, das Ich aller orten ſelber den augenſchein einnemen, der mappen Ire aigentliche proportz geben, nichts vbergehen, ſonderlich die confinen, vnd was ſonſten für antiquiteten oder denckwürdiger ſachen

anzutreffen, wol anmerckhen ſolle, jn maſſen Apianus Bavariam verfaſſet, da gehört warlich Zeitt mühe vnd Vncoſten zue. Apianus hatt mit Bavaria acht Jahr zugebracht, bey 6000 fl. verzehrt, iſt gleichwol nit aller orten in der perſon geweſt.

Vnd hab Ich mich gmainglich an jedem ort, da es eine Kirch Meſner vnd Aigen hatt, einen Tag zuſaumen gehabt, biß | Ich die Kirch beſehen einen erfahrnen Inwohner bekommen, Ine vmb die glegenhaitt der vmbligenden Örter gnugſamlich außgefragt. Kainer hatt mir nichts vergebens gethan, ſondern ſolang antwort geben, als er zu trinckhen gehabt, oder ſonſten nit vnwillig oder betaubt worden iſt. 4v

Darneben hab Ich vberal, ſo wol in Märckhen vnd Dörffern, da Ich nachfrag gepflogen, als auch auff feldern vnd bergen da Ich mein abſehen gerichtet, oder den wäſſern nachgangen, vnd auff vngewonliche pfäde kommen, vil Zuredſtellungen vnd drauliche anſtöſſe von vnerfahrnen groben argwöniſchen baurn erleiden müeſſen, vnd würde ſich deſſen vnzweivel vil mehr auff den Gränitzen gefunden haben.

Hierauß leichtlich zuerſehen, das Ich ohne einen vertrauten botten oder dapfern Diener der ſchreibens Kundig, einen fuhrman zu meinem Bläſſl, vnd ohne beglaittung eines jeden Orts Amptmans, oder Jägers oder gutten bekanten baurns, nichts fruchtbarlichs werde verrichten khönden, darauff E. Gn: den vberſchlag des Vncoſtens oder liferung (·die mir in meiner bſtallung zuegeſagt iſt·) auch waß ſie ſonſten für notwendig anſihet, leichtlich zumachen haben.

Wan dan bey einer ſollichen weitläuffigkhaitt vnter eins gar leichtlich etwas mehrers dan die bloſſe mappa, zu verrichten ſein möchte, als da ſeind die ſtrittigkhaitten der gränitzen zwiſchen den benachbarten ländern, deren auch H. Strutz ſeliger vor 15 Jahren mir meldung gethan, jtem außthailung des landes nach den Vörſten, Pfar'ren vnd Landgerichten, beſichtigung der päſſe zu defendirung des Landes vnd was dergleichen: wölliches alles einer vnd der ander auß den H. Ständen oder Nachpaurn, das es hierunter geſucht werde, vermuthen, vnd eintweder ſeins Thails gern befürdert vnd vleiſſig verrichtet ſähe, oder aber auch verhintern möchte: Alß hab ſolliches alles E. Gn: Ich, doch ohne maaßgebung, gehorſamlich zu gemüth führen, vnd weſſen ſie ſich hierüber wegen der liferung vnd Patents, auch fortſetzung oder Verſchiebung diß werckhs, vnd alſo ſchließlich wegen der wahl vnder baiden meinen werckhen, wölliches diſen ſommer fürzunemen, gnädig resolvirn werden, jn gehorſam erwarten ſollen. E. Gn: mich geh: empfehlend. 5

E. Gn:

vnderthäniger vnd gehorſamer Mathematicus
Johan Keppler

An einer Löbl: Landt: des Ertzhörtzogthumbs Öſterreich ob der Ens Herrn, H. Verordnete. 5v
Johan Keplers Mathematicj gehorſames anpringen.
praesent. 9. Maij 1616.

170 *Bescheid der Verordneten:* Dem Supplicanten wirdt hiemit anbeuolhen, er ſoll alles, was er bisher gearbeitet, zuſamenrichten vnd denen herrn Verornden vbergeben, damit ſie ſolches den löb: Stenden vmb derſelben Reſolution, was er künfftig weiter fürnemen ſoll, fürbringen können. Den 20. Maij 1616.

735. ERASMUS VON STARHEMBERG AN KEPLER IN LINZ

o. O. 16. Mai 1616

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 53–54. Eigenhändig

53 S.

Quod praeter mentem meam et expectationem tuam serius respondeam ad binas tuas, id occupationibus solennium baptismatifiliae recens natae peragendis tribuas. Ad D. Aulberum quod attinet, noui sanè uiri egregias dotes, et satis dignum eum iudico, cuius curae et prudentiae nobiles adolescentes commitantur. Memini non ita pridem dum iudicia publica, uulgo Landtsſtrechten appellantur, haberentur Lyncij, me cum Barone Tschernemelio Georgio Erasmo sermones habuisse, et dum Aulberi mentio fieret, Tschernemelium illius conuersationem et familiaritatem flagitasse, proculdubio filio, de fideli et satis idoneo morum et uitae gubernatore sollicito. Discesserat autem Aulberus, ita ut spe frustratus, ad aliud tempus reiecta sit deliberatio. Quid autem nunc mentis sit Tschernemelius, ignoro. De patruelibus et ex fratre Nepotibus charissimis, quorum aduentus propediem expectatur, certi nihil statuere possum, donec coram se sistant, et quid de studijs et peregrinationibus ulterioribus peragendum, consilium ex re, loco et tempore capiemus. Excusatum igitur me habebis, quod nihil certi polliceri nunc audeam, et Aulberum meo nomine salutabis, quem alias ut uirum doctum et politicum amo satisque dignum iudico, ad eiusmodi functionem. Vale mi Keplere, et reditum faelicem et faustum ex animo precor, neque de meo erga te animo dubites. Dabantur raptim 16 Maij 1616.

† Hunc librum ut quam proxima occasione mihi procures rogo, gratum feceris.

Tui amans
Erasmus Baro Starhembergius

54v Dem Edlen vnd hochgelerten Herrn Johanni Keplero Röm. Kay. Maieſtät vnd einer Löb. Landtſchaft ob der Ennß beſtelten Mathematico. Meinem ſonders lieben Freundt zuhanden. Lintz

7) apelantur

736. KEPLER AN PETER CRÜGER IN DANZIG

Linz, 17. Juni 1616

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 77. Eigenhändig

S. P. D. 77

Binas abs te clarissime Vir accepj literas eodem die diversis temporibus scriptas, alteras Nonis Septembribus annj 1615, reliquas Pr: Cal: Apriles: annj 1616. Additae fuerunt quinque Epistolae ad Straussium, qui ex constituto a nobis abijt Tubingam versum. Ei mittam illas. Differentia Meridianorum meo judicio tutissimè elicitur ex Tabula magna Germaniae Mercatoris, quae Borussiam et Daniam et Galliae confinia includit. Nec tantus esse potest error, quantus in observationibus Lunae, in quibus facile 5 minutis, quae faciunt 10 Temporis, aberramus: ut taceam rarissimè fierj, ut duo simul observent. Neque tutum est conferre observationem Dantiscanam cum calculo Huennensj. Nam ut caeteras calculj partes taceam, temporis aequatio adhuc miram habet inaequalitatem de qua vix suspiceris. Et illa Tychonj dicta variatio ab observatis rursum prorsumque usque ad 6 et 10 minuta dissentit.

Scribis de observationibus ☽ in nonagesimo, ac si nescirem te eas pro longitudine eligere. Imò scio, et miror si feci latitudinis mentionem, nisi factum sit ob compendium meum parallaxeon, quod est evidentissimum in latitudine. Si de hoc scripsj, factum id est, non propter ipsam latitudinem, sed propter longitudinem. Sed non meminj meorum verborum. Parallaxeon negocium nolim pro incerto habeas. Ecce ex una Eclipsj ☽ anno 1605 quae fuit observata Londinj, Antwerpiae, Ostelae in Ostfrisia et Pragae, mediantibus parallaxibus ego talem invenj trium priorum observationum consensum ut ex ijs meam quartam Pragensem erroris arguerim. Potuit enim mihi ab hortulano situs instrumentj perturbarj per meam absentiam.

Proponis modum distantias locorum observandj per Sciaterica et Automata, putabam praesupponj cognitam distantiam itinerariam: tunc esset modus Appianj in Cosmographia: sed colligo me, video non requirj notitiam itinerariae distantiae. Bonus est, sed requirit praxin exquisitissimam et fidem eorum qui horologia custodiunt. Imò sit unicum horologium, idque transportetur, lineae verò meridianae utrinque designentur, ad quas applicarj possit allatum horologium. Sola dubitatio restat, plusne possit errare automaton inaequabilis tensionis, motusque cum aere variabilis, an aestimatio distantiae itinerariae. Nam

5) Eo

si huic fidimus, facile per diversas poli altitudines elicimus differentiam[1]
77v Meridianorum. Quid verbis opus est super talj Sciaterico, cum in eo insint omnia quae ex altitudinibus et azimuthis cum labore solemus computare? Mihi aequinoctiale placeret, si transportatile esse debet: Nam per lineam declinationum Solis, facile erigitur ad justam polj
40 altitudinem. De radijs Solis, difficultas est parva; Si per foramen immittitur Solis radius, quantum occupat una radiosa Ellipsis vel circulus, tantj spacij motus efficit duo circiter minuta temporis; hinc facile est a margine radij orientalj vel occidentalj ratiocinarj ad centrum Ellipseos vel circulj radiosj.

Objicis aliquid de Lunae facie. Jam tetigi hanc objectionem in com-
† mentarijs Martis. Vera objicis si ad unguem facie esset eadem. At quid si diversis temporibus diversimodè a circulo visionis secetur Luna circa partes Boreales et australes, quod observatu difficile sit? Tum autem
† globus in globo esse potest, quam suspicionem etiam attigj in Com-
50 mentarijs. Haec tamen objectio jugulum petit Epicyclorum. Nam simul etiam libratio tua evertitur diversa magnitudine apparentis diametrj.

Scripsistj Nonis Septembribus, testarj affinem meum suis literis, quam is tibi cura fuerit. Nullas tamen inclusistj, nec ullas accepj. Gratias tamen ago, et pensare cupio, ipsumque saluto. Nam quantum ex secundis tuis literis perspicio, tu compater ipsius es meo beneficio factus; itaque te crebrò adibit.

Quod alteris literis significas, nullam spem esse distractionis exemplarium, id nihil habet incommodj, jam totius negocij eram oblitus. Scripsj pro Austria: jamque solverunt et solvent aliquid amplius.

60 Affinis, ut video cunctator est: literas valde optat uxor mea, frater alter aliquid pecuniolae debitae, si pellicea mittet eo nomine, ego permutabo nummis. Mea causa non opus est ut laboret, seque affligat.

De Tabulis Rudolphj: quaerit aquas in aquis et poma fugacia captat
† Tantalus: hoc illj garrula lingua dedit. Promisi non ut statim ederem. Jam promissas omnes exigunt, quidam etiam imperiosè, dum igitur propero, me implico. Solus sum, calculus longè me vexat aegrius quam speculationes. Spero tamen sequentis annj Ephemerida, et typum Astronomiae totius in sequenti Epitome Astronomiae Copernicanae. Vale. Properat Tabellarius. Dabam Lincij 17 Junij anno 1616.

70 H. T. Officiosissimus

J. Kepler

Salutamus ego et uxor fratrem et affinem nostrum, teque.

737. ERASMUS VON STARHEMBERG AN KEPLER IN LINZ

Eferding, 14. Juli 1616

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 55. Eigenhändig

Edler vnnd hochgelerter jnnſonders lieber herr Kepler. Mit erbiettung meiner willigen dienſten. Nachdeme ir mier vor diſem wögen Doctoris Aulberi halben, das ſich derſelbe bei verſchikung meiner jungen vöttern gbrauchen ließe zuegeſchriben, alſo habe ich die erklärung auf der vöttern in das landt ankonfft verſchoben. Weilen ich dan gern aigentlich vergwiſt wär, ob gedachter Aulberus ſich nachmalen auf ein rais in Italiam gbrauchen ließe, ſo wellet mich ſeinmeinung erindern auch jhn dahin vermögen, ob er ſich ſelber einer rais zu mier herauf verwäget, damit ich mich mit jhme ſelber perſonlich vnterröden möchte. Ich habe ihn durch Johannem Philemon meiner jungen vöttern hofmeiſtern anröden laßen, aber noch biß dato kein antwortt, dahero ich diſen aignen botten abfertigen wellen, vnd bei demſelben einer antwortt erwartten will. Neben einem grüeß Götlichen gnaden beuolhen. Eferding den 14 Julij 1616.

E. von Starhemberg

Dem Edlen vnd Hochgelerten Johanni Kepplero,
Röm: Kay: Maieſtät vnnd einer Löbl. Landtſchafft ob der Ennß Beſtelten Mathematico, meinem lieben vnnd gueten Freundt.
In Abweſen Doctor Aulbero zuezuſtellen. Im Schmidtaueriſchen Hauß zuerfragen.

738. FLORIAN CRUSIUS AN KEPLER IN LINZ

Straßburg, 29. Juli 1616 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 320. Eigenhändig

S. P.

Antiquum pol obtines, vir clarissime et mihi charissime, summa enim semper es et alacritate et in me benevolentiâ, quod tibi mihique ut perpetuum sit opto: gratias ago maximas pro missis literis, sed nimis eae serò ad me Regiomonte venerunt, priores enim earum scriptae sunt XXI. Novemb. Anno 1615, alterae 27 Februarij Anno 1616. Scribit Dominus D. Papius se mihi mittere decem exemplaria disputationis suae de epilepsia, ego autem ne unum video; nescio quid dicam, putemne

eas in itinere interijsse, an verò apud te esse, de quibus tamen nihil ad me scripsisti. Petit etiam D. Papius ut literas quas ad D. Baronem à Saurau scripsit in Styriam déferendas curem, sed nec eas accepi, si apud te sunt, quaeso fac ut Graezium unâ cum his meis, quas ad te mitto, deveniant. Salutaris peramanter à Domino Doct. Papio ut et D. Megiserus. Vos aestu nos aestu et pluvijs, nonnunquam et frigore vexamur. Ego ut à vobis abij primum Ratisbonam dein Ingolstadium veni, inde ad latus exspatiatus Monachium, hinc Augustam, unde Ulmam me contuli: postea Tubingam veni, ubi propter caritatem annonae et quod nullam conditionem manendi commodam nancisci poteram Argentoratum discessi quo 7 Junij st. vet. perveni: hic jam vivo non certè ut sperabam, sed ut putabam me Tubingae victurum si mansissem, et ut solent illi vivere qui in locis ubi annonae caritas viget parum pecuniae habent: nihilominus tamen, ut mones, strenuè caeptum studium urgebo, nec ante desistam, quam scopum quem intento assecutus fuero: nec ad id semestris absentia sufficiet, sed tamen dabo operam ut istud quam citissimè fiat, non enim nisi benè in rebus medicis versatus desistam. Gaudeo viduas et virgines bonas et plurimas apud vos venales esse, unam tamen pro me emas velim, pluribus enim non indigeo, et prius de domuncula vel cancellis prospiciatur, ubi eam includere possim cum venero. At hinc, nisi fallor, vides jam te nimis magnum vatem fuisse, qui dixisti futurum ut aliquando ursus ille Samogeticus ita mansuescat, ut serico filo se in Austria alligari patiatur: sed tamen adhuc ταῦτα † θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. Tuae benevolentiae, patrone summe, erit consilio et auxilio mihi succurrere. Mitto tibi exemplar scripti, in quo D. Doctoris Papij Theoria lapidis philosophici refutatur, et lapis ille aurificus defenditur: i jam dic chymistas non posse metalla in aurum mutare: judicium tuum libenter de eo audire vellem, scribe quaeso data occasione. Interea fundamenta meae salutis jacta apud vos, tu tua bonitate robora et confirma. D. Doctor Lansius Tubingae et M. Berneggerus ut et D. Doctor Agerius et Salzmannus mihi benè cupiunt: statum tamen meum mutare non possunt, sed in eo perdurare cogor quoad Deus voluerit. Vale vir excellentissime et patrone summe meque tui amantissimum apud te aliquid esse sine. Saluta meo nomine D. Doct. Springerum, familiam tuam, Herbersteinios et praeceptorem ipsorum. D. Megisero etiam meo nomine omnia bona precare, quem etiam Dominus Casparus Corus salutat. Salutat te Gotthardus Carl à Mulbach meus hoc tempore nutritius. Dabam Argentinae 29 Julij st. vet. Anno M DC XVI.

T. Excellentiae observantissimus

Florianus Crusius

Clarissimo et Excellentissimo viro D. Johannj Kepplero S. Caes. Majest. Ordinumque Archiducatus Austriae superioris Mathematico insignj, patrono, fautori et amico meo longe maximo. Lintz 50 320v

739. JOHANNES PAPIUS AN KEPLER IN LINZ

Neudamm, 31. Juli 1616 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 121–122. Eigenhändig

S. P. 121

Cum hesterno die hîc Neodomj (nam dum illustrissimus meus princeps in canicularibus operam venationi dat, in eius comitatu me esse oportet) tuas acciperem, clarissime vir, amice colende, prae gaudio propemodum exiluj: propter constantiam amicj summi in me amando: utinam vero ego tibi tantum jucunditatis reponere possem? unà tecum mihi permolestum est, diuinum tuum ingenium non in speculationibus grauissimis, quae caeterorum fere hominum omnium ingenia excedunt, esse occupatum: sed distinerj calculationibus, quae industrio, atque in tuis istis studijs mediocriter exercitato homini potius committendae essent. Chorographia, quam illustres proceres postulant, etiam plus molestiarum habet in peregrinando et delineando: sicut ante multos annos perspexi et cognoui ex beato Apiano, cum is Bauariam ederet: quae ab omnibus geographicis, quotquot ego hac de re audiui judicare, mirificè collaudata fuit. faxit Deus, ut ejus ἀκρίβειαν superes. Gratiam tibi habeo quod aperuisti viam, qua paradoxa tua physica possim accedere: quos nominasti libros partim habeo, partim in bibliotheca nostra publica habere possum. In physicis me a te atque Tychone plurimum fuisse adjutum agnosco: praesertim meteorologica quod attinet. Si te audiendj per octiduum duntaxat, copia mihi daretur, bone Deus, quam id mihi gratum, commodumque foret in maximis difficultatibus: è quibus nescio, an unquam sine tua ope possim emergere. fortassis ex meo Floriano quoque intellexisti: quantopere mihi plurima sordeant in physicis, quibus onerantur et falluntur egregia ingenia in academijs. Pro filio habui Florianum, qui triennij spacio domi meae id est consequutus: quod fortassis in omni vita sua, absque institutione mea, non cognouisset. Improbo quidem eius consilium: quod non aliquid dedit tempori et non diutius commoratus fuit Linzij: sed nosti, magna ingenia ad magna nescio quo impetu ferri: nobis quidem judicibus minus

sapienti: quem tamen interdum improuisus comitatur euentus optatissimus.

Deus cumprimis tibi ad epitomen tuam Copernicanam et Tychonicam, ocium, vires corporis atque animi largiatur: et ad perfectam Opticam atque Catoptricam.[1]

121v Lectu jucundissima mihi fuerunt, quae ex noua reformata tua physica addidisti, praesertim de usu partium. fel et lienem non esse emunctoria, sed officinas necessariorum humorum fellis et sanguinis arterialis ante annos decem in publica disputatione docui. Platterus eiusdem propemodum est sententiae, et eruditissimus medicus Dantiscanus Olhauius.

Theses de Epilepsia misi Floriano: Linzij et Domino Serauio distribuendas. Illae si ad vos perlatae fuerint: fasciculum quaeso aperj: theses distribue pro arbitratu tuo, uno exemplari misso ad Florianum. Vale in Christo cum tuis optime, clarissime vir, domine, et amice colende. Neodomi in arce, 31 Julij, anno Christi M DC XVI.

Tui studiosissimus

Joannes Papius D.

122v Nobili, et Clarissimo Viro, Domino Joanni Keplero, S. Caesareae maiestatis, et ordinum superioris atque inferioris Austriae mathematico celeberrimo, domino et amico meo colendo. Lintz in Oberöſterreich

740. KEPLER AN MICHAEL MÄSTLIN IN TÜBINGEN

Linz, 5. September 1616

Stuttgart, Landesbibliothek, Cod. Math. fol. 14a, Bl. 124. Eigenhändig

124 Clarissime Vir, Praeceptor colende.

Straussium ad vos pervenisse gaudeo: qui quia aberat Tubinga, quo tempore tabellarius iste apud vos transijt nondum igitur certior sum factus, an tibj redditae sint meae schedae Chronographicae. Reddes igitur vel nunc me securum, et si placet, remittes. Sin autem Straussius noster laborem non fugit, et si ad manus diutius illas retinere cupis, copiam illi facio describendi pro te unum exemplum. Adorno Epitomen Astronomiae copernicanae, plurimum negocij mihi exhibuit Luna, cujus omnes varietates ad causas physicas traduxj: ut igitur certus essem de consensu cum Tychone in effectu, scribenda fuit Ephemeris, sed illa, Hercules, sine sufficientibus tabulis, sine deductione seu expansione.

O duram provinciam. Absolvj Lunam, restant quinque planetae. Martis quidem motus intra 8 horas, si annitar, possum conficere, ♄ et ♃ parvum Eccentricj arcum uno anno conficiunt, in ♀ et ☿ potissimus erit labor, nondum enim sunt absolutae tabulae, agendum per triangula. Et in motu commutationis ♀ etiamnum super aliquot scrupulis dubito. Rogo majorem in modum certiorem me facias, si Tubingae reperiatur aliquis calculj peritus, qui ad me concedere velit per aliquod tempus vel pro communicatione artis, vel pro stipendio.

Tabellarium ad D. D. Besoldum et Straussium ablega, et quia tardè revertitur Tabellarius Tubingam, rogo apud D. Besoldum instes, ut literas tuas cum suis (·in causa forensi·) per celeres ad me, vel qua via brevissima potest, transmittat.

Nescio etiam an Tampachius Francofurti annj exitu impressurus sit Ephemerida: quaero ex te, si in eum eventum vester Typographus operam collocare et sumptus facere velit. Vale cum tuis Deo commendatus. Lincij 5 Sept. 1616.

Ex: T. Off:

J. Kepler

Clarissimo Viro D. M. Michaelj Maestlin,
Matheseos in Academia Tubingensj professorj: D: praeceptorj meo colendo.
Tübingen

741. PETER CRÜGER AN KEPLER IN LINZ

Danzig, 29. August 1616 (a. St.)

Original unbekannt. Erster Druck: M. G. Hansch, Joannis Keppleri aliorumque Epistolae mutuae, 1718, S. 446f.

S. P.

Etsi, clarissime Domine Keplere, cum tabellarius tuus mihi literas redderet, satis vegeta uterer valetudine, tamen dum ille hinc in ulteriorem Borussiam pergeret, statim ardenti febri adeo sum correptus, ut ad hodiernam diem non sat commoda valetudine aut etiam sat certa gaudere possim. Cumque jamjam eluctatum me spero, morbus novam afflictionem adfert. Atque ita Sisyphi saxum adhuc volvo. Adeoque rebus Mathematicis epistola tua contentis respondendo nunc longe sum impar. Et spero veniam, si ea omnia in occasionem aliam reservavero. Certe sic morbus pervaserat cerebrum, ut nuper, nescio quid, supputare conatus dubitare coeperim an quater sex essent 24. Nunc ab eo tempore omnibus meditationibus Mathematicis abstineo ad sanitatem plenariam.

Straussium Tubingam abiisse scribis. At rediturus est, nec ne, Lincium? Ad tabulas et Astronomiae typum sequenti anno publicandum Deus Optimus Maximus tibi vegetas vires et Spiritum suum largiatur.

Tabellarius hic noster Regiomonti magnis excidit ausis, siquidem D. Schwartzii filium non tenuit. Sane ego jam ante annum audivi, istum Schwartzium juniorem esse caput heteroclitum. Ego hominem non vidi, non novi, nisi ex fama. Tabellarius à me petiit, ut schedas hasce testificatorias huic meo epistolio includerem, quod ipsi denegare nolui. Ipse quidem pecuniam maluisset, sed tamen et hasce schedas pecuniae obsides bene custodire satagit. Uxoris tuae literas ipse tabellarius ad fratrem detulit (ita ego volebam, ut frater de statu sororis ex ipsomet ad satietatem rescire posset) an responsurus sit, nescio: jam enim ipsi de literis ad vos dandis non fido. Brevitati literarum mearum ob causam supra dictam velim ignoscas. Dantisci die XXIX Augusti Anno 1616.

742. JOB HARTMANN VON ENENKEL AN KEPLER IN LINZ

Wien, 22. September 1616

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 103. Eigenhändig

103 S. D.

Rectè neque ingratum fecisti, Clarissime mi Keplere, quod literis tuis me compellare uoluisti: hac nempe ratione comparauisti tibi amicum, qui rescribet, et Typographo tuo patronum, qui de laboribus illi prospiciet. Ceterùm D. Hafner Secretarius noster mihi retulit, petitionem tuam Statibus nostris equidem oblatam, sed quod modestior illa fuisset, neque aliquid abs te flagitatum, nihil nunc tibi decerni potuisse. Petenti namque dabitur. Quando uerò hujus autumni Iustitio ad uos ascendero, aliam uiam tibi monstrabo, quâ nostrorum beneuolentiam demereri possis. Intereà de mea uoluntate certus, si qua te iuuare possim, neutiquam tibi defuturum. Pro libellis, quos typographus mihi tuo nomine reddidit, gratias habeo, maiores relaturus postmodum ut illos perlegero. Hactenus non est ocium, sed erit, cum reuertar. Tu modò uale et salue.

Dabam Viennae anno M DC XVI. postrid. D. Matthaei Apostoli.

Tui amans

Jobus Hartmannus
Liber Baro Enenkelius

103v Dem Edlen Hochgelerten herrn Johann Keplero Philosophiae Doctori, Kaiſerlichen vnnd Öſterreichiſchen Mathematico, meinem Lieben Freundt. Lintz

743. JOHANN HARTMANN BEYER AN KEPLER IN LINZ

Frankfurt, 19./29. September 1616

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 280. Eigenhändig

Clarissime Domine Kepplere: Stereometriam tuam doliorum, et 280
Supplementum Archimedeae Stereometriae, inspexi, quantum per medica negotia, mercatu praesertim nostro, licuit. Si posthac otium dabitur, erit quo me oblectem. Afficior enim studiis mathematicis: et doleo, aliis me obrutum negotiis, imò alienis miseriis quasi confectum, nobilissimis istis disciplinis parum vacare posse. In germanico exemplo pag. 20. non satis intelligo, qua ratione in cono rectangulo, haemi- †
sphaerio inscripto, radix duplicatae baseos superficiem conicam aperiat. Esto enim baseos coni diameter 20: area baseos erit $314\overset{\text{I}}{.}1\overset{\text{II}}{.}5\overset{\text{III}}{.}9\overset{\text{IV}}{.}2\overset{\text{V}}{.}6\overset{\text{VI}}{.}5+$: altitudo coni, 10: radius baseos, 10: latus acclive, $14\overset{\text{I}}{.}1\overset{\text{II}}{.}4\overset{\text{III}}{.}2+$. Areâ cum latere multiplicatâ, prodeunt $4442\overset{\text{I}}{.}8\overset{\text{II}}{.}4\overset{\text{III}}{.}0\overset{\text{IV}}{.}3\overset{\text{V}}{.}2\overset{\text{VI}}{.}5+$: quae semidiametro baseos, nim. 10, divisa, exhibent superficiem convexam dati coni, $444\overset{\text{I}}{.}2\overset{\text{II}}{.}8\overset{\text{III}}{.}4\overset{\text{IV}}{.}0\overset{\text{V}}{.}3+$. At duplicata basis, $628\overset{\text{I}}{.}3\overset{\text{II}}{.}1\overset{\text{III}}{.}8\overset{\text{IV}}{.}5\overset{\text{V}}{.}3+$, radicem quadratam habet $25\overset{\text{I}}{.}0\overset{\text{II}}{.}6\overset{\text{III}}{.}6\overset{\text{IV}}{.}2+$ quae, quomodo superficiem coni monstret, non video. Sed haec in mediis circa aegrotantes occupationibus. Per otium accuratiùs libellum evolvam: et, si quid dubii occurrerit, suo tempore perscribam. Vale, Vir Clarissime: et Ephemeridas tuas, Brahaeis canonibus accommodatas, deinceps studiosis exhibe. Francofurti ad Moenum: $\frac{19}{29}$ Sept. 1616.

Dominationem Tuam officiosè colens
Johannes Hartmannus Beyer D.

744. MICHAEL MÄSTLIN AN KEPLER IN LINZ

Tübingen, 21. September 1616 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 42–43. Eigenhändig
Stuttgart, Landesbibliothek, Cod. Math. fol. 14a, Bl. 129. Eigenhändig

S. in Christo. Doctissime et clarissime Vir, Domine et amice pie 43
colende. Literas tuas sub dato 5. Sept. (·procul dubio Stilo Nouo·) ego heri accepi. Ad eas autem partim propter festinum Tabellarii abitum, partim propter alias non paucas occupationes, et quia Tabellarius inexpectato tempore aduenit, nunc plenè respondere non possum. Dabo autem operam, vt interea, donec vel hic vel alius adueniat (·quod in

causa, quae forensis, vt intelligo, agitur, haud dubiè non admodum post longum temporis interuallum fiet·) is paratas literas inueniat.

Problematis primam quaestionem facilè solui posse, scheda interposita indicabit. Quae ei occasionem dederunt, ego profectò non satis assequi possum, ideo etiamsi de ea quaedam non incommodè addere potuissem; quia tamen de principali scopo dubito, malui ea non addere, donec plenius informatus fuero.

Chronologica tua accepi, et auidus cum voluptate legi. Sunt tamen in eis nonnulla de quibus monere te volui. Ea verò à me quidem in schedas coniecta sunt maiori parte, nondum autem descripta, nec iam hac temporis angustia describi potuerunt. Sed proxima data occasione omnia simul mittam. Spero autem illas admonitiones, tibi, cuius animi et mentis integritatem perspectam habeo, alioqui meae censurae, licet ea tenuis sit, eam non submisisses, ingratas non fore.

Epitomen Astronomiae Copernicanae te adornare mihi placet. Verum cautè agendum puto, praesertim propter eos, qui pro hypothesibus vsitatis defendendis nimium laborant. Sed eis haud difficile occurri potest. De Luna quod scribis, te omnes eius varietates ad causas Physicas traduxisse: hoc non planè intelligo. Existimo autem hîc à causis physicis abstinendum esse, et Astronomica astronomicè, per causas et hypotheses astronomicas, non physicas esse tractanda. Calculus enim fundamenta Astronomica ex Geometria et Arithmetica, suis videlicet alis, postulat, non coniecturas physicas, quae lectorem magis perturbant, quam informant. Sed non dubito, quin pro tua prudentia etiam huic dubietati occurrere valeas.

Studiosum quendam, qui tibi adesse possit in opere calculi, quaeris. Vtinam tibi satisfieri per nostros posset. Verum Extraneorum (·hoc est extra Illustre Stipendium·) pauci sunt, et num aliquis eorum in calculo promptus sit, nescio. Qui in illustri stipendio degunt, plaerique huic studio, non nisi coacti operam dant. **Die begeren nur promouiert zu werden,** vt conditiones assequantur etc.

Dominus Straus apud nos nuper die 14. mensis superioris, gradum Magisterij cum laude consecutus est. Tertius erat in ordine inter 13. Candidatos. Meritus quidem fuisset alterutrum ex prioribus locis, sed parcendum ipsi fuit, partim propter maiores sumptus (·quos duo primi, vt nosti, exponere debent·) partim propter plures alios labores, qui ijsdem duobus primis, tanquam reliquorum quasi ministris, in inuitandis hospitibus, in colligendis et exponendis sumptibus communibus, et obseruandis alijs ceremonijs etc. incumbunt, quae omnia ipsi tanquam peregrino, et qui nuperrimè aduenit, ignota fuissent. Sed illud compensatum fuit in loco Tertio, qui habetur alioqui, locus Eruditionis.

Eclipsin proximam ☽ spero te quoque obseruasse. Coelum apud nos fuit purissimum. Quomodo eam obseruauerim scheda haec indicabit. Calculum omnem adiungere non potui, haud grauatim eundem, si velis, mittam proximè. Tu tuam obseruationem, obsecro, mihi quoque communicare digneris.

Postremò hoc indicandum etiam puto. D. D. Röslinus nuper obijt. Non ergo in chronologicis odiosè amplius facesset negocium. Vtinam in vera religione animam suam Christo commendauerit. Singularis enim in religione semper fuit, nulli propemodum certae addictus. Quid in extremis egerit, nescio. **Gott wölle in erleüchtet haben.** Amen. His Te tuosque et nos omnes commendo. Vale optimè et feliciter. Tubingae festino calamo die S. Matthaei. 21. Sept. St. Vet. Anno 1616.

T. T.

M. Michael Maestlin

Clarissimo Viro, D. Johanni Keplero, Caesareae Maiestatis Mathematico excellentissimo et celeberrimo etc. Domino et amico suo honorando. **Lintz in Oeſterreich**

Bemerkung Keplers zu Z. 26. Astronomica hypothesis est, quicquid se praebet ad computanda loca planetarum.

Zu Z. 29. Est mera fallacia aequivocationis in vocabulo Physica. Duabus ego de causis appello Hypotheses meas physicas. Prima est haec, quod quidam asserunt, Omnes omnino Hypotheses Astronomorum esse merè fictitias, nec enim ullos esse in coelo Eccentricos aut Epicyclos; quos posuit Ptolemaeus; nec Terram moverj, quod posuit Copernicus: sed accidere mira quadam ratione, ut talibus suppositis licet falsis, Astronomj vera inde computent loca planetarum. Ego verò affirmo, omnes astronomos aliquid verj ponere, unum plus alio, et quo plura ponantur vera, quae Natura coelj pro suis agnoscit, hoc rectius procedere calculum. Itaque studeo talia solum ponere, quae ipse non dubitem esse vera realia et sic physica, intellige de Natura non Elementorum, sed Coelj. Et cum repudio Eccentricos perfectos, et Epicyclos; ideo repudio, quia sunt merae positiones Geometricae, quorum simile aliquod corpus in coelo non est.

Altera causa, cur physicas dicam hypotheses meas, est haec. Astronomi statuunt, motus Orbium coelestium (·qui nulli sunt·) esse aequabiles simpliciter; et haec ipsa quoque suppositio est ipsorum opinione physica, pertinens vel maxime ad Naturam coelj, ut illi contendunt. Nec interim perpendunt, se ipsos etiam orbes nonnullos diversis principijs in unum compositis, movere inaequaliter.

Cum ergo inaequabilis motus ex coelo non penitus auferatur per suppositionem Orbium; et cum sine Orbium suppositione possit tradi astronomia, computarique motus planetarum, si motum illorum aeque admittamus inaequalem, regulari tamen circuitu; ego probo hanc inaequalitatem motus esse consentaneam Naturae globorum et sic physicam; probo insuper, exempla nobis in natura sublunarj inque motibus mechanicis suppetere hujus inaequalitatis regularis, motuum coelestium, et sic rursum physicam esse hanc inaequalitatem regularem.

Hinc facile respondeo Maestlino. Jubet a causis physicis abstinere. Scio quod non velit prohibere, ne ea quae supponimus, argumentis astruamus, hoc enim fit in omnibus libellis astronomicis: nec vult ut nihil verj ponamus, nihil consentaneum Naturae coelj, argueret enim Ptolemaeum et seipsum: Sed metuit, ne perturbem lectorem conjecturis physicis, nec informem ad calculum. Ideo jubet astronomica tractare astronomicè. Id facio, doceo enim computare ex hypothesibus motus.

Beilage I: Propositi Problematis verba haec erant: Segmentum circuli ABC esto, cuius Sagittae BD proportio ad sinum DC sit ea, quae 1. ad 50. Jam ex puncto D exeat recta, faciens cum DC angulum EDC 20°. quaeritur longitudo lineae DE, seu proportio eius ad BD, DC?



Hoc problema sic soluendum censeo. Sit segmenti ABC centrum F, et ducantur FDB, FC, FE, item BC. Qualium ergo BD est 1. talium DC datur 50. sed qualium BD est 100000. talium DC fiet † 500000. igitur in Triangulo DBC rectilineo, dabitur ex canone faecundo angulus DBC 78°. 41′. 24″. et DCB 11°. 18′. 36″. ad circumferentiam. Quapropter AB, eique aequalis BC est 22°. 37′. 12″. Hinc qualium FB vel FC est 100000, talium DC, sinus ipsius BC arcus, est 38462. et FD, sinus complementi ipsius BC, 92308. qui ablatus ex FB, relinquit DB Sagittam seu sinum versum 7692, quinquagesimam videlicet partem ipsius DC.

Deinde in triangulo FDE dato latere EF 100000, et latere FD 92308. cum angulo FDE, 110°. composito videlicet ex FDC recto, et CDE 20°. dabitur etiam latus DE. Sicut enim FE 100000. ad anguli FDE 110°. sinum 93969. ita erit latus FD 92308. ad anguli DEF sinum. Erit igitur is 86741. ipse verò angulus DEF 60°. 9′. 34″. qui FDE, et DEF anguli sublati ex duobus rectis, relinquunt DFE angulum 9°. 50′. 26″. Hinc sicut FDE anguli 110 graduum sinus 93969. ad FE latus 100000. sic anguli DFE 9°. 50′. 26″. sinus 17091. est ad latus DE quaesitum. Prodit autem DE partium 18188. qualium videlicet DC erat 38462. hoc est qualium DC est 50. et DB 1. talium DE est paulò plus quam 23 $\frac{1}{2}$.

Caetera quae problemati huic adiuncta sunt, plenè propter obscuritatem assequi nequeo. Verba sunt haec. [Occasio problematis ista est. Cogito, si sit D punctum in superficie Terrae ABC superficies aëris, DC, DE radij refracti, an mensurae refractionum à Braheo proditae, conciliari possint mediocriter cum DC, DE linearum longitudine. Et haec quidem jam expediui, si DE sit radius in alt. gr. 1°. eiusque longitudo ad DC ea quae $21'\frac{1}{2}$ ad 30′. (·hae sunt enim refractiones in Tychone ad alt: 0°./1°·) quod tunc BD sit 131. et DC 5113. Itaque altitudo aëris BD paulo plus vno miliari. Si iam DE habeat alt. 20°. et redigatur ad tricesimam ipsius DC. arguet 1′. minutum refractionis, cum Tycho in alt. 20°. ponat refractionem nullam: tolerari igitur posset.]

Quid ista velint, percipere profectò non possum, praesertim cum apud Tychonem hos numeros non inueniam. Is enim in tabula Refractionum (·pag. 79. Progymn.·) ad 0°. habet Refractionem 34′. 0″. et ad 1°. refractionem 26′. 0″. et ad 20°. refractionem 4′. 30″. Vbi ergo est refractio 1′.? caetera transeo, donec plenius ipsa data exponantur. †

Beilage II: Eclipsis ☽ die 17 Augusti 1616. 42

In principio primo huius Eclipsis, Dexter humerus Orionis eleuabatur supra horizontem orientalem, 9. gradibus.

Cum autem locus huius stellae (·secundum Tychonem·) sit 23°. 16′. † ♊, latit. 16°. 6′. aust. ideoque Asc. R. eius 83°. 38′. et declinatio 7°. 17′. bor. Colligitur in principio Eclipsis Asc. Recta M. C. 359°. 0′. Erat autem tum locus ☉ 3°. $50'\frac{2}{3}$ ♍. Asc. R. 155°. 45′. Itaque coepit Eclipsis hor. 1°. 33′. mane post medium noctis.

Eodem principio, latere Quadrantis dextro applicato ad ☽ centrum, simulque ad oram ipsius deficere incipientem, perpendiculum incidebat in limbo in 69. grad. Ergo principium defectus declinabat superne à verticali circulo versus meridiem reliquis 21. gradibus.

Luna hac eclipsi tota obscurata non fuit, sed quod probè notauimus, aliqua portiuncula, eaque perexigua remansit ad austrum lucida. Idque per perspicilla noua optica exactè potuit obseruari.

Finita Eclipsi, Sirij altitudo in oriente fuit $11\frac{1}{3}$ gr. Huius locus est 8°. 49′. ♋ latit. 39°. 30′. austr. Asc. R. 97°. 4′. declin. 16°. $11'\frac{1}{2}$ austr. Inde colligitur in fine Asc. R. M. C. 46°. 38′. Locus ☉ tum fuit 3°. $58'\frac{1}{3}$ ♋. Asc. R. 155°. 52′. Itaque finita fuit Eclipsis hor. 4°. 43′. matut.

Eodem tempore latere Quadrantis itidem dextro applicato ad ☽ centrum, simulque ad oram eius, qua vmbra eam deseruit, perpendiculum incidebat in limbo quadrantis in 40. gr. Finis ergo, qua parte Luna deficere desijt, declinabat, non superne, sicut in principio, sed inferne, à verticali circulo versus boream, reliquis de quadrante gradibus 50.

Ex his computatur (·calculum breuitatis causa omittere cogor·)
170 semidiameter vmbrae et ☽ coniunctim 62′. 21″. et posita semidiametro ☽ iuxta Tychonem 17′. 59″. erat semidiameter vmbrae 44′. 22″. latitudo centri ☽ in medio eclipsis 26′. 43″. et obscuratio maxima dig. 11°. 53′. hoc est dig. $11\frac{7}{8}$ à borea.

Bemerkung Keplers zu Beilage II.

Mihi est semid: Umbrae 49′. 6″
Lunae 17. 4 vel paulo major.
Summa 66. 10
Hic forte ad ☊ add. 32. Latitudo 31′. 50″
Hic ad ☊ addidj 25. Correct. 31. 8.

745. JOHANNES STRAUSS AN KEPLER IN LINZ

Tübingen, 21. September 1616 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 335. Eigenhändig

335

S. P.

Clarissime Vir mirari te opinor, qui fiat, quod promissis non steti, cum tibi Linzij promisi, me velle Chronologiam tuam tibi per Dominum Doctorem Langiarem transmittere: transmisissem quoque: sed Dominus D. Langiar promisit ad nos ex thermis velle redire: sed non redijt, verum rectâ Linzium abijt. Domino M. Hitzlero tradidissem, ni eques ad vos iter fecisset. Hic ipse tabellarius mihi adtulit literas tuas, ut et parentis mei, et Crugeri: sed tum temporis fui Haimadâ apud adfinem tuum: sororem tuam non vidi, fuit namque apud matrem tuam
10 dulcissimam. Per biduum apud adfinem tuum commoratus sum eique statum tuum exposui. Mater tua tum occupata fuit in colligendis frugibus, ut et soror. Frater tuus Haimadâ mortuus est. Dominum Doctorem Besoldum tui causa adij, qui dixit, se nuper à te literas accepisse, sed jam ad eas respondere non posse, cum multis negotijs sit oppressus: brevi tamen ad te daturum literas adfirmavit. Domino Moestlino hasce vix extorquere potui. M. Petrus Crugerus per literas nuper à me petijt ut ei significarem, quinam libri à te essent editi, ubi typo quilibet descriptus, et qua forma, quod ipse cum non sciam, quaeso T. Excell. si per negotia poterit mihi scribat. Studiosum mathematum hîc
20 vix invenias, ut forsan ex Domini Moestlini literis intelliges. Adfinis tuus dicebat se velle ad me mittere literas, quas tibi transmitterem: sed nullas adhuc vidi. Scribis ad Dominum M. Moestlinum ut interroget hîc

typographum, num velit ephemerida typis suis ad anni exitum describere, Moestlinus intelligit Calendarium ad sequentem annum. Typographi autem nostri jam sunt in nundinis Francofurdianis ex quibus cum redierint eos interrogabo, num aliquis hoc in se recipere velit, et te hoc dare per literas certiorem faciam. Vale. Dat. Tubingae Anno 1616 21 Sept.

Exc. T. Studiosissimus

M. Johannes Straus

Clarissimo ac Excellentissimo Viro, Domino Johanni Keplero, Caesareae Majestatis Mathematico praestantissimo, Domino ac Patrono suo summe venerando.
Lintz

746. KEPLER AN DAVID FABRICIUS IN OSTEEL

Linz, 1. Oktober 1616

Offener Brief, abgedruckt in: Johannes Kepler, Ephemerides novae motuum coelestium, ab anno vulgaris aerae 1617, Linz, S. 16–24.

747. FLORIAN CRUSIUS AN KEPLER IN LINZ

Straßburg, 3. Oktober 1616 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 321. Eigenhändig

S. P.

Indicavj, vir clarissime, Domino Perneggero, de Hamanno ea quae jussistj, et parum gaudij et Perneggero et Hamanno attulj. D. Perneggerus quae vult, respondet suis ad te literis. Ego adhuc ut possum vivo: Epitomen tuam Astronomicam vellem hisce nundinis emissam fuisse: et certè si eam aliquando mitteres mihi, gratius aliud non posses. At desunt fortassis adjutores et ministrj editionis, qui ad corrigendum subsidio esse possint: Etsj ego jam ad vos proficisci nec possim nec debeam, studiosum tamen mathematices Gallum natione paucis ab hinc † septimanis habebis, qui operam suam lubentissimè et in tabulis Rudolphaeis conficiendis tibi offeret, est enim homo satis eruditus et ingeniosus, et celebritate nominis tuj inductus tuam amicitiam summè expetit: hac occasione fortassis et plura operum tuorum lucem videre poterunt. Stereometriam tuam dolij Austriaci germanicam summis D. Perneggerus precibus à me ante nundinas adhuc extorsit: quapropter rogo ut

exemplar unum germanicum alterum Latinum statim seponas, ut cum Deo volente ad vos venero inveniam; in peregrinatione enim dum adhuc sum, quia onerj sunt librj, emere non possum.

De tumultibus Gallicis et principe Condaeo capto fortassis jam satis audistj: scriptum etiam est ad nos, Villacum cum adjunctis vicis iam in Venetorum esse potestate, quod an verum sit nescio. Patavij germanae nationis privilegia aucta esse, et ad assumendum gradum Doctoratus etiam nulla religionis ratione habita admittj quoslibet, retulerunt studiosj qui inde ad nos venerunt. Plurimos ad vos studiosos venire gaudeo, sic enim schola vestra collegis nunquam carebit: quam unâ cum Illustribus Dominis proceribus perpetuò florere opto. Dominus Straussius magisterij gradum assumpsit Tubingae; ubi per hyemem hanc, ut puto, manebit. Elector Saxonicus scribitur copias hinc inde colligere militum, et rusticos in fodiendis vallis Dresdae erudirj: quo fine id fiat, nescimus. Summa: bella ubique, in Polonia, Germania, Italia, Gallia, Hispania, Persia, Turcia et Tartaria: nec angulum esse in orbe puto, ubi non bellorum semina dispersa sint et excrescant. Quo jam fugiendum censes? Hisce vale, vir Excellentissime et amicissime, et domuj Tuae, Dominis ab Herberstein, Dominis Doctoribus Springero, Persio et Schwarzio, ut et D. Megisero meo nomine plurimam salutem. Dabam Argentinae 5 Non. Octobris Anno M DC XVI.

Salutat T. Excellentiam Gotthardus Carolus, qui rogat, ne sibi vitio vertas, tabellarij impudentiam, qui mercedem jam antea ab ipso hic Argentinae quamvis accepisset, à te tamen eam etiam petere ausus est.

T. Excellentiae observantissimus

Florianus Crusius

321v Clarissimo et Excellentissimo viro Domino Joannj Kepplero S. Caesareae Majest. ut et ordinum Austriae supranasinae Mathematico celeberrimo, patrono et amico meo summa observantia colendo. Linz in Oberoſterreich

748. MICHAEL MÄSTLIN AN KEPLER IN LINZ

Tübingen, 5. Oktober 1616 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 44–45. Eigenhändig

44 S. in Christo plurimam. En praeter expectationem, Vir clarissime, Domine honorande, alius tabellarius obuenit. Priori epistolae proximè missae per errorem schedulam de mihi proposito problemate

falsam inserui. Problema illud cum primò subijcerem calculo, errore deceptus numerum acceperam 500000. Cui numero reliquum calculum superstruxi, illumque calculum in schedam, quam proximè misi, conscripsi. Cum verò altero die calculum reuiderem, animaduerti, quod numero illi, 500000. vna figura nihili desit, esse enim debebat 5000000. Vitiatum ergo calculum correxi, et in aliam similem schedulam, priori tamen non abolita, consignaui, et vtramque inter caeteras chartas reposui. Quando igitur proximus tabellarius aduenit, ego per errorem falsam schedulam arripui, eam quam literis inclusi, et Magistro Straussio nostro, vt per Tabellarium tibi mitteret, tradidi. Eiusdem diei vespera animaduerti demum, quod ea scheda, quam abolitam fuisse cõueniebat, literis illis esset inclusa, nam quam mittere volebam, hîc ad manus remanserat. Postero igitur die, literas meas repetere volebam, sed Tabellarius summo mane ex vrbe tum discesserat. Nunc ergo accipe, Vir clarissime, eam, quam tum missam optabam. Quia verò ea tibi non satisfaciet, rogo plenius, sicut etiam nuper petij, me quid cupias, informes.

Chronologica tua propediem sarta tecta, cum ijs, quae monenda pro mea tenuitate putem, mittam. Vale cum tuis felicissimè. Actum Tubingae veloci calamo. 5. Octob. 1616.

T. T.

M.
M. M. M.
G.

Clarissimo et excellentissimo Viro, Domino Johanni Keplero, Caes. Mai. Mathematico praestantissimo et celeberrimo etc. Domino et amico suo obseruandissimo. Lintz

Propositi Problematis verba haec erant.

Segmentum circuli AB esto, cuius Sagittae BD proportio ad sinum DC sit ea, quae 1. ad 50. Iam ex puncto D exeat recta, faciens cum DC angulum EDC 20°. quaeritur longitudo lineae DE, seu proportio eius ad BD, DC?

Hoc Problema sic soluendum censeo.

Sit segmenti ABC centrum F. ducantur FBD, FC, FE, item BC. Qualium ergo BD est 1, talium DC datur 50. hoc est qualium BD est 100000, talium DC sit 5000000. ideo in triangulo DBC rectilineo rectangulo

8) illi, 50000. vna

dabitur ex Canone foecundo angulus DBC 88°. 51′. 15″. et DCB, ad circumferentiam 1°. 8′. 45″. Quapropter AB, eique aequalis BC circumferentia BC 2°. 17′. 30″. et integra ABC 4°. 35′. Hinc qualium FB vel FC est 100000, talium ipsius BC sinus DC est 3999. eiusque complementi sinus DF 99920. et inde DB sagitta, seu sinus versus 80. quinquagesima ipsius DC pars.



Deinde in triangulo FDE, dato latere EF 100000. et latere FD 99920. cum angulo FDE 110°. (·composito videlicet ex FDC recto, et CDE dato 20°·) dabitur etiam latus DE. Sicut enim FE 100000, ad anguli FDE oppositi, 110°. sinum 93969, ita est latus FD 99920. ad anguli DEF sinum. Exibit ergo is 93894. ipseque angulus DEF 69°. 52′. 30″. Qui FDE et DEF anguli sublati ex duobus rectis, relinquunt DFE 0°. 7′. 30″. At sicut FDE anguli 110°. sinus 93969. ad FE latus 100000. ita anguli DFE 0°. 7′. 30″. sinus 218. erit ad DE. Prodit ergo DE latus quaesitum 232. qualium videlicet erant DC 3999. et DB 80. partium.

Caetera huic problemati proposito adiuncta plenè, propter obscuritatem, assequi nequeo. Verba sunt haec: [Occasio problematis ista est. Cogito, si sit D punctum in superficie Terrae, ABC superficies aeris, DC, DE radij refracti, an mensurae refractionum à Braheo proditae, conciliari possint mediocriter cum DC, DE linearum longitudine. Et haec quidem iam expediui, si DE sit radius in alt. gr. 1°. eiusque longitudo ad DC ea quae $21'\frac{1}{2}$ ad 30′. (·hae sunt enim refractiones in Tychone ad alt: 0°./1°.·) quod tunc BD sit 131. et DC 5113. Itaque altitudo aeris BD paulò plus vno miliari. Si iam DE habeat alt: 20°. et redigatur ad tricesimam ipsius DC, arguet 1′ minutum refractionis, cum Tycho in alt: 20°. ponat refractionem nullam: tolerari igitur posset.]

Quid ista velint, percipere profectò non possum, praesertim cum apud Tychonem hos numeros non inueniam. Is enim in Tabula Refractionum (·pag. 79. Progymn.·) ad 0°. gr. habet refract. 34′. 0″. et ad 1°. refract. 26′. 0″. atque ad 20°. refract. 4′. 30″. Vbi ergo est refractio 1′. vnius, et vbi nullius minuti?



Quod si posteriorum verborum hic sit sensus. Quando DE eleuatur super DC vno gradu, quod tunc ipsa DE ad DC habeat rationem sicut $21\frac{1}{2}$ ad 30, et DB ad DC, sicut 131. ad 5113: calculus iste erit. Sit CDE angulus 1°. gradus, et DE $21\frac{1}{2}$ qualium DC est 30. hoc est DE 43. qualium DC 60, vel vt 4300. ad 6000. Ducatur EG perpendicularis in DC, et connectantur EC. Ergo in triangulo EGD rectangulo, sicut sinus totus

anguli recti ad G 100000. ad DE 4300. ita anguli EDG 1°. sinus 1745. est ad EG latus: ita quoque anguli DEG 89°. sinus 99985. est ad DG. Fient itaque EG 75 $\frac{35}{1000}$. et DG 4299. Vnde residua GC relinquitur 1701. Datis autem trianguli EGC itidem rectanguli lateribus EG, GC, dabitur etiam angulus GCE. Qualium enim GC fit 100000, talium EG erit 4213. cui numero Canon foecundus attribuit 2°. 24′. 45″. atque inde cognoscitur ABE 4°. 49′. 30″. In eodem EGC | dabitur quoque ex ijsdem EG, 411
CG datis, latus EC 1705, subtendens circumferentiam EC. Cuius medietatis sinus est dimidia recta CE. Ea circumferentia CE ergo producitur 90
0°. 58′. 32″. Vnde totum ABC segmentum conficitur 5°. 48′. Huius medietas AB vel BC erit 2°. 54′. habens sinum DC 5059. et complementi sinum FD 99872. qui ex FB, relinquit sinum versum DB 128. qualium scilicet DC est 5059. Et hi numeri habent rationem quam proximè eandem, quam 131. ad 5113.

Verum superiori calculo aeris superficies ABC erat 4°. 35′. hîc eadem est 5°. 48′. Item supra qualium FD 99920. terrae semidiameter, est 860. miliarium germanicorum, talium DB altitudo aeris 80. est 0°. 41′. miliar. Hîc qualium FD 99872. eadem terrae semidiameter, est 860. mil. talium DB superat vnum miliare vna decima parte. 100

749. JOHANNES STRAUSS AN KEPLER IN LINZ

Tübingen, 13. Oktober 1616 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 336. Eigenhändig

S. P. 336

Clarissime Vir, proximis ad te datis literis promisi, me velle, quamprimum ex nundinis Francofurtanis typographi nostri redirent ex ipsis exquirere, num Calendarium tuum, ut à Domino Moestlino petijsti, typis describere vellent: quod jam feci: sed hoc responsi tuli, non posse †
fieri, ut tam exiguo temporis spatio imprimatur, cum quoque aliqua temporis pars praeterlabatur, antequam huc tuum exemplar mittatur. Besoldo, ut et Lansio nullas extorquere possum literas, occupationes praetendunt. Besoldus dixit, se scripsisse ad aliquem, quo aliquid, quod ad negotium tuum forense pertinet, expiscari posset, quo cognito adfirmat, se ad tuas 10
literas responsurum et ut res comparata sit, explicaturum. Adfinis tui literas, quas tibi transmitterem, nondum vidi: quamvis rogarem maxime, cum Haimadae fueram. Studia mathematica hîc plane tenebris obruta jacent, non putassem. Studiosi ferè omnes ad pulpita ecclesiastica properant. Dominus M. Moestlinus legit Arithmeticam practicam, et

primum Euclidis librum. Quod si tua Astronomia fuerit praelo descripta, quaeso Tua Excellentia mihi unum exemplar mittat adsignato pretio. Gratias ago vir Praestantissime, quod me Domino Doctori Papio commendasti. Si tibi inservire potero, faciam ex animo.

Tuam Excellentiam protectioni divinae unice commendo. Vale. Dat. Tubingae Anno 1616 3 Id. Oct.

T. Excell. Obsequentissimus

M. Johannes Straus

336v Clarissimo ac Praestantissimo Viro, Domino Johanni Keplero, Caes. Maj. et Illust. Ordinum Austriae superioris Mathematico Praestantissimo, Domino ac patrono suo unice colendo. Lintz

750. KEPLER AN MICHAEL MÄSTLIN IN TÜBINGEN

Linz, 12./22. Dezember 1616

Stuttgart, Landesbibliothek, Cod. Math. fol. 14a, Bl. 125–131. Bl. 125–129 u. 131 eigenhändig

125 S. P. D.

Literas tuas Clarissime Vir, 21 Sept: et 5 Oct: scriptas accepj, legique magna cum voluptate. Etsi vero posterioribus adjunctae fuerunt literae meorum, quibus pericula continebantur et calumniae sceleratissimae et potentia adversariorum, et cursus justitiae intercisus: quibus tragicis narrationibus animus abreptus vix ad respondendum se recolligit: tamen quia mittendus est tabellarius, piaculum videbar commissurus, si nihil responderem. Venit intereà frater meus cum matre, itaque non † alio tabellario opus habui.

Pro solutione problematis simplicis ago gratias, etsi ex quo scripsj totam hanc speculationem abjecj. Nititur enim mera hypothesj computandj, cuj rej ipsius nihil subest. Posui enim, tantam esse densitatis medij rationem in quolibet extimo puncto superficiej aeris quanta est ratio longitudinis lineae ex oculo ad illud punctum. Atqui scimus ex opticis, Refractionis angulos formarj in ipsa superficie, nec immiscerj profunditatem medij densj, cum radius in medio denso non minus sit rectus, quam foris.

Illustrabitur autem defectus hujus Hypotheseos, collatione hypotheseos verioris. In opticis post plurimas tentatas suppositiones tandem devolutus sum ad hanc. Cum quo major est medij densitas, hoc major contingat in ejus superficie refractio, quo densius igitur occurrit unum

et idem medium radio refringendo, hoc major est refractio illius occursus, puta unum refractionis elementum. At densitatis augmentum per varios occursus sequitur proportionem secantum. Sint enim duae parallelae AB, CD, quarum distantia BC adumbrat nobis latitudinem radij physicam; quia refractio non contingit radijs, ut sunt, lineae, sed ut sunt aliqua superficies perpendiculariter erecta super densum. Ergo si radius DC rectâ occurrisset medio denso AC, ratio ejus densitatis adumbrata fuisset in hoc recto occursu, per BC, at quia DC occurrit ipsi AC ex obliquo, ratio densitatis medij in hoc occursu adumbratur per AC. Quare ut BC ad CA sic densitas occursus rectj ad densitatem occursus hujus obliqui. Hae igitur lineae AC videntur quamproximè naturam ipsam sequi, et genuina esse mensura unius elementj proportionis Refractionum. Accedere enim debet alterum elementum, quantitas angulorum inclinationis. Nam si solae hae lineae BC, CA metirentur refractiones, tunc statueretur aliqua refractio in vertice: sin autem de lineis BC, CA sumantur partes tantae, quanti sunt angulj | Inclinationum, tunc 125v de BC sumitur nihil, quod est consentaneum Opticae, quae in vertice statuit refractionem nullam. Dixeris, hanc omninò veram esse rationem metiendj refractiones: cur ergò hac non fuerim contentus, quaerens aliam? Dicam causam. Vidi namque hoc pacto nobis in inclinationibus horizonti vicinis obvenire secantes longissimos et tandem infinitum, ubi ratio ista docet totum, quod hic infinitum evadit, sumendum esse. Ideò in Opticis huc sum compulsus, ut dicendum esset, non esse spectandas Inclinationes radiorum in raro, sed refractorum ipsorum in denso. Et hoc posito mediocriter expressj refractiones Tychonicas. Verum etiam hic sunt, quae desiderem. Nam primo petitur principium, quod videtur naturae contrarium: si quaerat aliquis quantum in denso refringatur radius, respondeat alter, tantum, quantum indicat secans jam refractj. Deinde experimentatus sum refractiones Crystallj, et deprehendj illas non sequi hanc legem; in aqua confisus sum experimentis Vitellionis, et conciliare illas mediocriter potuj in Opticis, sunt enim crassae.



His angustijs inclusus, tandem cogitare coepj, primam esse naturâ refractionem ex denso in rarum, secundariam ex raro in densum; priorem scilicet sparsionem lucis, contractionj ejusdem. Nam in denso positis inclinationibus super superficiem rarioris, dantur secantes, earumque portiones respondentes angulis inclinationum, quae si aequaverint complementum inclinationis, jam intelligimus finem esse refractorum. Verbi causa, sit F in denso, cujus terminus EH. Valeat FE gradum unum, cujus portio nulla, quippe in inclinatione nulla, est mensura

refractionis. Sit jam alius radius FG, inclinatus angulo EFG 60, cujus secans est duplum radij, valebit igitur FG 2 gradus, quia FE valebat 1°. Sed de his 2 gradibus est sumenda portio $\frac{2}{3}$, quia inclinatio 60 est $\frac{2}{3}$ de 90. Ergo refractio erit 1° 20′. scilicet angulus FGI 178. 40. cum FGH sit 150. Ergo HGI 28°. 40′. adhuc valet refractio. Ita si FE valet 1′. refractio desinit in Inclinatione 89°. 1′. 40″. Estque maxima refractio 58′. 20″.



70 Sin autem FE valet 40″. desinit refractio in 89. 13. estque 48′. circiter. Sit iterum EFG 82°. 49′. tunc est FG 800000, qualium FE 100000. Valet igitur gr: 8°. de quibus pars $\frac{82° \cdot 49'}{90}$ est sumenda, scilicet 7°. 21′. 41″ pro refractione. Ergo FGI est 172°. 38′. 19″. sed FGH est 172°. 49′ major, ergo impossibilis est haec refractio, desinuntque radij refringi longè antea.

Cum ergo essem redactus in ipsum densum, cum inquisitione genuinae mensurae; visum est densum formatum, hoc est globosum demonstrationibus esse aptius quam planum: et sic tandem ad lineas ex centro visus in superficiem aeris eductas devenj.

126 80 Quod reliquum est, cum miseris duas schedas | posteriorj emendata † per priorem, remitto igitur priorem cum notis meis ex tempore subjunctis.

In collatione schematis tuj cum meo occurrunt ista, in meo lineae FE, FG habent mensuras refractionum modo explicato et naturae consentaneo propter similitudinem triangulorum in prima facie hujus. In tuo respondet quidem litera D oculus meae literae F, quare et DB, DE, DC meis FE, FG respondere videntur, at non est ita simpliciter. Nam pro DB semper sumenda est aliqua longior, scilicet perpendicularis ex D in tangentes aerem in C. E. punctis refractionum. Et haec forte causa 90 est, cur nobis DB prodeat ex diversarum refractionum comparatione diversimoda. In minima tamen altitudine aeris parvus est excessus illarum requisitarum super DB, quippe cum Tangentes in C. E. etc. parum admodum inclinentur, et BC arcus non sit magnus.

Ecce fortunam hujus scriptionis; a rejectione et refutatione Hypotheseos computandj Refractiones inceperam, penè in confirmationem ejusdem desino.

Jam igitur ad novam speculationem te voco.

Ponamus omnia rectè habere in meo schemate et mensurationem naturâ nitj. Ponamus deinde aliquam quantitatem refractionis in incli- 100 natione plenaria, cujusmodj supra duae sunt, una 58′. 20″, altera 48′. Ponamus tertio refractionem fixarum horizontalem ex Tychone 30′. Cum ergo in tuo schemate DC refringatur in C per 30′, nec inclinetur plenariè radius qui extra C est, non scilicet tangat sed secet aerem in C si produceretur

(·Nam si tangeret, tunc haec refractio 30′ esset inclinationis plenariae, atqui nos secundo loco assumpsimus majorem quam 30′, scilicet vel 48′, vel 58′. 20″: et si qua alia placuerit·) quaeritur igitur, quantum inclinetur vel DC refractus vel qui foris est super aeris superficiem. Nam ex inclinatione forinsecj et refractj facile sequitur altitudo aeris DB, teipso docente in scheda. Nam si, qui foris est, tangat in C, et si BDC rectus, et refractio 30′, tunc inclinatur DC per 89. 30. et BC est 0°. 30′, ejusque sinus DC 872. 65, et versus DB 3. 8077. Et ut hic ad illum, sic ille ad diametrum Terrae auctam quantitate DB. Quibus positis et constitutis, sequuntur jam omnium superiorum inclinationum refractiones necessario. Nam secans 89. 30. est 11459301, qui cum parte suj $\frac{89\frac{1}{2}}{90}$ valeat re|fractionem 30′, ergo totus valet 30′. 10″. Et si secans 11459301 valet 30′. 10″, vel 1810″, radius 100000 valebit 16″ circiter. Hinc jam habentur omnium Inclinationum Refractorum super superficiem aeris secantes eorumque valores, et secundum angulos inclinationum, etiam portiones refractionum competentium mensurae: ex proportione vero altitudinis aeris ad diametrum Terrae inquiritur etiam inclinatio illius refractj super Terram, datis enim in tuo schemate EF, FD, DEF, datur etiam EDF. Peracta igitur hac computatione poterit compararj tabula Tychonis: quod si refractiones caeteris inclinationibus ED super DC horizontem adscripserit Tycho alias; cedendum erit falsa positione, quod plenaria refractio in aere sit tantummodo 30′, quantam in Horizonte observavit Tycho; quod scilicet DC sit refractus non tangentis sed alicujus secantis aerem in C, ideoque plenariam aeris refractionem, si contingeret nobis elevarj a D versus B, spectatum irj majorem: ponemus igitur aliquam certam quantitatem refractionis maximae, et eâdem methodo, ut prius, expiscabimur omnes reliquas, omnium inclinationum refractorum super superficiem aeris; et tabella eorum conscriptâ videbimus, quaenam inclinatio exhibeat refractionem Tychonis Horizontalem 30′. Tunc enim BC non amplius aequabitur refractionj ut in praecedentj positionj, sed erit complementum inclinationis refractj, ex qua jam etiam alia sequetur proportio BD ad DF, exque eâ ut prius, omnium DE, notae inclinationis DEF, altitudo super horizontem EDC: quibus investigatis, rursum videndum, an propius veniamus ad numeros Tychonis, et qua quantitate refractionis plenariae proximj fiamus refractionibus Tychonis. Ex illa prodiens aeris altitudo tenenda utique erit pro verâ, etsi a Tychonicis refractionibus rursum prorsumque parumper discrepaverimus, aut etiam ipsam Horizontalem paulo aliam usurpaverimus quam 30′, si contingat, nos hoc pacto reliquos plures rectius assequi.|

Satis superque de hoc problemate. Methodum hinc inquirendj superficiem aeris breviorem si invenis, ea me rogo impertiaris. Vides si

maxima aeris refractio statuatur non major quam 30 minutorum, fierj altitudinem aeris semidiametri Terrae 26 millesimam, tricesimam scilicet unius milliaris, stante refractione Tychonis Horizontalj totidem scrupulorum, scilicet 30′.

De Chronologicis valde mihi gratulor, ea et pervenisse ad te et tibj curae esse. Censura multo erit gratior. Praevideo aliqua quae sis desideraturus, modestiam scilicet in conjiciendo de locis scripturae obscuris. At dummodo ultra levem admonitionem An hoc et illud acciderit textuj, non progrediamur, in universum stare nos velle dicamus textus sententiae, puto aliquam esse utilitatem hujus audaciae, ut qua praeveniuntur multorum cogitationes multo prophaniores, qui ob dissonantiam numerorum totam scripturae authoritatem habent contemptuj; quos multos Pragae vidi, et ad mentem revocavj ostensis occasionibus, quibus vel memoria labj vel textus corrumpj potuerit.

Venio ad Epitomen astronomiae Copernicanae: in ea ultra tertiam paginam typj non processerunt, deest nobis sculptor Lignarius. Itaque rogo vehementer, vel commodes vel vendas mihi typos ligneos Epitomes tuae, utrumque dicto precio, habet enim in mandatis tabellarius, eos Vlmam portandi, unde facile secundo Danubio ad me deferentur. † Interim circumspicio etiam sculptorem. Quia non mitto tabellarium, rogo si consentis in mutuo dandos ligneos typos, ut illos opera alicujus (·puto idoneos Pharmacopaeos aut Typographos esse·) Vlmam ad Neupronneros mittas: qui ad me curabunt deferrj.

De causis physicis salva res est, quicquid de his disputo, id inter principia refertur, ut cum tu de loco Telluris et similibus. Interim quae ego ex physica usurpo, possunt ab alio haberj pro hypothesj fictâ, utrique erit astronomica hypothesis, quia praebet se calculo et docet computare loca planetarum non minus quam circulj. Verbi causa, Verum iter Martis circa Solem certissimis demonstrationibus evicimus tam ego quam Fa- † bricius, esse viam ovalem, et ingredi Martem in longitudinibus medijs versus Solem quantitate sinus versj aequationis Eccentrj opticae, sinus 127 r inquam versj ejus arcus, cujus est Eccentri[1]citas sinus rectus. Hic Fabricius ad defluxum Planetae ex Aphelio luxat centrum eccentricj, faciens illud librarj versus longitudinem mediam secundam, et dum Mars a Long: med: prima per perihelium it in long: med: secundam, ipse facit centrum reverti per eadem librationis vestigia versus long: med: primam. Nec id facit sine lucro. Nam ejiciens rectam ex Sole per centrum libratile designat Aphelium ipsum quoque libratile vagum, in antecedentia longiorj tempore repedans, quam in consequentia, tardum, cum est planeta in long: med: velox, cum in Apsidum linea, à quo computat motum ♂ in Eccentrico aequalem. Hoc pacto salvat circulum veterum

aequantem. Est hypothesis astronomica, fateor, at non est physica multis nominibus, quia nec vera est, nec ipse author veram credit. Ego verò si minus veram, saltem mea opinione veram trado causam, quae multo minus habet absurditatis, in computando compendij vel plus vel tantundem. Dico enim librarj planetam in linea rectâ versus Solem appetentiâ magneticâ, quae in diversis fibrarum inclinationibus sit diversae fortitudinis; metior hanc fortitudinem per sinus, effectum per Versos anomaliae Eccentrj: pro ratione vero distantiarum ad Solem facio tardum vel velocem reverâ. Hypothesis est physica, quia habet exempla physica magnetis, est physica hoc est naturalis, quia vera, et educta ex ipsa natura interna corporum planetae et Solis, est physica, quia modos omnes tenet motionum naturalium. Est tamen etiam astronomica, quia compendiosissime potest computarj aequatio et distantia Planetae. Positâ enim anomaliâ Eccentrj, datur mihi sinus ejus complementj vel excessus. Et ut sinus totus ad hunc, sic libratio dimidia seu Eccentricitas tota ad partem librationis illic addendam hic auferendam à semidiametro orbitae planetae. Ecce facilem modum computandj distantiam Solis et Planetae, et tamen demonstratum est solidissimè, his librationis simplicissimae legibus effigiari orbitam Ellipticam, ut non sit opus luxatione totius sphaerae Martis. Sequitur aequatio, cujus sunt duae partes, optica et physica, optica est ex Eccentricitate, physica ex naturalj tarditate ob distantiam a Sole auctiorem. Rursum hanc computo facilime. Nam ut est sinus anomaliae Eccentrj ad totum,[1] sic est area (·seu potius valor·) triangulj aequatorij ad aream (·valorem·) illius triangulj quod in anomalia media stat, existens omnium maximum. Quantum autem valeat, inter initia statim computo, comparatione ejus ad aream circulj, quae si valet temporis revolutorij partes 360° omnes, facile constituitur quot minuta et secunda valeat triangulj maximj area. Vides operationem unicam pro una parte aequationis, quae exprimit, quantum temporis sit absumptum in arcu anomaliae Eccentrj (·ab hoc enim incipio, non à tempore, facili cautione·). Restat reliqua pars aequationis Optica. Rursum hic utor sinu complementj vel Excessus anomaliae Eccentrj cui addo vel detraho Eccentricitatem, et ut distantia Planetae a Sole ad hanc factam sic sinus totus ad sinum complementj vel Excessus anomaliae coaequatae. Anom: media: tempus. An: Eccentrj: arcus. An: coaequata: angulus. Ita ex An: Eccentrj computo Mediam sursum, coaequatam deorsum, ut sciam cuj mediae quae coaequata respondeat: Tribus operationibus duas res necessarias, distantiam ob proportionem orbium, et long: Eccentrj sub zodiaco coaequatam ob Commutationis anomaliam. Vides nihil interesse astronomiae, physica sit hypothesis an ficta, dum modo computemus inde. Quod si fatigandum est cerebrum

perceptione fictae hypotheseos de sphaera luxatilj, apogaeo vago; quin potius fatigetur perceptione hypotheseos physicae, qua ostendo quomodo planetae moveantur lege staterae, vectis aut librae, librentur ad Solem et a Sole, lege magnetis.

Eclipsis nuperae observatio mihi fuit gratissima, accipe vicissim et meam, et ἀδολεσχίας loco demonstrationum et calculj bonj consule. Nondum calculum subduxj.

D. D: Röslino, quando ita Deo visum, gratulemur aetatem exactam, quietem partam. Fundamentum ipsum tenuisse non dubito. Deus misereatur vitiorum mentis etiam nostrae, qui condonat poenitentibus Voluntatis pravitates; misereatur verò non tantum singularitatis sed etiam popularitatis et fiduciae in Rabbinis terrestribus. Et tu charissime D. Praeceptor, quandoquidem ista non frustra nec frigidè sed consilio bonae admonitionis scripsisse videris, hoc de me habeas: me per Dej
128v gra!tiam in simplicj et plano sensu scripturae acquiescere: quod si qua est consolatio in consensu, hoc litigiosissimo saeculo, genere humano in tot studia diversissima diviso, scito amplius, me in Augustana Confes-
† sione, inque opere Chemnitiano contra concilium Tridentinum acquiescere; in universum nullum dogma fovere, quod non vel apud veteres patres vel apud hodiernas partes citra litem reperiatur. Qui me novitatis vel minimae accusat, injuriam facit. Hac una re bilem moveo Theologis, quod pacem opto inter reformatos nec omnes deformationes exaggerationesque dogmatum Calvinianorum approbo: nec videre possum, in fundamento de persona Christj tantum esse discrimen: quia crimina quae ipsis hic Jesuitis et Calvinianis intentantur, mihi nondum probaverunt, quod non obiter dico, sed examinatis integris libris a capite ad calcem. Accusant quidem nostros haereseos, ob phrases: at si nostrj illas explicent, ut hic mihi factum, dicunt eadem quae alias dicunt alterj: et vicissim. Antequam explicarentur mihi quae sunt in formula Concordiae de omnipraesentiâ carnis, omninò Eutychianismj nostros reos credidi; at nunc accusatione cedo accepta declaratione, at vicissim in sententia confirmor de convenientiâ in fundamento. Qui me propter ista sacris arcet, rationes utique suas deo approbabit, quas ego non excutio. Possem omnem litem sedare, si formulae concordiae subscriberem, nihil excipiens. At mihi in rebus conscientiae simulare non est integrum: subscribere sum paratus, si admittantur jam positae meae exceptiones. Irâ Theologorum communicare nolo, fratres non judicabo, qui sive stent sive cadant, dominj sunt, et fratres mej. Praestat me peccare excusando, benè loquendo, in melius interpretando, cum non sim doctor Ecclesiae, quàm accusando detrahendo pervertendo: quibus studijs, si quis est deditus, is persecutionem nequit sustinere, nisi si

forte spem habet refugij. Expertus loquor. Clamant Jesuitae, clamant Calvinianj sibi in articulo de persona Christj fierj injuriam a libro concordiae, multa sibj imputarj, quae ipsj non doceant. Quod si subscribo non excipiens illa puncta, aut Judicem me facio condemnans illos intentatj criminis, aut accusator ipsorum fio contra conscientiam meam, quae ipsos potius defendit quam accusat in aliquibus, quia phrases patrum Ecclesiae puriorum tenent, modumque interpretandj scripturas in hoc articulo.

Satis de hoc, adeoque nimium. Vale charissime D. Praeceptor, meque amare perge. Scripsi dudum, conclusi $\frac{12}{22}$ Decembris anno 1616. Lincij.

Ex. T. officiosissimus

J. Kepler

Clarissimo Viro, D. M. Michaelj Maestlino, Matheseos in Academia Tubingensj professorj. D. P. et Fautorj meo colendo.
Tübingen

Beilage I. Pag: 79 Progymn: non sunt refractiones fixarum de quibus ego egi, sed Solis. Solutio Maestlinj pertinet ad problema simplex et directum: Data proportione ipsius BD ad DC investigare DE in quacunque inclinatione. At me hoc non juvat, sed hoc quaero, data proportione ipsius DC ad DE in quacunque altitudine (·ut si sit DC 30. DE $21\frac{1}{2}$ angulo EDC existente 1°·) quanta tunc evadat DB. Item hoc quaero si dentur duae DE in datis duabus inclinationibus, quanta evadat DC, et DB. Cum autem hoc pacto contra optica principia statuatur aliqua quantitas BD mensura re|fractionis radij verticalis (·cum optica doceat, in vertice refractionem fierj nullam·) ideo hoc potius quaeritur: Data proportione duarum refractionum in C et E, compositâ ex duabus proportionibus, unâ angulorum BDE, BDC, alterâ linearum DE, DC longitudinis; quae tunc sit proportio BD ad DC. Nam tunc etsi unum elementum proportionis compositae (·inter refractionem Verticalem et Horizontalem·) statuitur aliqua quantitas, verbi causa proportio linearum BD ad DC, alterum tamen Elementum hujus proportionis compositae, non est quantitas, verbi causa proportio angulj BDB (·ut analogicè agam·) qui angulus est 0, ad angulum BDC 90. Nam proportio seu fractio $\frac{0}{90}$ (·analogicè fractio dicta·) multiplicata in fractionem quamcunque aliam, procreat Nihil: Hoc est, infinita proportio ad quamcunque aliam proportionem addita, facit compositam proportionem infinitam. Itaque per optica principia (·circa quidem refractionem verticalem nullam·) stare potest haec posita refractionum mensura. Quanta-

cunque enim sit refractio horizontalis, mensura haec dicet, in vertice sumendam esse partem Horizontalis refractionis nullesimam.

Exerceamur in hoc problemate. Sit proportio refractionis in C ad refractionem in E, ea quae 60. ad 43. Aufer ab hac proportionem angulj BDE ad angulum EDC, scilicet $\frac{89}{90}|\frac{43}{60}$ est $\frac{64\frac{1}{2}}{90}$. Ergo residuum erit $\frac{64\frac{1}{2}}{89}$ vel $\frac{129}{178}$. Longitudo igitur linearum DC. DE statuitur 178. 129. Quaeritur BD?

Ita posita inclinatione DE, vel angulo BDE 70°. Tycho prodit refractionem in E. 0′. in C. 30′. Hoc jam nullam admittit mensurationem, debet nempe optica docente, refractio in ipso tandem vertice penitus annihilarj. Ergo nos statuamus refractionem in E esse 1′. quod tolerarj juxta experimenta Tychonis potest. Aufer proportionem $\frac{70}{90}$ a proportione $\frac{1}{30}$ vel $\frac{3}{90}$, restat $\frac{3}{70}$. Qualium ergo DC 70 (·vel 178·), talium DE statuitur 3 (·vel $7\frac{44}{70}$·). Si ergo hoc pacto BD semper eadem prodit, tunc haec posita mensura Refractionis conciliata est cum experimentis Tychonis.[1]

Beilage II. Observatio Eclipsis Lunae Anno M DC XVI.

In monte Pesting, dimidio milliari à Linz versus septentrionem in altum, unde pulsus horologiorum et voces vigilum urbanorum exaudiuntur, nec minus Otesheni et Wilderigae horologia.

Hora una post mediam noctem subito sunt ortae nubes. Vmbra in summo margine parum admodum ad sinistram declinans. Principium erat in Azimuth ☽ fortuitò constituto 22° et altitudine $28\frac{2}{3}$ vel correctius 29°, sed vide ne sit hoc in superiori latere regulae vitioso, pro eo enim sequendum esset indicium inferioris lateris 26°. principium hoc conspectum est per nubes sparsas et dehiscentes identidem vide itaque ne paulo prius fuerit merum principium.

Ad probandum hoc Azimuth quodnam fuerit capta est in eo altitudo capitis Andromedae 70° sed rursum puto fuisse superioris lateris indicium, quando latus regulae inferius monstravit $66\frac{1}{4}$. Tunc Luna nondum dimidia in umbra erat. Antequam ala Pegasi veniret in id Azimuth, umbra jam ad dextram inclinabat.

Ala Pegasi in illo Azimuth habuit Altitudinem $55\frac{1}{2}$ (cave ut supra: Nam forte erat $51\frac{1}{3}'$), Fomahant in illo Azimuth erat alta 7°.

Cum umbra declinaret quasi ad 2 superiores in urna, erat ☽ in Azimutho $46\frac{1}{2}$ altitudo imi marginis $21\frac{1}{4}$ vitiosè et superiori latere, verè et in inferiorj $17\frac{1}{3}$.

Hinc jam discernere cepi inter superius et inferius latus regulae. Cum lucida pars vergeret in lineam inter duas fusionis et cum perpendi-

328) imagine *statt* margine 345) parta *statt* pars

culum ex polari demissum caderet proximè spiram Serpentis quae est versus quadrilaterum minoris Vrsae erat Azimuth Lunae 50 minus $\frac{1}{6}$.

Azimuth Lunae $51\frac{1}{2}$ altitudo 16. Tunc nondum occidebat Aquila.[1]

Tunc linea per ☽ et umbram contendebat paulo super remotiorem 130v
claram quinquanguli in ♒ puta humerum. Nam hoc quinquangulum
habet duos humeros ♒, oculum et os Pegasi et oculum equulei. Hic et
supra Luna erat obscurissima superfuit tamen aliquid.

Luna tota rubicunda fuit sed magis cornu superius partis constitutae in umbra, quod erat ad sinistram supra lucidam particulam residuam.

Luna nondum plane restituta occidit in Azimutho 74°. ☉ in Azimutho 75° habuit Altitudinem $1\frac{1}{3}$, certè utrum Luminare in semicirculo meridionali erat. Erat quidem suspicio alicujus defectus residui, sed cogita an fuerit tantum debilitas luminis ex illa parte. Nam parvo discrimine Luna discernebatur ab aere radijs Solis albescente circa Horizontem.

Causa incertae observationis fuit ista. Cum oppidum Linzium monti-
bus vicinis sit circumvallatum, versus ortum das hocheh versus occasum
der Kienberg vnnd St. Martinsberg in cuius collo arx altissima omnem pro-
spectum eripiens habitationi meae; ego ut utrumque Luminare in
Horizonte viderem, vespera praecedente, ut primum serenitatis duraturae †
fides mihi est facta, porta iam iam claudenda erupi, et comitibus duobus
adscitis in arduum montem per unius Horae spacium enisus sum, instru-
mento instructus non admodum commodo, triangulum erat Azimuthali
circulo, unius pedis diametro impositum, lateribus complicatilibus.
Locus observationis sub dio in novali aspero. A rustico vicino per dua-
rum horarum spacium importunè et indesinenter pulsando fores et
clamando ad ravim usque, vix tandem nec nisi prius convocatis vicinis ab
unius atque alterius stadij intervallo (·cum nuncium clam per posticum
emisisset·) admissi sumus; nec amplius aliquid impetravimus, quam
tripedem truncum duorum pedum altitudine, in quo erigeremus instru-
mentum.[1]

Candelam aut faculam nullis omninò precibus extorsimus, nec ignis, 131
accendendi licet eminus in agro copia nobis facta metu incendiariorum,
itaque carbone ardente notas in instrumento inquisivimus, virgultis et
assulis pro forcipe sumus usi in apprehendendo carbone, denique supinus
in agro prostratus oculum pinnacidiis supposui, notavique cerussa obser-
vationes in papyro humida ob rorem, ad lumen vel Lunae vel carbonis.

Cum sit Anomalia ☽ 6^s. 6°. 42′, est semidiameter ☽ 17′. 4″ vel paulo major. Nam si diametrum in apogaeo statuerem 30′. 30″, ut ante annos 12, Perigaea prodiret major quam 34′. 8″. Umbrae semidiameter 49′. 8″. Est autem et distantia a nodo 5°. 45′, secundum me, et latitudo angulo

379) facipe

magno 5°. 18′, est 31′ 50″. Summa ex lat: et semidiametro ☽ 48′. 54″, quod est insensibili minus quam 49′. 8″. Si autem parum augeatur diameter ☽, jam excedit umbram. Certè partem residuam aestimare non potuj, praesertim in circumstantia limbj illustratj a radijs refractis et rubentis.

Finis Tubingae H. 4. 43′
Oritur ☉ in alt. P: $48\frac{1}{4}$ H. 5. 14′
Dist: 31′.

Si ergo finita fuisset Eclipsis in ipso exortu Solis Lincij, dist: Meridianorum esset 31′.

751. KEPLER AN JOHANN FRIEDRICH VON WÜRTTEMBERG

[Linz, Ende 1616]

Stuttgart, Landesbibliothek, Cod. Jur. fol. 211, Bl. 1–2. Eigenhändig

Durchleüchtiger Hochgeborner Gnädiger Fürſt vnd Herr.
E. F. Gnaden ſeind mein vnderthänige arme dienſte jederzeitt bevor.

Gnädiger Fürſt vnd Herr, Ob wol Ich auſſer dem Land Würtemberg, da meine liebe Eltere in E. F. Gn: Statt Löwenberg verburgert, da auch Ich durch Landsfürſtliche Miltigkhaitt, bein studijs in Clöſtern vnd zu Tübingen aufferzogen bin, nu eine lange Zeitt abweſend, vnd anderwärtz mit Kayſerlichen vnd andern Dienſten verhafftet: ſo bin vnd pleib jedoch E. F. Gn: als meinem Herren vnd Landsfürſten Ich mit vnderthäniger pflichtſchuldiger Treu vnd devotion hold vnd beygethan, vnd wünſchete mir nichts mehr, dan das Deroſelben Ich, da es mit Gott vnd Ehren ſein wolte, in meinem Vatterland mit meinen Mathematicis studijs auch würcklich dienen möchte. In maſſen Ich dan niemahlen vnderlaſſe, die von E. F. Gn: Vorfordern, vnd auch von E. F. Gn: ſelbſten mir erwiſene Landsfürſtliche hohe Gnaden, mit begebender glegenhaitt gegen meniglichen zurühmen: auch ſo Ich durch Gottes Segen etwas namhaffts in meinen studijs zu Marckh gerichtet, daſſelbig alſo fürpringe, das der dannenhero verhoffte ruhm nit weniger auff E. F. Gn: vnd mein geliebtes Vatterland, als auff andere meine gebiettende Obrigkhaitten erfolgen möge. Deſſen Ich dan ein geringfüegige demonstration mit gegenwürtigem allerneülichſt in druckh verfertigtem Bericht, von meinem Hauptwerckh Tabularum Rudolphj, im andern bogen vnd deſſen zwaitten blatt Vnder diser Zeitt etc. hiermit in gehorſamiſter ehrerbiettung fürzaige.

Wan dan Ich ſonſten bey allen denen Potentaten Teütſchen Landes, oder auch außländiſchen, wölliche etwa meiner geringen perſon einige wiſſenſchafft haben, vmb meiner Mathematiſchen Studiorum vnd vntadelichen verhaltens willen (ohne rhum zumelden) in ſollichen Gnaden ſtehe: das Ich auff begebenden Notfall zu einem Jeden deroſelben meine Zuflucht kecklich vnd getroſt zunemen vnd notdurfftigen Schutzes vnzweivenlich zuerwarten hette.

Als will Ich der vnderthänigsten Hoffnung geleben, das auch E. F. Gn: als wölche in Beschutz- vnd Befürderung gutter Künsten vnd Tugenden khainem Potentaten nichts bevor geben, Mich als dero vnderthonen vnd Stipendiarium nit weniger mit Landsfürstlichen Gnaden ansehen, Meine hiermit an E. F. Gn: langende demüetigiste flehenliche bitt gnädiglich erhören. Nämlich In sachen meiner Muter Katharina Kepplerin erlebter Wittib, wider böse vnleidliche Verleimbdungen angefangner, aber übers Jahr hochbeschwärlich auffgezogner, vnd allererst jetzo, da es dermahlen eines zur Zeügenführung kommen sollen, durch hochpraejudicirliche inquisitiones, Berichte, vnd gefehrliche, Leib vnd Leben antreffende Cantzleybefelche, allerdings vnterschlagner Rechtführung etc. Dero Landsfürstliches Gnädiges Einsehen interponirn, vnd hiermit sonderlich meinen sonsten zimlich bekanten gutten Namen vor angedroetem grossen Spot vnd Schimpff gnädiglich retten vnd bewaren werden.

Vnd weil Ich diser Zeitt dermassen verhafft, das mir nit müglich von hinnen abzukommen vnd aller sachen beschaffenhaitt gegenwürtig nachzufragen, desthalben Ich von hinnen auß mehr in specie nichts aigentlichs anzubringen oder zu suppliciren waiß; solliches auch in ansehung meiner Mutter sehr mächtigen vnd auffsetzigen Gegenparth, in alle Wege gefehrlich sein will: Darneben aber Ich doch mit guttem gewissen vor Gott beteüere, das Ich khainen andern bericht nit habe, dan das mein liebe Mutter | nit allain in Irer anhangenden Clag wol fundirt, vnd zu 2
derselben bey gefahr leib ehr vnd gutt genötigt worden: sondern auch an der neülich eingestraiten vnd nach Hoff berichteten Bezüchtigung vnschuldig, vnd eintweder mit boßhafftigen Calumnijs, oder doch auffs höchst mit vnerfindlichen, durch die geclagte verleimbdung selber verursachten superstitionibus beschwärt worden sein müesse.

Als hab Ich es nothhalben dahin stellen, vnd meinem Advocaten die aigentliche befindende Notdurfften auff einen oder andern fall bey E. F. Gn: in meinem Namen gehorsamlich supplicando anzubringen, anbefehlen müessen. Mich baider Orten zu gnädiger erhör- vnd gewehrung gehorsamist flehentlich empfehlend.

E. F. Gn: Vnderthäniger gehorsamer gewester stipendiarius

Jetzo der Röm: Kay: Mt. vnd einer Er: Landt des Ertzh:
Öst: ob der Ens Mathematicus

Johan Keppler

752. GEORG CHRISTOPH VON SCHALLENBERG AN KEPLER IN LINZ

Leonbach, 2. Januar 1617

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 339–340. Eigenhändig

339 S. d.

Alterâ te uoce alloquor Nobile et clarissimum Austriae nostrae astrum, nuper coràm, cum te diu desideratum et magnis ac multis apud exteros mihj nominibus commendatum, primò apud Vitricum meum Illustrem videndum fuerim consecutus, nunc per litteras cum tuis indigeam officijs et laboribus. Inprimis à supremo Datore faelicissimum opto anni ingressj auspicium, et quamvis, dum communi donario in- † clutos ordines, et me affeceris donario eximijs tuis oblatis Ephimeridibus, iterum tamen pro priuatâ mihj strenâ posco, ut imposterum saepius familiaria habeamus per litteras colloquia, in quo nunc initium facio, tu porrò perge, me tuis erudj et rusticam meam Musam corrige. Causae verò caput quod his te compello exinde ortum, vidi propridiè Ephimerides tuas apud quendam, et obiter percurrj anni Thema extructum, in quo pro judicij mej tenuitate paulò penitius animum tuum introspexj ut qui mundj vanitates immundj, rixas, laudes et fumos rides, ad sedulam hortaris officij verioris culturam et concordiam, quae quo animo abs te dicta sat novj, alij non item, ut qui partim te Atheum, partim haereti- 339v cum, partim assentatorem | Philautum, et nescio quid proclamarunt, juxta illud qui aedes in via extruit, uxorem ducit et libros edit se omnium orj exponit. Officiose igitur rogito ut hoc meo famulo exemplar illius quod dicunt Calendarij novj transmittas, quò diligentius examinare queam. Si et alia quaedam nova ad vos appulerunt me eorum redde participem, cumprimis si quae de Fraternitate quam Roseae Crucis vocant adeptus fueris, de quo negotio summo desiderio tuum desidero judicium. Videris quippe mihj in schola philosophica in qua nil prophanum agere militem, nec jugo illo servitij scribarum et cathedrariorum scholastico premi sed jugj gaudere libertate et animj tranquillitate. Haec sunt quibus tibj molestus fierj voluj. Vale mi Domine charissime clarissime, haec boni consule et me ama quod feceris, si jam in respondendo et porrò in compellando sedulum te apud me exhibueris. Iterum vale. Datum Leobaco die 2. Januar. Annj 1617.

Tuj amantissimus
Georg Christoph de Schallenperg mpp.

Dem Edl hochgelertten Herrn Joannj Kepplero 340v
Philosophiae Magiſter, vnd Kaiſerlich peſtellter
mathematico in Linz, Meinem ſonders lieben
Freint zuhendten. Lintz

753. GEORG CHRISTOPH VON SCHALLENBERG AN KEPLER IN LINZ

Leonbach, 9. Januar 1617

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 341. Eigenhändig

Salve Nobilissime Clarissime Domine, litterae tuae quae heri sub cre- 341
pusculum mihj fuêre traditae perquam gratae fuerunt, siquidem et munere me duplicj affecerunt, et alia ab amico meo intimo Domino Besoldo perquam digna et importantia nuntiarunt, gratus itaque abs te † hoc officij cognosco et vicissim me tibj utique paratissimum offero. Habes hâc 18. quoque crucigeros quos meo expendistj nomine. Tabellarius quod meruit servitio manu meâ accipit. Imposterum verò officiosè rogito sicubj litterae amplius ab eodem meo Besoldo ad te dabuntur occasione aliqua, statim tabellario mihi transmittere ne differas et si occasio se offerat certa et fida eidem hunc litterarum fasciculum ad eundem responsorium commendare et pro honorario 12. crucigeros qui assunt exolvere velis, **den mier ſehr hoch vnd wichtig daran gelögen.** De ijs quae multis ad me nuper perscripsistj pagellis jam loqui tecum festi- † natio prohibet faciam verò propius. Interim verò Tuus ero qualis quantus. Leobacj 9. Jan: 1617. **Für bede tractet groſſen dankh. Kan ich dem herrn wider dienen oder gefeltt ihme bey mier etwas iſt Es zu ſeinen Dienſten. Bitt nochmahlen diſe Prieff nach Tybingen einer gewiſſen glegenheit zuvertrauen daran nahmen vnd zeitt auffzuzeichnen vnd mit fleiß zu recommandieren den mier ſehr hochwichtig vnd nöttig hieran gelögen iſt.**

Georg Christoph à Schallenperg mpp.

Herrn Joannj Keplero Mathematico jnsignis, 341v
Meinem vertrautten lieben Freundt. Lintz

Bemerkung von Keplers Hand: Accepj 12 Jan: per alium tabellarium, qui literas Welsae accepit ab eo quem ego misj. 24 Jan: **Sebaſtian Aichern Landſchafftbotten nach Regenspurg zutragen, vnd alda mit vleiß zubeſtellen gegen eim** recepisse.

754. KEPLER AN MATTHIAS BERNEGGER IN STRASSBURG

Linz, 7. Februar 1617

Original unbekannt. Erster Druck: Epistolae J. Keppleri et M. Berneggeri mutuae, Argentorati 1672, S. 30–35

S. P. D.

Quas ad me $\frac{16}{26}$. Dec. Argentina scripsisti literas, attulit Ammonius, tanto gratior adventu, quantò ego jam diu tui meique causa fui sollicitus.

Gringalleti ingenium ex transmissa disputatione agnovi, amoque hominem nondum visum. Qui si patientiam secum afferet laboris taediosissimi computandarum Ephemeridum ex meis praescriptis; hoc illi praestabo de meo, ut desiderio nullo teneatur instituendi pueros.

Statum hujus scholae describes ipsi ex propria tua scientia, ne vana spe ductus aut extra mea studia, alia circumspectans, serò se deceptum queratur. Compinguntur in domum provincialem discipuli, onerantur lectionibus, occupantur horae, ut nemini libeat ad me vel alium foràs exire, discendae Geometriae, Linguaeve causa.

Praeterea cum sit Genevensis, cumque ad me sit concessurus, qui Theologis hujus loci, Coloniae Wirtembergicae, sum sudes in oculis: haud facilè fieri poterit, ut cujusquam Austriaci liberis praeficiatur, religionis Calvinianae obstante metu. Forti igitur animo capessendum illi erit studium Astronomicum: mensam habebit eandem quam ego, philosophicam. Pecuniae tantum addam (pro re nata et prout utilem mihi collocare poterit operam) quantum ipsi non solum ad vestem necessariam fuerit opus, sed etiam ad viaticum. Caetera incertiora mitto; etsi habet Witteberga, habet Altorffium, habet et Francofordia ad Oderam Matheseos Professores, qui me aliquando juvarunt in studiis. Studia mea liberaliter communicabo; nec ulla erit exceptio, nisi ut ad eadem mihi reciprocè obligetur, ad quae sum ego Braheanis haeredibus obligatus.

Deseror à Caesarianis fisci procuratoribus, non solvuntur reliqua mea, videtur Astronomiae matri petendum subsidium ab Astrologia filia mereticula. In id igitur incumbit Typographus meus, ut magnum aliquem numerum prognosticorum meorum extrudat; cupitque certior fieri, num aliquis numerus Argentinae distrahi possit. En tibi exemplum horni prognostici: praefationem ejus cogito recudere in sequentis anni prognostico, si vixero. Eam tu, cor Amicorum, lege ut personatam. Certatum enim scias in Comitiis de meo salario, oppugnantibus me plerisque ex equestri ordine, defendentibus Baronibus: vicique (rerum igna-

rus) pluribus votis. Quin etiam in solatium ignominiosae oppugnationis, ad Cal. Jan. decretum mihi honorarium pro dedicatione, vereor ut id sit à victoribus, ad provocandum dolorem partis victae. Nam nullo velo palliata est invidia meorum adversariorum: constat inter omnes, religionis esse causam, quaecunque alia praetexant. Haec ut amici in sinum effundo; Tu vale meque ama. Lincii. D. 7. Febr. 1617.

Post scripta.

Ad literas D. Floriani Crusii, cur minus in praesens respondeam, in causa est moles negociorum; scribendum enim in Wirtembergiam in causa forensi matris meae, quam mecum habeo. Salutem illi meam nuncia, et quod de Copernicana quaerit Epitoma, in ea lentè Typographum progredi, nec me posse ad nundinas de ejus industria liquidò quicquam polliceri: motum quidem Terrae diurnum omnibus copiis instrui, et sperare me de ipso, qui philosophus est, triumphum liquidum. Literas ejus pietatem spirantes, me exhibiturum quidem legendas, at quo successu, dicere non posse, cum plerique, per quos agendum, id impensè soleant intersepire, quod mihi gratum esse intelligunt.

Prognostici exemplar unum sufficiet utrique vestrum; Tabellarius enim pondere fasciculorum intendit mercedem. Salutem ei jussit ascribere D. Daniel Hizlerus, praeclarissimè pollicitus operam, si qua in re possit illi prodesse, praedicator ejus donorum et diligentiae.

755. CHRISTOPH SCHEINER AN PAUL GULDIN IN ROM

Prag, 12. Februar 1617

Graz, Universitätsbibliothek, Ms. 159 (I, 9). Eigenhändig

. . .

Vidi hic Pragae Instrumenta Tychonis Brahae, mirè squallent, mirè distracta et diffracta iacent; uix tria aut quatuor integra reperias. Sunt ea in aedicula hortensi Imperatoria, ad speculandum caelum (ut apparet) percommode constructa. Sed Musae Mathematicorum hisce in oris lugent: nullus est Pragae alicuius nominis Mathematicus, nullus in Bohemia, in Morauia nullus, nemo in Austria (excipio Keplerum Lincij degentem, quem in ascensu meo adibo). Habet haec prouincia hoc tempore nullum: dolendum sanè est, studium hoc in nostra Societate ita languere. causam ubique et uideo et audio istam, quod philosophj

nostrj, in hoc minimè philosophj, eam qua uerbis quâ scriptis atque editis libris premant, rideant, dissuadeant auditoribus suis, publicè, priuatim.

756. KEPLER AN SEBASTIAN FABER IN STUTTGART

[Linz, Anfang 1617]

Stuttgart, Landesbibliothek, Cod. Jur. fol. 211, Bl. 4–7. Eigenhändig

4 S. P. D.

Nobilis et Amplissime Vir, Patrone observandissime. Hactenus per Dej Gratiam secundâ famâ navigavj: cum ecce superiorj anno subitò coorta tempestas navim meam in scopulum periculosissimum impegit, non mea quidem propria, sed Matris meae sinistro fato, cujus tamen omne damnum in facultatibus, omne dedecus in filium redundat. Nuper admodum tristes meorum literas accepi, quibus me tempore multis nominibus importunissimo inde Lincio in Wirtembergiam in auxilium trepidj advocant. In omnium igitur auxiliorum inopiâ, dum circumspicio undique, ausus sum de Nob: Ampl: Tuae benevolentia fiduciam nonnullam concipere; qua nonnihil recreatus, et spe bona suffultus, Nob: Amp: T^am^ sollicitus adeo, orans atque obsecrans, horam unicam impertiaris amicorum meorum unj sese ad narrandum infortunium meorum offerentj, quodque ex usu futurum est abs N. A. T^a^ petituro meo nomine. Quod si uti absens conjicio, Princeps Ill^mus^ per libellum supplicem, erit adeundus; cum hae subditorum querelae non soleant altius penetrare animos Principum, sed remittj ad Expeditiones usitatas: cura quaeso Nob: et Ampl^e^ Vir, ne negocium frigidè nimis ad eos ipsos remittatur, quos jam adversarij nostri et praefectus Leobergensis praeoccuparunt in nostram perniciem.

Eum qui tibi de meis referat, tecumque agat, Rittelium fore puto; non 4v sum tamen certus, cum | sim absens. Quod si hac spe excido, res eo redibit, ut Nob: Amp: T^a^ sit amplius obsecranda literas ad Rittelium scriptas, ipsa resignet per meos oblatas, narrationemque ex lectione percipiat, qua opera N. A. T^am^ occupatissimam equidem percuperem levatam.

Jam scriptis huc usque literis venerunt ad me Lincium Mater cum fratre Christophoro cive Leobergensj ex quibus rem omnem, ut gesta est, didicj. Ex eo tempore, cùm in territorio Leobergensj comprehendj coeperunt Sortiariae, earumque artes nocivae in vulgus Leobergensium imperitum et superstitiosum disseminarj: extitit Leobergae mulier phre-

netica et paenâ impudicitiae publicae infamis, quae cùm prius occasione contractus cum fratre meo, fusore Stannario, exarsisset in rixas, in quibus illi sua dedecora, ut fierj solet, primum a fratre objecta, postea a matre repetita fuerunt, odium implacabile concepit, eoque dictante, et sagarum confessionibus de similibus maleficijs perpetratis a se admonita, Matrem etiam meam in vulgus veneficij ream facere caepit, affirmans, haustum sibj quondam a matre mea propinatum, quem è vestigio morbus ille suus sit consecutus. Fama malum, quo non aliud velocius; statim enim in gente superstitiosissima serpsit haec suspicio, cum argumentum ab aetate matris meae septuagenaria necterent, aque vitijs nonnullis, quibus laborat mater mea, ut sunt nugacitas, curiositas, ira vehemens, imprecationes, pertinacia in expostulationibus: quae vitia in hac aetate sunt eo locj vulgatissima. Itaque matris meae occursus caepit haberj inauspicatus, eique imputarj rumoribus incertis pecudes aliquae morientes. Mater irarum et furoris plena quo magis expostulavit cum faece populj, hoc magis famam et suspiciones auxit. At phrenetica confirmata rumoribus, quos ipsa prima seminaverat, | succrescentibus, tandem graviter decumbens, accersito Ecclesiaste, SS. Eucharistiae sumptione confirmavit suas de matre mea querelas; saepius a matre mea per internuncios admonita, tantum abest ut desisteret, ut potius 14 Augustj annj 1615 Praefectum adiret, assistentibus ei Marito, et fratre Chirurgo, cive Tubingensj, juniorum Principum tonsore, qui eo die fortè cum Principum uno Leobergae erat. Vocata mater mea, auditae querelae; mater se defendere, cum Tonsor diris imprecationibus minis atrocissimarum paenarum facta miscuit, et nudato superius gladio pectus matris meae stringens identidem devovit se diris, nisi mater sororem suam restituat, sua manu casuram. Jussu praefectj post longam conniventiam rixa cessavit. Non erat integrum matrj factum hoc inultum transmittere, ne alij hoc exemplum secutj cumularent olim indicia Maleficij; actione instituta, assistentibus fratre et sorore meis, liberis ipsius, phreneticam eo redegit, ut cogeretur respondere, quamvis diutissimè tergiversata, quod ejus marito magna pars judicum arcta necessitudine cohaereret, praefectus ejus fratrj Chirurgo impensissimè faveret, gratiam forte Principum hac via aucupans. Itaque non ante exactum annum impetrare potuit mater mea diem producendi suis testibus, quorum praecipuus erat Praefectus ipse futurus. Dies dicta 21 Octobris, Mater testes nominavit 13 Octobris, injunctum testibus per ministrum publicum 14 Octobris, ut post octiduum comparerent. Cum ecce postridie 15 Octobris, mater in vicinum pagum excurrens incidit in seriem puellarum bajulantium tegulas crudas ad coc-
turam, juxta quas ductu semitae sic transijt, ut illas vestimentis stringeret; animadvertens autem illas fugere et aversarj suum occursum, jam

praetergressa respexit, illasque vicissim vidit respicientes. Erat inter puellas una octennis, cujus mater Burga paucis antè septimanis matrem
5 meam itidem | insimulare caepit maleficij filio suo fratrj hujus puellae illatj: cum certum sit, puerum ab ineunte aetate fuisse malo corporis habitu: sed cùm Burga superstitiones exerceat vetitas, fratremque Divinatorem et curationibus vetitis infamem habeat, ejus consilium secuta instituit filium suum ter lavare seclusis importunis linguis (**vnbeſchrien**
10 **baden**), cùm lavantj supervenit mater mea, debitum quoddam suum reposcens. Hac igitur occasione ortae erant jam antea inimicitiae inter matrem meam et Burgam, quia comminata erat mater mea se Burgam accusaturam. Hujus igitur Burgae filiola, matris suae criminationibus quotidianis jam antea animum praeoccupatum, et de matre mea malè sentientem gerens, caepit cum socijs puellis loqui de transitu Matris meae praetergressae, sic ut tegularius apud quem deponebantur onera, confabulationis et materiae hujus meminerit. Puella ex eo de dolore brachij querj, **es lauff Jme auff vnd ab wie ein ſchneller.** Statim biduo sequentj, antequam existeret querela dilucida, visj sunt commeare Burga
15 et Phreneticae maritus, Burga enim Phreneticae clientula est, quippe familia inops et de publica vivens Eleemosyna: fertur etiam mensa esse caput phreneticae Verbis solennibus pronunciatis (·hoc enim est alias ejus exercitium·) exque ea mensura argumentum desumpsisse morbj maleficiatj. Adfuit intra hoc idem triduum etiam Chirurgus, frater phreneticae, usus equo. Ergo 17 Octobris cum 21 Oct: essent producendj testes, incipit Burga serere querelas, adire fratrem meum ad vesperam, matrem meam transeuntem cultro evaginato adorta jussit restituere filiolam suam: nam cur, inquit, percussistj illam tribus passibus retrocedens? id affirmat filiola mea, omnisque tegularij familia. Re per ma-
20 trem meam ad praefectum delata, et familiâ tegularij accersitâ, inventa est praeter eam quae se laesam asserit, unica tegularij filiola 10 annorum,
6 quae idem affirmat, caeterae quae una proce|debant, nihil de plaga sciunt: Mater mea constantissimè negat. Praefectus tamen de maleficio constanter affirmare, **ſey ein Hexengriff, ſey eben das recht krautt,** videtur Chirurgj Tubingensis authoritatem in hoc sequi, adversarij nostri: tum autem insidiatus Matris meae moribus, ex ijs quae inconsulta faemina, improviso malo circumventa et excussâ spe productionis testium perturbata, effutijt, varia conquirit indicia, ex quibus potissima, quod intra triduum, ex quo repetere debuit memoriam transitionis suae, certae diej
25 oblita erat, cum largiretur tamen, diem illum fuisse, quo crudae tegulae in fornacem illatae: Sic quod cum mater audisset Praefectum ob hanc emergentem levissimorum hominum accusationem (·Maritus enim Burgae quondam furtj paenas luit, Socer carnifex erat campestris, a quo Burgae

cognomen·) renunciare diej productionis testium, perculsa subitaneo incommodo, nam sumptus jam fecerat, Praefecto promisit munus, si dilatâ, quam minabatur ille, Relatione ad Cancellariam, testibus audiendis locum daret: praefectus id pro indicio malae conscientiae detulit ad Cancellariam.

His artibus effugit Praefectus necessitatem imminentis intra 3 dies juramentj dicendique testimonij de re gesta: his artibus sperat Chirurgus impunitatem, his artibus opprimitur delira ob aetatem faemina: sparsit Praefectus rumorem se instructum esse mandatis ad capiendam et ad torturam vocandam matrem meam; admoniti sunt mej de eodem periculo à fide dignis, Inquisitionem ad hanc unam tam levem accusationem, habitam plura detecta crimina, puto hujus omnia similia ab eadem radice pullulantia. Quid agerent mej frater et sororius Ecclesiastes in Haimaden cum multis jam sumptibus effusis, quisque suae metuat incolumitatj? Ergò consilio capto suadent matrj ut ad me iret Lincium secuta meam invitationem seriam, jam dudum factam. Paret illa licet invita admodum, Pergit Vlmam 30 Octob: sed frigore maturo ingruente revertitur. Interim Praefectus perinde ac si studio illam conjecisset in fugam, aedes ejus obserat; rogatus a fratre, quam ob rem id fieret, respondit, ad petitionem Burgae, cujus liberj debilitatj: at non obscurè cumulatum it indicia. Atqui mater mea tunc redierat in | locum 6r consuetum in Haimaden, ad filiam suam: ut fuga nequaquam interpretanda sit ejus ad dies paucos absentia, praesertim cum illam per Ordinarium tabellarium advocassem, cum jam ab aliquot annis id ageretur, ut ipsa cedens administratione bonorum suorum apud me, quietj se daret; cum nihil impediret nisi interveniens lis forensis, studium bonae famae et spes instantis proximè victoriae.

Frater indignitate commotus obseratarum aedium, proficiscitur ad matrem in Haimaden 21 Novembris eaque excita, rursum invita et reluctante, properat ad me, venitque Lincium $\frac{3}{13}$ Dec.

Vides Excell^me^ Vir, quot malis conflictemur. 1. Litigamus in foro multis nominibus nobis incommodo. 2. Adempta est nobis probatio per injuriam, nec enim sumus inhabiles. 3. Praefectus partialitatis in utraque Adversaria manifestus est. 4. Per summam injuriam inquisitio est instituta in matrem (Nequaquam idoneis vel sufficientibus indicijs, quod legitimè probare possumus coram dato judice intelligentj), in qua si adimatur nobis dicta probatio, hauddubiè succumbimus; sin autem ad probationem admittimur, palam faciemus illâ ipsâ, omnes inquisitionis articulos ex prima diffamatione derivatos esse. 5. Adversarius turpis inhonestus, intestabilis, ad nudam delationem, opera Praefectj arrestat nostra bona. 6. Frater metuit offendere magistratum oppidj, cum sit civis

novitius, Sororius metuit ne a sua conditione detrudatur. Ego longè absum, sumptibus careo, cum Caesar non solvat Residua mea, distentus sum studijs et editionibus librorum, unde mea fama, mea adeo salus et praesens salarium dependent. 7. Adversarios habemus impudentia sua potentissimos; nam verisimile est Chirurgum influere in animos Prin-
160 cipum adeoque et consiliariorum.

Itaque quantum solus et absens judicio consequi potui, sic mihi visum est agere.

1. Matrem meam domi meae retineo, ipse versans sub Jurisdictione Marescalcj aulicj, aut quodcunque forum Caesar dederit. Nec possum
7 patj, ut delira et garrula faemina, aetate confecta, vocetur ad purga'tionem mihi ignominiosam, ipsi injuriosam, crudelem immeritam, conjunctam cum summo oppressionis periculo. 2. Mandatarios pro me constituo Tubingae et Stuccardiae, pro matre Leobergae. 3. Supplicationem illis transmisi generalem, jussique addere specialem, qualis utilis vel ne-
170 cessaria videbitur. Id jam non muto, nec aliam scribo, cum ne nunc quidem sciam, quid ulterius sit actum. 4. In Nob: Ampl^{is} T^{ae} benevolentia et patrocinio omnem spem figo, rogans summis precibus, ut meos ad se venientes consilio instruat, ope juvet, quantum fas erit.

Vale Nob: Excell^{me}que Vir, meque patrocinio tuo tuerj perge.

N. Ex^{ae}: et Ampl^{is} T^{ae} Observantissimus

Joannes Keplerus
S. C. M^{tis} Ordinumque Austriae supra Onasum
Mathematicus

7v **Dem Edlen veſten vnd Hochgelährten Herrn** N.
180 Fabro **der Rechten** Doctorj, **vnd Fürſtl: Würtembergiſchem** ViceCancellario: **Meinem Großgünſtigen Herren. Stutgart**

757. JOHANN ANTON ROFFENUS AN KEPLER IN LINZ

Bologna, 1. März 1617

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 208. Eigenhändig

208 Perillustri et lectissimo Domino Joanni Keplero
Mathematico Caesareo Patrono colendissimo.

Non te latet, sapientissime uir, eum esse uirtutis splendorem, ut ignorantiae tenebris delitescentes, eius tamen aliqua scintillula illustratos ad se uocet, et quasi nolentes trahat. Hinc est, quod ego igno-

tus tibi licet, sapientiae tuae fulgorem ab Academia nostra Bononiensi haud facile patiar abesse. Sapientissimus Joannes Antonius Maginus clarissimum mathematicarum lumen, parens eius, quae in me est, scientiarum scintillae elapsis diebus ad aeternam astrorum cognitionem, ut putamus, e uiuis abductus est. moeret Academia Bononiensis, ademptum sibi lumen luget, nouum Apollinem inuestigat: quem inuenerit opinor, si hoc onus subire non recusaueris: Ego enim pro mea uirili ubi tuam ad hanc sedem nouero uoluntatem enitar, ut quae scriptis promo, re ipsa comprobentur. Annue sapientissime uir, et innue, et si forte binas eiusdem tenoris literas à me tibi redduntur, nulla te capiat admiratio, nosti enim fortunae ludibria, quae uitare mens auida pro uiribus non erubescit. Non plura facerem, ne te ad maiora properantem morarer, ardori tuo ardentem hanc meam cupiditatem adscribe. Ephemeridum quas, ut ex tuis ad Maginum cognoui literis, cogitabas tabulas, num typis commiseris, si per te nouero, me iam pridem tibi deuinctum reddes deuinctissimum. Interim hoc sit beneuolentiae in te meae pignus aeternum. Viue felix, et uale. Bononiae Kalendis Martij 1617.

Perillustris et lectissimae Dominationis tuae Addictissimus

Joannes Antonius Roffenus
philosofiae publicus professor

758. ERASMUS VON STARHEMBERG AN KEPLER IN LINZ

Eferding, 7. März 1617

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 56. Eigenhändig

Edler vnd hochgelerter lieber Köplere. Meinen geneigten willen beuor, vnd hiebei erindert das man in den wäliſchen Zeüttungen von Prag vom 15 Febr: ſchreibt wie ein ſtundt in der Nacht ein Neüer Comet geſehen werde, ſo ir dergleichen wiſt, ſo erindert michs zeitlichen, vileicht iſt es der Citation ein vrſachen. Wintſche eüch von Gott ein glükſelige reis vnd gewintſchte verrichtung vnd vnterlaſt nit H. Obr: Camerer meine ſchuldige dienſt zuuermelden, den ich halte jhn für meinen alten Patron. Neben fr: grües Gott beuolhen. Eferding in großer eil, den 7 Martij 1617.

E. gutwilliger freündt

E. von Starhemberg

Nobili et Clarissimo uiro, Johanni Keplero
S. C. Maiestatis et ordinum Austriae superioris Mathematico amico suo reddantur. Lintz

759. FLORIAN CRUSIUS AN KEPLER IN LINZ

Strassburg, 5. März 1617 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 322–323. Eigenhändig

322 S. P.

Tuas, vir summe et optime, literas à tribus tuis summis amico, servitore, observatore et cultore, clarissimo videlicet Domino M. Berneggero, tum D. Gringalleto et me dudum expectatas, 4 Nonarum Martij tempore scilicet opportuno accepimus: trium loco ego solus (atque utinam non solus!) respondeo: et primum quidem clarissimj nostrj D. Berneggerj nomine, qui haec tibi per me rescribj vult: ipse enim gravissimo capitis affectu (proh dolor!) implicitus non potest: Deus suâ gratiâ pristino eum roborj restituere ut coepit pergat. Scribis gratulabundus pro tuo amore, vos jam Ammonianj negocij onere perfunctos esse; idem et ipsi D. Berneggero jamdudum videbatur: sed eodem die quo tuae, paulo intervallo post mercatoris Norimbergensis literae venerunt, quae aliud loquuntur. Is enim homo qui de pecunia pro Ammonio mercatorj Norimbergensj deponenda mandatum habuit, non plus 400^{is} florenis exposuit, quos etiam mercator proximis nundinis hic Argentinae persolvit: debitum autem Ammonij hac ratione nondum deletum erat: sed summa adhuc 215 florenorum creditoribus persolvenda restabat: quam mercator, quod de ea nihil ipsi constaret et nihil praeter dictos 400 florenos ab Ammonianis accepisset, primum exolvere recusavit: victus vero prece D. Berneggerj et indemnitatis, ut vocant, cautione è manu ejus accepta reliquum debitj annumeravit. At hesterno die, ut dixj, scripsit sibi pecuniam expositam à danista Ammonij denegarj, et ita obliquè quasi innuit D. Berneggerum vi datj chirographj ad eam sibi reddendam obligatum esse. Vides, vir optime, quanta molestia morbum hunc quocum amicus tuus summus et fidissimus hucusque graviter satis conflictatus est, augeat. Te ergò per Dej, tuum suumque amorem, quem ad hunc usque diem invicem sanctè coluistis, rogat, ne se hoc in turbine rerum deseras, et ut antehac sic jam apud D. Ammonium et curatorem ejus D. Guroldum instes, ut dicta pecunia prima quaque occasione mercatorj istj Norimbergensj renumerarj curetur; sperat etiam D. Ammonium pro suo tum animj candore tum erga ipsum amore et benevolentia non concessurum, ut in eum ex hac sponsione damnum aliquod redundet. Quod ipsum omnj officio, modò Deus vitam et sanitatem (quam ipsi ex animo unâ tecum voveo et

precor) concesserit et tibi et Ammonio compensare studebit. Hoc rogo (si quid etiam meum abjectum quidem et pulvere foedatum, tibi tamen, quod scio, non invisum nomen in conspectu animj tuj valet) tanto majorj, patrone certissime, tibj sit curae, quantò majorj ipsum in dolore tum propter hanc rem tum propter morbum jam esse putas.

D. Gringalletus salutem et officia sua promptissima tibj per me nunciarj petijt, seque ea conditione, quam ipsi obtulisti, maximè esse contentum dicit: et ad nostrum pascha, Deo volente, Linzium se conferet. Habebis hominem, ut spero, diligentem et doctum negocioque tuo, in quo versaris, non inutilem.[1]

Me quod attinet, maximam me tibj habere aut debere gratiam, quod *322r* tantae tibj curae sum, non dicam; scis enim ipse quo animo ego beneficia à quibusvis ne dicam à bonis et quidem à te in me collata accipiam. De literis meis, quas te legendas exhibiturum dicis, nescio an dignae sint, quae ab arbitro aut judice severo legantur: ad amicum enim et fautorem intimum, animum meum sine ulla diligentia in illis effudi. Sed quod factu commodum videbitur, facies: successum mecum Deo committes, scio enim contra hunc nil posse invidiam, nil valere labores; et absit ut ego propterea doleam. Hoc doleo me exemplar tuj prognosticj non habere; nam, quod scribis sufficere nobis istud quod misistj, non sufficit: non enim satis est mihi semel tua legisse, sed saepius relegisse et identidem ea tanquam imaginem tuam inspexisse: quare huic tabellario nostro, si voles, exemplar mihi reddendum probè convolutum tradere poteris, à me ubi attulerit mercedem accipiet. Argentinae calendarij tuj exemplaria procul dubio multa possent vendj, si adessent, et nostros bibliopolas proximè futuris Francofurtensibus nundinis, cum nactj fuerint coempturos scio, et duplicato precio hic vendituros; is eorum mos, ut omnia tua scripta cariora praetendant eò quod ipse proprijs pleraque sumptibus excudi cures. Status meus per Dej gratiam multò quam hactenus fuit melior est, idque ope et consilio D. Berneggerj, cuj hoc totum debeo, quod jam non amplius meo sumptu cibum quaeram, sed in affinis ejus hospitio liberalj mensa fruar, et tres herj mej filios instruam.

Excellentissimo Domino Danielj Hizlero gratias meo nomine ut agas oro maximas quod et ipse eo erga me animo sit, quem mea tenuitas hactenus promererj ab eo nondum potuit, si quid inposterum potero, faciam: et salutem quaeso meis verbis ipsi plurimam dicas: ut et D. Rectorj, nec non conjugj liberisque tuis charissimis, Domino item Megisero, D. D. Springero, D. D. Persio. Vale vir Excellentissime et salve à tuis tribus D. Berneggero, D. Gringalleto, et me. Dabam Argentinae 3 Non. Mart. Anno 1617.

D. Gotthardus Carl multam per me tibj tuisque Salutem dicit. Rogo ut brevibus, si fierj potest, per tabellarium hunc Argentinensem de negocio D. Ammonij quid tibj videatur D. Berneggero rescribas.

T. Excellentiae deditissimus
Florianus Crusius

Post scripta.

Cum jam literas has obsignare pararem ad tabellarium eas delaturus, ecce haec à D. Berneggero per famulum ad me schedula mittitur; in qua, ut vides, alia quaedam quae antea mihj injungere oblitus erat, monentur: mihi autem alijs negocijs etiam occupato, epistolam scriptam immutare non licuit: quapropter schedam ipsam hic inclusam ad te mitto, et, ut antea, sic denuò tam D. Berneggeri quam meo nomine rogo, ut virum hunc optimum tua opera ex intricatis istis et satis diu molestis molestijs, quantum potes, vindicare non graveris. Quod beneficium et nos quantum poterimus nostris officijs compensare studebimus. B. V.

T. Excellentiae amantissimus Idem qui supra
Florianus C.

Clarissimo et Excellentissimo viro Domino Joannj Keplero, S. Caesar. Majestatis et ordinum superioris Austriae Mathematico celeberrimo, Domino, amico et patrono meo summè colendo. **Linz in Oberöſterreich in der Hoffgaſſen zuerfragen.**

760. KEPLER AN KAISER MATTHIAS

[Prag, Ende März 1617]

Wien, Haus-, Hof- und Staatsarchiv, Impress. K 35, fol. 185–186

Allerdurchleuchtigiſter Großmechtigiſter
Römiſcher Kayſer, auch zue Hungern vnd Behaimb Khunig.

Allergnedigiſter Herr. Demnach Ich von der hievorgeweſten Kay: Mtt: Anno 1601 zue einem Mathematico **aufgenommen worden, vnnd eine Zeitlang gedienet, haben dieſelbe mich mit einem** general priuilegio, **auf meine** Mathematiſche **vnnd** Philosophiſche **Bücher deren Ich einen** Catalogum **gehorſamiſt eingereicht, auf funfzehen Jahr von eines Jeden außferttigung allergnedigſt begabt, in maßen daßelb von H:** Coraducio Vice **Cantzlern** signirt, **und in der Reichs** registratur **zue finden iſt.**

Wann dan folgendts Eur Kay: Mtt: mich anderwerts mit einer Monatlichen Beſoldung beſtellet, und in dero Dienſten Ich nunmehr funff Jahr zugebracht, Als Gelanget an Eur Kay: Mtt: mein alleruntherthenigſtes Bitten, die geruhen, Allergnedigſt mir ſollich hieuor erlangtes Priuilegium nit allein zue confirmiren unnd außfertigen zu laßen, ſondern auch, weill Ich unter andern meinen Büchern, ein ſehr muheſames werckh Ephemeridum ad Annos 30 praeteritos et 50 sequentes unndern Handen habe, unnd Eur Kay: Mtt: zue dedicirn im willens, welches zum drückhen großen uncoſten erfordert, daran mir und meinen Erben, all vnſer vermögen gelegen ſein wirdt, in anſehung deßen ſolches abſonderliches werckh etwas lenger, nemblich gar auff 30. Jar zue [1] priuilegirn: dieſe Kay: Gnadt gereicht Eur Kay: Mtt: ſelbſten *185r* zue ſonndern großem Ruhm, unnd Ich wills mit gehorſamiſten Vleiß in Eur Mtt: gefelligen Dienſten, auch eufferigen gebett zue Gott für dero Langwurige geſundtheit vnd gluckſeelige Regierung, möglichiſt beſchulden, Eur Kay: Mtt: mich zue Allergnedigiſter gewehrung gehorſamiſt empfelenndt.

Eur Kay: Mtt:

Alleruntherthenigiſter unndt
gehorſamiſter Mathematicus

Johann Kepler

An die Röm: Kay: auch zue Hungern vnndt Behaimb König. Mtt. *186v*

Johann Keplers Mathematicj gehorſamiſtes Suppliciren.

P. Confirmation vnndt ampliation ſeines priuilegij. Praes. 4 Apr: Anno 1617 †

761. KEPLER AN JOHANN ANTON ROFFENUS IN BOLOGNA

Prag, 17. April 1617

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 209–210. Eigenhändiges Konzept

S. P. D. *209*

Quas ad me Cal: Martijs dedisti literas, Nobilis et Clarissime Vir, eodem exemplo geminas accepj, argumento quidem luctuoso, propter amissum summum in Professione Mathematica Virum, D. J. Antonium Maginum mihique amicissimum (· cuj cum triumphantj Beatarum Animarum coetu aeternum benè sit;) mihi verò perhonorificas, ob delatam successionem, in illa Academiarum Europae omnium Metropolj Bononia, verè Matre studiorum, quam unicè suspicio et colo: qua

invitatione simul demonstrastj singularem in me nunquam visum amoris affectum, et rebus ipsis addidistj verborum ornatum tanto beneficio convenientem.

Etsi verò constituj primùm atque ad S^ae C^ae M^tis audientiam admissus fuero, tuum, Vir Clarissime, hoc est Academiae Bononiensis de me judicium exponere, petitionem proponere: dissimulare tamen interim non possum, quid in causâ versetur; ne si forsan ob incommodam Valetudinem Caesaris mora nonnulla intercedat, Ego vel diligentiam tuam in me promovendo superbè contemnere, vel desiderium callidè differre videar. Nimirum Ego natione, animoque Germanus sum, Germanorum moribus imbutus, ijs vitae, hoc est (more Germanico inter literatos etiam recepto,) conjugij necessitatibus innexus, ut si vel ipse Imperator annuat, non nisi difficilimè domicilium ex Germania sim translaturus in Italiam. Ac etsi me gloria stimulat, ex honestissimo loco in consessu venerando Professorum Bononiensium relucens, et spes profectus apparet, cum publicè in professione, ob auditorium frequentissimum, 209v tum privatim in augenda re: | at vicissim illa vitae pars acta est, quae rebus novis excitarj solet, quaeve delicias Italiae vel concupiscat, vel diuturnum earum fructum sibj pollicerj possit. Accedit, quòd à pueris ad hanc usque aetatem, Germanus inter Germanos, ea libertate morum et sermonis sum usus, cujus consuetudo mihi Bononiam transeuntj adhaerens, facile si non periculum, saltem Notam aliquam caussarj, suspiciones concire, meque Corycaeorum delationibus obnoxium reddere † posse videtur. Quare non opinor vitio mihi vertes, si comparatione praeteritorum et futurorum, cautionem hic, licet fortè superflua sit, adhibendam censeam.

Quod si jam per voluntatem Imperatoris, ut hactenus, sic porrò quoque, fuerit locus Virtutj Germanicae demonstrandae; ejus hanc vim esse non ignoras, ut nulla militem bellj pericula, nullae literatum propositae conditiones, licet amplissimae, ab Imperatore suo abnuente facilè abstrahant.

Non tamen despero, quin isthaec tua honorificentissima invitatio mihi bono sit cessura, et hoc effectura, ut Praefecti fisco Caesaris promptius quàm antehac Imperatoris suj voluntatem in me adjuvando sequan- 210 tur; Egoque tanto citius Tabulas Rudol|phinas, Ephemeridasque, quarum delineationem jam a tot annis notam habes, in lucem edere possim; itaque te authoresve tuos scriptionis hujus, licet in praesens irrita videatur, non paeniteat.

Si quâ porrò in re meam desideras operam effice quaeso, ut materiam habeam demonstrandae meae in te inque florentissimam Academiam gratitudinis. Vale. Dabam Pragae (·quorsum Lincio sum evocatus a

Caesare, ante dies non ita multos·) XV Cal: Majas Anno aerae vulgaris M DC XVII.

Nob: Cl: Ex:ae Tae Officiosissimus

Sae Cae Mtis Mathematicus
Joannes Keplerus

Nobili Clarissimo Excellmoque Viro D. Joannj Antonio Roffeno, Philosophiae publico Professorj in Alma Academia Bononiensj, Domino colendo. 210v

762. GEORG CHRISTOPH VON SCHALLENBERG AN KEPLER IN LINZ

Leonbach, 25. April 1617

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 342. Eigenhändig

S. D. 342

Nobilissime et Clarissime Domine Keplere, amice jocundissime. Pro humanitate tua et prompta inseruiendj voluntate quàm antea fui expertus iterum te accedo, rogitans, ut si quae occasio certa et cuj fidendum sese offerret Tubingam itura, hunc fasciculum litterarum Domino Besoldo mittere, Tabellario verò 12: kr. qui assunt mercedis loco tradere velis, id sicubj demererj potero nullj deero rationi, vt qui tibj tuisque perpetuo sum, eroque nunquam non paratissimus promptissimus. 25 April 1617 Leobaco meo.

Georg Christoph à Schallenperg mpp.

Dem Edl hochgelertten Herren Joannj Kepplero, **löblicher Landtſchafft des Erzherzogtumbs Oeſterreich ob der Enß beſtelltten** Mathematico. **Meinem ſonders lieben Freindt zuhenden.** 342v

763. JOHANN HARTMANN BEYER AN KEPLER IN PRAG

Frankfurt a. Main, 18./28. April 1617

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 281. Eigenhändig

S. P. et amica obsequia. 281

Literas abs te $\frac{5}{15}$ Januarii ad me scriptas, Vir Clarissime, $\frac{12}{22}$ Aprilis rectè accepi: et ad monita earum, quae pag. 19 Stereometriae tuae dolii Austriaci germanicae corrigenda erant, in exemplo meo mutavi. †

Si medicae occupationes, quae mihi admodum multae, non in urbe saltem, sed apud vicinos magnates sunt, admittent: legam totum opus tuum, eruditissimum: quo omnes mathematum studiosos, et me praesertim tibi devinxisti. Antidori loco tibi heîc transmitto Canonem † arearum segmentorum circularium, diligenter à me, nec sine labore, Anno 1610 confectum. Hujus adminiculo, cujuslibet circularis segmenti area facilimè inveniri; et soliditas quoque seu capacitas partis vacuatae dolii, sive quantitas liquoris in dolio residui, explorari potest. † Facilis admodum calculus est: si δεκαριθμήσεως ratio nota sit. Supputavi etiam Canonem arearum circularium: ad partes diametri 1000: cujus rudimentum vides. Ut de usu judicare rectius queas: addidi informationem, et exempla, mensoribus plebejis apud nos à me vernaculâ linguâ praescripta. Editum quidem opusculum geodaeticum est, à Johanne † Sems, et Johanne Petri Dou, cum tabulis necessariis ad id negotium. Sed calculi mei ratio, infinitis modis facilior est, et magis expedita. Quod in praxi videre est.

Proximo mercatu nostro autumnali, Anno 1616, incidi in Cyclo- † metriam novam Philippi Lansbergii: in qua auctor adserit, se primum aperire viam, cuicunque circulo proposito aequalem rectam describendi: quae totos bis mille et sexingentos annos à magnis viris quaesita, à se primùm, Dei opt. max. beneficio inventa, jam in omnium conspectum sistatur. pag. 22. et 24. Theorema tale ponit, Cyclometriae suae unicum fundamentum. Si radius erectus AB, et arcus quadrantis BD, quoties opus aequibisecentur: (· statuit verò in parvis circulis unam aequibisectionem sufficere ·) tumque per puncta ultimae bisectionis E et C, recta EF ducatur in tangentem DG, radio dicto parallelam: Abscissa tangens DF, arcui dicto DC, est aequalis. Hoc, alio theoremate adstruere nititur: Si arcus dati adscriptae, ad dimidii arcus ejusdem adscriptas, fuerint, ut arcus ad sui dimidium; arcus et adscriptae, in dato circulo, vel minoribus, aequales erunt. Sed prope circuli contactum, dati arcus adscriptae, ad dimidii arcus ejusdem adscriptas, sunt, ut arcus ad sui dimidium. Ergo, prope circuli contactum arcus et adscriptae sunt aequales, in dato circulo. Assumtionem auctor nulla demonstratione lineali confirmat, sed testimonio Copernici, et numeris. At error heîc manifestus est. Nam arcus ad sui dimidium verè, absolutè, et in omni circulo duplus est: arcus autem et adscriptae, non verè, sed tanquam (· ut Copernicus † loquitur ·) una linea fieri videntur, et earum differentia sensum prorsus



evadit, si prope circuli | contactum unâ exeant. Numeralem verò demon- 281v
strationem ubi examino, auctori contrariam invenio. Exemplum enim, quod pag. 6. 22. et 27ª ponit, circuli minimi; (· ut ipse vocat ·) abscissam DF majorem esse, quàm sit semiquadrans DC, palam facit. Ut enim EN, 70, ad NC, 20: ita EM, 100, ad MF, $28\frac{4}{7}$. Sed DF, $78\frac{4}{7}$, ut vult Lansbergius, aequatur quartae parti semicirculi, cujus radius 100. Ergo, si DF, $78\frac{4}{7}$, quadruplicetur, prodire debet quantitas semicirculi, in mensura radii 100. Jam, si quadruplicetur DF, $78\frac{4}{7}$; prodeunt $314\frac{2}{7}$: At secundum Ludolphum, et ipsum Lansbergium pag. 36ª, si radius sit 100, necessariò semicirculus minor est, quàm $314\frac{16}{100}$ seu $\frac{4}{25}$. Quia ergo $\frac{2}{7}$ minutia, non minor est $\frac{4}{25}$, sed multò major; (· nimirum $\frac{22}{175}$ ·) manifestum est, DF, $78\frac{4}{7}$ majorem esse arcu DC. Si igitur DF linea, arcui DC verè non aequatur: † tota Lansbergii Quadratura circuli corruat necesse est. Interim tamen ista abscissae inventio, mea sententiâ, suam quoque laudem, et egregiam quidem, meretur: Facilem enim et expeditam quadraturam circuli mechanicam exhibet: quia linea DF, quae promtissimè haberi potest, (· vel in majoribus circulis linea DI, aut alia linea plurium aequibisectionum ·) quadruplicata, seu in recta infinitâ abscissa ac determinata semicirculo quàm proximè aequalis est. Non dubito, tractatum illum Lansbergii te vidisse, et facilè te demonstratione lineali adstruere posse, rectas, per aequibisectionum radii et quadrantis puncta analoga ductas, tangentem non aequaliter, sed inaequaliter, secare. Si enim ista tangentis segmenta essent aequalia invicem, quemadmodum radii segmenta sibi invicem sunt aequalia: tum secantes continuatae concurrerent in eodem puncto, et fierent triangula aequiangula, proportionaliter secta. Cujus contrarium in praxi deprehenditur. Errat quoque pag. 29 Lansbergius, ubi rationem diametri ad peripheriam, quam Ptolemaeus prodidit, nimirum ut 1, ad $3.\overset{\text{I}}{8}.\overset{\text{II}}{30}.$ aequari scribit rationi 10000 ad 31418, seu 1 ad 3. $\overset{\text{I}}{1}.\overset{\text{II}}{4}.\overset{\text{III}}{1}.\overset{\text{IV}}{8}.$ At calculus ostendit $3.\overset{\text{I}}{8}.\overset{\text{II}}{30}.$ esse $3\frac{17}{120}$, id est, $3.\overset{\text{I}}{1}.\overset{\text{II}}{4}.\overset{\text{III}}{1}.\overset{\text{IV}}{6}.\overset{\text{V}}{6}.\overset{\text{VI}}{6}.$ + et ita Ptolemaei rationem, à Purbachiana et Vietaea parum abesse. †

Thomas quoque Gephyrander, Archimedis calculum in circuli dimen- †
sione refellere, et tetragonismum verum demonstrare, ausus est, Anno 1609 Tremoniae edito scripto: sed temeritate infelici et ridenda. Quemadmodum et Jacobus Falco Valentinus lineali apodixi idem tentavit: † qui in primo statim lemmate, ubi proponit Trapezium mixtum aequale parallelogrammo mixto constituere, turpiter impingit, et nunquam demonstratum pro certo assumit, huicque falso lemmati caetera superstruit. Sed Lansbergii libellus lectu dignus est: de quo tuum judicium exspecto: Tibi enim exercitatissimo haec omnia dijudicare facilimum

281* est. | Haec confusè, et in multitudine occupationum circa aegrotantes, ad te scribere volui, ut nunc quidem licuit, Vir Clarissime. Tu candidè omnia interpretaberis: et benevolentiâ solitâ me complecti, qui te et amat, et colit, ob singularem eruditionem tuam, nunquam desistes. Vale, amicorum decus, et salve. Scribebam Francofurti ad Moenum, $\frac{18}{28}$ Aprilis, Anni 1617.

E. T. studiosissimus
Johannes – Hartmannus Beyer

281** **Dem Ehrnueſten vnd Hochgelährten Herrn Johann Kepplern, der Röm. Keyſ. Maieſtät weittberümpten vnd wolwürdigen** Mathematico, **meinem inſonders günſtigen Herren vnd werthen freundt. In Prag**

Randbemerkung Keplers zu Z. 41: Per hanc bisectionem continuam BA et BCD, venitur tandem ad propinquitatem puncti B, ubi arcus et BA rectum faciunt angulum, linea igitur, quae ad legem linearum HIK, et ECF, per utramque bisectionem educitur in tangentem, accommodat parti BA partem de BC ad rectum angulum tandem subtensam, in proportione ut est BA ad BCD arcum: quare talis recta ex ipso B puncto ad hanc analogiam educta, resecat ex tangente partem supra G, aequalem ipsi CD. Itaque tota tangens resecta, excedit longitudinem BCD, tota AD vel BA quantitate. Hoc autem non facit subito, sed successivè. Ergò per partes verum hoc est, longior est DK, quam DI, brevior DF, quam DC.

764. FLORIAN CRUSIUS AN KEPLER IN LINZ

Straßburg, 1. Mai 1617 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 325. Eigenhändig

325 S. P.

Tuum responsum, vir clarissime, ad priores meas quotidie expecto cum Domino Berneggero. D. Gringalletum jam tibj mittimus, quo viro et docto et honesto in negocijs tuis astronomicis ex voto utj poteris, et gratulor astronomis de tabulis Rudolphaeis quas jam tua cura hujus nostrj Gringalletj auxilio diligentj propediem lucem visuras puto. Habes

hic etiam Patrone optime exemplar meae disputationis de Cephalalgia; non ita quidem ut volebam propter temporis brevitatem elaboratam: cum enim sors in collegio nostro practico primum mihi locum et materiam satis amplam tribuisset, properandum mihi fuit: propterea etiam ipsam Dominis vestris proceribus (ut antea quidem cogitaveram) inscribere noluj, et indignam judicavi quàm in conspectum tantorum virorum proferrem: relegavj ergo ad Sarmatas et eos, quibus ego jam minus notus sum: nihilominus ego interea, Deus si faverit, de alia occasione Dominos proceres compellandj cogitabo. Proximarum nundinarum catalogus tuam epitomen nec inter editos nec inter edendos libros continebat, non tamen eam procul esse ab editione existimo, praesertim cum jam fidum παραστάτην etiam hac in re habeas. Has appositas quaeso ad Dominum à Saurau Graezium data occasione curare non graveris: duo exemplaria ista disputationis meae D. Hizlero et D. Rectorj vestro meo nomine reddas cum salute à me plurima. Dominus Berneggerus per Dei gratiam vicissim melius valet et benè vivit. Status meus, ut proxime scripsj melior est; post varias enim et miras maximeque inconstantes fortunae meae facies, et varijs in sortis pelago agitatus fluctibus saxum (non portum) arripuj, quo jam me sustento, donec gravior tempestas incidat, et me hinc avellat. Fiat autem quod Deus voluerit: spero aliquando et fortunam verberando et me vapulando defessos quieturos. Voluptas quondam dulce malum dicebatur: hoc aevo Musae et labores qui ipsis impenduntur per se quidem minus dulces, tamen quia cultores habere multos videntur, dulcedinem quandam minus fructuosam et utilem et propterea malitiosam obtinent, si sensu et experientia magis quam recta ratione judicare vellemus. At Vanitas Vanitatum et omnia Vanitas: O curas hominum ô quantum est in rebus inane, tu rectissimè semper acclamas, vir optime. Vale et Dominis DD. Springero et Persio salutem et officia mea promptissima oro offeras et exemplaria addita tradj cures. Dabam Argentinae celeri calamo (tabellarius enim Dantiscanus ad Sarmatas ipsum revocabat) Calend. Maij Anno 1617. Salutaris à Domino Gotthardo Carl. Salutem à me uxori tuae charissimae et filio filiaeque plurimam.

T. Excellentiae deditissimus
Florianus Crusius

Clarissimo et Excellentissimo Viro D. Joannj Keplero, S. Caesar. Majestatis ut et ordinum Austriae superioris mathematico celeberrimo, amico et patrono meo vero.
Linz in der Hoffgaſſen

321 v

765. NIKOLAUS VICKE AN KEPLER IN LINZ

Prag, 9. Juni [1617]

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 359. Eigenhändig

359 Salutem à salutis authore cum officijs plurimam.

Nobilis atque Clarissime Vir, amice obseruande. Quam libenter ante discessum tuum tecum locutus fuissem, Deus mihi testis est; sed cum negotia tua, te nimis citò abripuerint, iniuriae temporis et meis negotijs, quibus obstrictus fui, ascribendum puto. Interim autem, cum in prognostico tuo astrologico huius annj, mentionem vnius Ephemeridis facias; amicè rogo, ut mihi vnum exemplar communicare, et Electj Regis Bohemiae Ferdinandi, Imperatricis item et Reginae, Tempus natiuitatis mittere digneris, Feceris mihi rem gratissimam amicitia nostra veterj dignam, et omnibus modis demerendam. Vale. Dabantur raptim Pragae, die 9 Junij.

T. T.
Nicolaus à Vicken
S. C. Maiestatj à Consilijs
metallicis mp.

359v Nobili atque Clarissimo Viro Domino Joannj Keplero, S. C. Maiestatis Mathematico praestantissimo, amico suo obseruando.
Lintzium

766. KEPLER AN MATTHIAS BERNEGGER IN STRASSBURG

[Linz, Sommer 1617]

Original unbekannt. Erster Druck: Epistolae J. Keppleri et M. Berneggeri mutuae, Argentorati 1672, S. 4f.

S. P. D.

Gratias ago Tibi, Amice Berneggere, qui me liberasti onere scribendi ad te integras Epistolas; transmisso ad me, qui schedulae meae operimentum faciat. Pragam ivi 8. Martii, evocatus à Caesare, redii 26. Maij. Octiduo post Gringalletus advenit, laeto, ut reor, augurio. Quis credat, Argentina mihi subsidia consiliorum suppeditari ad absolvenda mea studia? Initia spei plenissima sunt. Faxit Deus, ut eventus respondeat, novaque averruncet impedimenta. Literae tuae priores Lincio mihi Pragam sunt missae, et remissae à me ad Guraldum, sed finitis nundinis, re curata; itaque Guraldus offensiunculae cujusdam signa

dedit in rescripto. Opinor tamen Tonsoris rationem non esse habitam, nec Geraldus in rescripto facit ejus mentionem. Itaque tuas per Gringalletum missas, transmisi ad Ammonium in Styriam, una cum D. Crusii literis: cui nunc per te salutem, alia vice scribam. Vale.

767. JOHANNES STRAUSS AN KEPLER IN LINZ

Tübingen, 9. Juli 1617 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 337. Eigenhändig

S. P. D. 337

Tandem Vir Clarissime, Domino M. Moestlino tuam extorsi Chronologiam, quam tibi per Iacobum Ziglerum jam mitto. Si quas ad tuos aut Dominum Doctorem Lansium, Besoldum et alios dare volueris, literas, Domini Zigleri tabellario, qui ad nos revertetur, dare poteris, à quo eas si accepero, illis, ad quos scriptae sunt, transmittam. Ad 14 Julij v. st. nuptiae Illustrissimi ac Celsissimi Principis Domini Domini Friderici Ludovici celebrabuntur, quae ad splendorem ac pompam facere videntur, Stutgardiae jam parantur. Dominus Doctor Besoldus hisce diebus ad thermas profectus est. Reliqua à Domino Ziglero cognosces. Vale Tubingae Anno 1617 9 Julij. 10

Tuae Excellentiae Studiosissimus

M. Johannes Straus

Clarissimo Viro, Domino Johanni Keplero, S. Caes. Majestatis, ut et Illust. Ordd. Austriae superioris Mathematico praestantissimo, patrono suo unice colendo. Lintz 337v

768. KEPLER AN JOHANN FRIEDRICH VON WÜRTTEMBERG

Linz, 1. September 1617

Stuttgart, Landesbibliothek, Cod. Jur. fol. 211, Bl. 9–12. Eigenhändig

Durchleüchtiger Hochgeporner Gnädiger Fürſt vnd Herr. 9
E. F. G: ſeind mein vnderthänige arme Dienſte beſtes Vleiß vnd Vermügens bevor.

Gnädiger Fürſt vnd Herr. E. F. G. ſoll Ich in vnderthänigem gehorſam berichten, das mein liebe Mutter Katharina Kepplerin, E. F. Gn: vnderthanin vnd verwittibte Burgerin zu Löwenberg den 3 Decembris des verſchinen 1616ten

Jahrs (·meinem, etlich Monat zuvor an Ire zu Löwenberg habende Kriegsvögte ergangenem schrifftlichem begehren nach·) zu mir nacher Lintz kommen: in Hoffnung, mich zu einer raise mit Ir nach Löwenberg, vnd ferners zu notwendiger assistentz in Irer Hochgefehrten vnd gesperten rechtführung zu bewegen.

Vnd hab Ich sowol von Ir vnd meinen Geschwisterigen schrifftlich vnd mundtlich, als auch von andern vnpartheyischen ehrliebenden personen vernommen, das Sie Ires imputirten Criminis Veneficij gantz vnschuldig, vnd sich jeder Zeitt, wie einer Christlichen ehrliebenden Frauen gepürt (·sovil nach menschlicher schwachhaitt müglich·) verhalten. Das aber Sie bey Irer Beclagten widerparth in solchen bösen verdacht kommen, kan Ich auß erforschung aller Vmbstände khain andere Vrsach finden, als das sie sich mit Iren vnerzogenen vilen Kindern in die 28 Jahr ohne beystand
† vnd Wittibsweise vnder dem gmainen Gesindl vnd faece populj nietten vnd wehren müessen, sich kärglich ernehret, Ir güetlin verpessert, vmb das Irige geredt, vnd hierüber je zu weilen in allerhand Zanckh Vnlust vnd Feindschafft gerathen. Derentwegen vnd als vor wenig Jahren vnder E. F. Gn: Itzigem Vogt zu Löwenberg etliche Hexen auß dem Ampt einkommen vnd justificirt worden, dardurch vnder dem aberglaubischen, sonderlich dem Weibervolckh ein grosses gesäg, murmel vnd förschelung erweckt worden, ob in der Statt auch deren leüt sein möchten, da dan sonderlich die jenige herhalten müessen, so der Jungen herwachsenden Schnöden Welt zu lang
9v gelebt, vnd propter | vitia senectutis verdrießlich worden, Nach dem allzugmainen vnchristlichen Sprichwort: Nur auff den Scheitterhauffen mit alten Weibern. Weil dan mein Mutter beinahend die elteste zu Löwenberg, vnd Ire 70 Jahr erraicht, auch mit Irer jetzigen widerpart ein Zeitt hernach in grosse strittigkhaitt gerathen, wölcher von anderen, deren mein Mutter sich annemen müessen, Ir (·der beclagten·) hievoriges übeles verhalten vnd außgestandene offentliche straaff zugemüth gefüehret worden: als ist hierauff meiner Mutter, von eins andern gehässigen auffropffens wegen, auß raach dise Abenteür begegnet: dabey aber der böse Gaist durch seine Instrumenta die warsager so man anderseitz zurath gezogen, das seinige auch gethan. Wölches alles die Zeugen Verhör, da anderst mein Mutter dieselbe zu rechter Zeitt würt erhalten mögen, gewißlich also vnd nit anderst, vnd sonderlich, das mein liebe Mutter vor obbemelter occasion vnd Jahr secunda fama gelebt, außweisen werden.

Derohalben vnd nach gestaltsame aller Vmbstände, hab Ich mich für gott schuldig erkent, meiner Mutter in so trübseligem Wesen mich anzunemen: vnd weil Ich dahmahlen meiner Kay: Dienste halben von Lintz nit abraisen könden, sondern der Kay: abforderung nacher Praag (·die dan im Februario hernach ervolgt·) erwarten müessen, zumahl auch der winter für der Thür vnd die Donaw auffwärtz gespert gewest, hab Ich Sie bey mir behalten, vnd mit meinen Geschwisterten die Notdurfft bey E. F. Gn: Cantzley fürzubringen veranlasst, wie dan beschehen. Es ist auch mehrgemelte mein Mutter vnterdessen schwärlich vnd nach Jedermans vermainen tödtlich darnidergelegen, inmassen E. F. Gn: durch des Kay: Hoffmarschalckhs auff mein begehrn an Dieselbe ergangnes Kundtschafftschreiben außweiset. Ob aber wol sie von der Zeitt

meiner Widerkunfft etlicher maſſen zu krefften kommen, hab Ich doch noch zur Zeitt, weil Gegenthail die von meiner Mutter vnd Geſchwiſterigen einig geſuchte Zeügenverhör, per interpositam appellationem | ad Consistorium aulicum noch weitter verſchoben, nit rathſam befinden khönden, Sie von mir zulaſſen, vnd wider in Ir burgerrecht, oder in Ire jetzige Wohnung zu Haimaden einzuſtellen: zwar gar nit, das Ich einige diffidenz in die justitiam E. F. Gn: oder dero Räthe ſetzen thue, als wölche sinceritatis nomine aller orten rühmlich bekant; ſondern allain weil Ich vor abhörung deren Zeügen, durch wölche ſie Ir Vnſchuld erweiſet, Sie als ein vnvorſichtiges hochbetagtes weib (·die alberaitt von eignem Haußhalten gelaſſen, vnd Ire güetter verlihen·) diſer Zeitt in vergeblichen mehrern Vncoſten zuverlaitten, vnd nebens ſie der Mißgönner delationibus vnd andern anhangenden gefehrungen zuvnterwerffen, nit vnbillich bedenckens habe. 50 10

Zuwider aber diſem meinem rechtmäſſigen intent, haben E. F. Gn: Beampte, auff anhalten des Gegenthails (·wie mir ſchmertzlich fürkhompt·) wider meine Mutter als ream fugitivam, annotatione bonorum, vnd der beclagte Gegenthail mit vngeſtimmem begehren, ſie zuſtellen, zu procedirn, ſich gantz cüfferig bemühet: vnd ob wol auff meiner Geſchwiſterig vnderthäniges supplicirn E. F. Gn: diſen rigorem durch befelch eingeſtelt, ſo will doch auch alſo die Verglübdung meiner zwaier geſchwiſterten, der Mutter von Iren Güttern nichts nit auß dem Land zulaſſen, von Gegenthailn nit nur auff ſein cautionem dahin es gemainet, ſondern auff notationem fugae, vnd hiermit Ir in wolangefangenem Rechten zu mercklichem praejudicio vnverſchuldter ſachen gedeüttet werden: deſſen Er aber auſſer des einzigen bloſſen ſcheins Ires abweſens niemahlen khaine rechtmäſſige Vrſachen gehabt noch hatt: angeſehen meine Mutter gar nit haimlich, ſondern auff beſchehenes anmelden bey Vogt Burgermaiſtern vnd Kriegsvögten, nit wider ainige gegebne glübt, nit als ain beclagte, ſondern ſelb Clägerin, die Irer Clag ein gantzes Jahr perſönlich beygewohnet, auch nit auß dem Reich an vnbekante Orte, oder zu Leütten da ſie nichts zuſchaffen, ſondern von Irer Tochter, bey deren ſie ſchon vor einer gutten Zeitt zu wohnen ange|fangen, ſtrackhs wegs nacher Lintz, zu Irem elteſten leiblichen ſohn, bey dem ſie hievor ebner maſſen in der frembde, vnd noch in weitter entlegnen Orten ſich mehrmahls auffgehalten, ſich begeben, vnd noch befindet, auch obvermelter Vrſachen halben, biß auff fernere glegenhaitt Ires rechtens ſich alda vnd nit anderſtwa finden laſſen ſolle. 60 70 10v 80

Ob aber gegenpart, vnd wer ſonſt bey deſſen Vnrecht interessirt, zu ſeinem Vorthail außgeſprengt, oder E. F. Gn: berichtet hette, als wären mehrere deferenten fürhanden, derenthalben mein mutter ſich in die weitte begeben, dawider berichte E. F. Gn: Ich gründlich, das mein Mutter ſich bis auff diſen Tag auſſer der beclagten gegenparth vnd Ires beyſtandes kheines einigen erbaren bidermänniſchen vnd burgerlich angeſeſnen Menſchens, der ſie dergleichen offentlich vnd ſtandhafft bezüchtiget, oder noch zu bezüchtigen willens wäre, zubeſinnen wiſſe. Da aber nochmahlen Jemands auß Verhengnuß Gottes dergleichen wider ſie attentirn wurde: ſeind auff

einen ſolchen vnverhofften fall Ich vnd meine geſchwiſterte neben der Mutter deſſen fürhabens vnd getroſter hoffnung, durch das ordentliche recht (.da anderſt die perſon vns geſeſſen, vnd es vns auch genädig geſtattet würt.) die berühmpte Vnſchuld alſo ſtattlich darzuthun, das Ire Fürſtl: Gn: vnd meniglich darmit verhoffentlich content vnd zufriden ſein werden.

Was die einige Verüchte, mit offentlichem Aberglauben befleckte, vnd wegen dergleichen Verleümbdung anderer mehr vnſchuldiger perſonen lengſt gerüegte Weibsperſon, vnd Ire außgegoſne, doch nie recht beſtandene bezüchtigungen anlangt: weil ſolche mit vnſer Gegenparth colludirt, Mein Mutter ſich hierüber vnd über dero mitgeloffnen Thättligkhaitt bey E. F. Gn: Vogt zu Löwenberg beclagt, aber khain außrichtung geſchehen: weil ſie vilmehr vnd zum Widerſpil erfahren müeſſen das der Vogt ſolchen neuen Handel gantz begürig zu einſtellung der alberait vertagten Zeügen Verhör (.bey deren Er ſelber auch einen Ayd ſchweren ſollen.) angenommen | vnd Berichtens würdig geachtet: als iſt eben diß der wüchtigiſten puncten einer geweſt, deſthalben mein Mutter ſich mit mir vnderreden müſſen, was wider ſo beſchaffene perſon, die zu Löwenberg vom Almoſen vnderhalten werden muß, ferners fürzunemen ſein werde, wölches Ir dan zu meiner Mutter haimkunfft geſpart iſt. Dan wir vnſern Thails ſovil berichts haben, wan nit der Vogt ſich des Handels gehörter maſſen angenommen hette, khain verſtendiger zu Löwenberg ſolche leichtfertige perſon vnd geſchwatz der mühe werth achten wurde, das Gericht zubehelligen, auch Zeitt vnd Vncoſten auffzuwenden; vil weniger eine ſolche ferne raiſe auffwärtz zur Vnzeitt, vnd mit leibsvnglegenhaitt, allain ſie zu klagen, fürzunemen.

Wan dan es mit meiner Mutter abraiſen zu mir, vnd langem außpleiben khains wegs nach Ires Gegenthails böſer Deüttung, ſondern jetzerzehlter maſſen beſchaffen, vnd Sie Ir Burgerrecht zu Löwenberg khainswegs auffſaget, vil weniger in willens iſt Irer Gegenparth Ire Güetter auß den augen zu zuckhen, vnd Zeitt werenden rechtens auſſer lands zubringen: Als gelangt an E. F. Gn: mein vnderthänige bitt E. F. Gn: geruhen gnädig zugeſtatten, das entzwiſchen diſe rechtführung zu end gebracht, meine Mutter ſo wol bey mir rechtmäſſig abweſend, als hievor droben anweſend, Ire aigentumbliche güetter, vnverhindert Jemandes, doch diſer Zeitt mit meinem vnd Irer zu Löwenberg habender Kriegsvögte Rath vnd gutachten administriren, vor abgang vnd ſchmelerung bewahren, vnd darvon ſovil als zu vnvermeidlicher Leibs vnd Ires Rechtens notdurfft, auch abzahlung Irer ſchulden gehörig, gebrauchen möge.

Hingegen bin Ich des gehorſamen erbiettens, an Irer ſtatt vmb alles jeder Zeitt red vnd antwort zugeben, vnd vmb daſſel | big, ſo wider verhoffen von Ir hinweg gethan werden möchte, will Ich hiermit mein haab vnd gütter ſovil hierzu vonnöthen, vnder anderm auch mein Altvätterlich, Brüderlich, vnd Vatterliche Erbportion, ſo noch vnder meiner Mutter Habſchafft eingemengt auch was ſie mir ſonſten ſchuldig verpleibt, ſo im Statbuch anno 1609 eingeſchriben worden alles verhypothecirn.

Mitt weitter angehengter vnderthäniger bitt, das E. F. Gn: geruhen wöllen dero Löblichem Hoffgericht genediglich zu befehlen, das obgedachter maſſen daſelbſt anhengige rechtführung ehiſt vertagt vnd zu rechtmeſſigem end gebracht werde:

Des vnderthänigen Verſehens E. F. Gn: werden diß Orts mir, als dero gehorſamem Landkind, der Ich auch die Tag meins lebens E. F. Gn: mit allen Treüen zugethan vnd verpflicht pleiben will, eine willfährige resolution in Gnaden erthailen.

E. F. Gn: mich in vnderthenigkhaitt empfehlend. Lintz den 1 Septembris Anno 1617.

E. F. Gn: vnderthäniger vnd gehorſamer
Der Röm: Kay: Mt. vnd Landt: in Öſt: ob der Ens
Mathematicus

Johan Keppler

An den Durchleüchtigen Hochgepornen Fürſten vnd Herren, Herrn Johan Friderichen Hörtzogen zu Würtemberg vnd Teckh, Graven zu Mümpelgart, Hern zu Haidenhaim etc.
Johan Kepplers Mathematicj an jetzo zu Lintz vnderthäniges supplicirn vnd Bericht p. ſeiner Mutter Catharina Käpplerin abraiſen auſſer dem Land Würtemberg, hinterlaſſene vnd beim Lob: Hoffgericht anhangende Rechtsſachen, vnd Gütter zu Löwenberg

Bescheid: Es ſolle dem Vnndervogt zu Löwenberg geſchriben werden, Vermög Concepts N°. 19. Actum Stuetgardten den 22 Septembris Anno 1617.

769. THOMAS MINGONIUS AN KEPLER IN LINZ

Prag, 27. September 1617

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 14–15. Eigenhändig

Doctissime et Clarissime Vir.

Tabellarius quem mihi misisti, referet D. V. Cl. quomodo statim post acceptas literas debui respondere, propter ipsius acceleratum reditum ut mihi asseuerabat. Caesar non est hic Pragae sed Brandais recreationis causa manet, et D. Camerarius Maior. Movebo omnem lapidem apud omnes ut D. V. C. iustissimae et honestissimae petitioni satisfiat, et meam operam non desiderabit D. V. C. et pro certo sibi pro-

7) satisfiat *fehlt*

mittat cum Aula tota hic Pragae erit. Interim data prima occasione agam serio cum Illustrissimo Cardinali. Nihil scio quod summus Pontifex decreuerit aliquid de nouo contra Philosophica dogmata, et libertatem philosophorum. Sed est antiquum quoddam decretum, quod nunc non subuenit. In reditu tabellarij igitur aliquid potero D. V. C. melius et certius significare. Interim amantissimum tui ama et si poteris quaestioni de motu Terrae satisfacere, uel dissoluere sententiam quaeso quamprimum potuerit mihi transmittas quod erit mihi gratissimum. Interea valeas incolumis ad multos annos. Dabam Pragae Die 27 Septembris 1617.

D. V. C. Addictissimus servitor
Th. Mingonius

Gratias ago summas de Ephem. fragmentis transmissis, postea fuse perlegam.

1v Doctissimo et Clarissimo Viro D. Domino
Joanni Cleppero S. Caes. Mathematico
Dignissimo et Amicorum optumo. Lintcij

770. KEPLER AN MATTHIAS BERNEGGER IN STRASSBURG

Linz, 1. Oktober 1617

Original unbekannt. Erster Druck: Epistolae J. Keppleri et M. Berneggeri mutuae, Argentorati 1672, S. 35f.

S. P. D.

Clarissime vir, Ephemerida in annum 1618. novis typis edidi paginarum 4. sumptuosum opusculum: itaque si sunt, qui habere cupiant, iis indices, die $\frac{13}{23}$. Sept. absolutam, et hoc die 1. Oct. Noribergae esse posse apud Abrahamum Wagenmannum, et per eum paulò post Francofurti apud Gotfrid Tampach, dictum.

Introductio debuit addi, cum Ephemeride hujus 1617. anni, sed spes excudendi certa nondum apparet. Cogito annuatim scribere singulas. Nam sumptibus non sufficio. Gringalletus egregiam praestat operam. Epitomes meae pars Sphaerica miserè habita à Typographo, sculptoribus, correctore, me Pragae absente, nunc tandem prodit, nisi Crugerus Bibliopola, qui sumptus fecit, etiam nunc more suo occasiones negligat exhibendi Francofurti. Vale, clarissime vir, meque ama. D. 1. Oct. 1617. Lincli.

771. JANUS GRINGALLETUS AN KEPLER IN CANNSTATT

Linz, 31. Oktober 1617

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 350. Eigenhändig

S. P. 350

Clarissime et Excellentissime Vir, Dubij quidem sumus quomodo literas ad te certò dare possimus, cùm fixam non habeas alicubi stationem, nec sciamus ad quem eas Canstadium mittere vel commendare queamus: Consilium itaque iniimus ut Canstadium quidem per celeres mittantur, inde Tubingam, ad Dominum Maestlinum, vel Dominum Besoldum. Haec eadem causa est cur breviores futurae sint istae, verentes scilicet ne in alienas incidant manus, quibus non opus est domesticas res tuas rescire. Valemus omnes per Dei gratiam, exceptâ puellulâ, quae hisce diebus tussi vexata fuit, sed quae jam remittere incipit. Tertiò à discessu tuo die tradidi Typographo 60. duodenas Calendariorum, 40. ligatorum partim rescissorum partim integrorum, et 20. non ligatorum: supersunt nobis adhuc aliquot duodenae ligatorum, et sesquiduodena plus minus non compactorum: Adhuc non redijt Crembsio: obiit ejus uxor ante quindecim dies: Propter chartae defectum non pergimus: habui tamen jam probam vel formam unam, quae jacet usque ad chartae adventum: Si scivissem tibi non fuisse ingratum, Styram me contulissem procurandae chartae caussâ, quae si citò non mittatur, vereor ut ubi redieris nihil inceptum futurum sit. Quòd Augusta mittere deliberes, id fortasse supervacaneum erit, cùm interea possit Styrâ advehi. Nemo praeterea vel Calendaria vel Ephemerides petijt. Pragâ litteras accepimus cum subscripto nomine Conradus Vieta, prout legere potuimus, sensum earum non satis percepimus quia vix legere illas potuimus, sed inter alia sunt salutationes à Domino ejus clementi et Domina. Mittit Dominus Megiserus consignationem aliquorum librorum quos Augustâ advehi sibi cupit. Amici omnes, sicut et nos praecipuè, adventum et reditum tuum exspectant, quem Deus velit et citum et felicem esse. Vale et Salve à nobis quàm plurimùm; meoque nomine multam dicas salutem Domino Maestlino, et Domino Straussio. Lintzijs, Pridie Kal. Novemb. 1617.

Tui fidelissimus
Janus Gringalletus

Clarissimo et Excellentissimo Viro, Domino Joanni Keplero, S^{ae} C^{ae} M^{tis}, Ordinumque Austriae supra Anisum Mathematico, 350v

Domino meo plurimùm colendo, Canstat
Oder wann derſelbige Herr nicht zu Canſtat iſt,
mann ſoll diſſen brief auff Tübingen ſchicken, vnd
bey dem Herrn Maestlino erfragen.

772. THOMAS MINGONIUS AN KEPLER IN LINZ

Prag, 1. November 1617

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 16–17. Eigenhändig

16 Clarissime Domine.

Negotium D. V. Cl. remissum fuit ad Cameram Aulicam et ego pluries fui apud Dominum à Polahm, qui adhuc non praecipit secretario ut S. M. C. nomine praecipiatur telonario Lintziensi solutio † trecentorum florenorum. Dictus Dominus a Polahm est bene informatus et eidem literas D. Vestrae perlegendas dedi. Curabo si fieri potest ut ante discessum S. M. transmittam D. V. litteras Caesaris. Interim ego accepi responsum a quodam amico qui Patauij degit. Ipse emet a D. V. multa centenaria exemplariorum Ephemeridum, dummodo conueniatur prius de conuenienti praecio sub quibusdam conditionibus. Nam cum ipse multa millia florenorum et quot satis erunt partim inparata pecunia, exponere uelit, et uideat esse necessarium, ne magnum detrimentum patiatur si alijs dicta exemplaria diuendantur, nam unus alteri poterit damnum inferre, ideo necessaria prius erit facienda conditio aliqua, qua Dominationi V. et emptori consulatur oportune, Praeterea uellet libenter eam partem Ephemeridum uidere quae discursus et res philosophicas 16v continet | ne fortasse a Theologis aliquod impedimentum et damnum emptori inferatur. Nam in Italia sunt quidam limites philosophis conclusi, extra quos catholicus non potest iure expatiari et iustissimas ob causas. Transmittenda itaque est ista pars, uel saltem argumentum capitis una cum conclusione ut facilius possit per Postam transmitti; Emptor etiam uellet libenter scire ad quot annos futuros extendentur ephemerides, et quot folia continebunt, et quanti diuendetur unum folium, uel pro singulo quid petat D. V. Cui haec uolui oportune significare, ut mihi quam primum et distincte satis significet suam intentionem circa haec omnia particularia proposita, ut amico possim statim litteras easdem D. V. transmittere, ut facilius negocium concludatur et ne litteris mittendis, et rescribendis multum temporis conteratur: maturè cogitet et rescribat ultimum praecium et conueniens quo diuendere posset dicta

exemplaria, id est singu'la, ut possit numerari statim pecuniae pars conuenta. Interim ego D. Camerae Praesidentem sollicitabo ut expediantur litterae Caesareae ad telonarium istum Lintziensem. Me commendo D. V. Clarissimae, et data occasione meo nomine D. Doctorem Springherum salutet ex toto et meliori cordis affectu. Dabam Pragae die prima Nouembris 1617. 17

D. V. Clariss. Addictissimus Amicus
Thomas Mingonius

Si aliquid potui commentari circa scriptum illud Itali mathematici, et Theologhi contra motum Terrae, quod iam originaliter tradidi V. D. † quaeso mihi transmittat.

Clarissimo, et Doctissimo Viro D. Joanni 17v
Kepplero S. C. M. Mathematico dignissimo.
Lintzij

773. JANUS GRINGALLETUS AN KEPLER IN REGENSBURG

Linz, 20. November 1617

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 351. Eigenhändig

Excellentissime et Clarissime Vir. 351

Salutem plurimam, citumque et fortunatum ad nos reditum. Saepius quidem ad te scripsissemus si de certo loco commorationis constitisset. Omnes valemus Dei gratia, excepta puellula quae saepius tussi affligitur, ut nullum possimus adhibere remedium: caeterum hilarissima est ubi cessat tussis: si possis aliquid medicamenti tecum afferre quod illi utile futurum sit, id erit primò in ejus solatium, deinde in circumstantium requiem: cui vsi plurimùm conducturum putat uxor tua si Ratisbonense pelliceum puellulae emas, id quod maximopere à te flagitat. Accepimus Styrâ ante decem dies quatuor risas mundae papyri, et tres vilioris quae tamen multo praestat illa quae jam antea domi erat. Cùm Typographus fuerit Crempsij ad Nundinas, et caruerit typotheta, inde factum est ut ad unum duntaxat progressi simus folium: Operae pretium esset ut aliquis vel Augustâ vel Ratisbonâ vel aliunde accerseretur. Solicitabat nos typographus ante biduum de pecunia, de qua tamen nihil ausi sumus polliceri, nedum dare, cùm nullum à te mandatum habuerimus: Quae Crempsium devexerat Calendaria, illa libris permutavit, qui ipsi pecuniam tam citò non possunt acquirere: minatur se editionem dilaturum

donec ei aliquo modo subveniatur. Deseruerunt hanc vitam à tui discessus tempore, Dominus M. Ernfridus Meurselius, Domina Bischoffin, et Domini Viti Alberici de Scherneml uxor. Nihil est novi quod mereatur chartam pluribus onerare. Vale quàm optimè et brevi nos cum bono Deo revisas. Lintzij 20. Novemb. 1617.

T. fidelissimus

Janus Gringalletus

† 3v Dem Edlen vnd veſten vnd hochgelehrten Hern Johan Kepler, Röm: Kay: Mayeſtet vnd Einer Ehrſamen landſchafft in Öſterreich ob der Ens beſtelten Mathematico, Meinem herzlieben hehrn Vattern Regenspurg. Im wallerbaher hof zu laſſen.

774. KEPLER AN JOHANN FRIEDRICH VON WÜRTTEMBERG

[Stuttgart, November 1617]

Stuttgart, Landesbibliothek, Cod. Jur. fol. 211, Bl. 13–15. Eigenhändig

13 Durchleüchtiger Hochgeporner Gnädiger Fürſt vnd Herr.
E. F. Gn: ſeind mein vnderthänige arme Dienſte höchſtes Vleiß bevor.

Gnediger Fürſt vnd Herr. Demnach Ich nacher Lintz berichtet worden, das E. F. Gn: Hoffgericht zu Tübingen nach den Hundstagen wider zuſamen komme, dahero Ich Hoffnung geſchöpfft, es werde meiner Mutter Katharina Kepplerin Wittib Appellirendem Gegenthail zu Löwenberg ein gerichtlicher Beſchaid erthailt werden, hab Ich nit allain ſie ſelber vor dreyen Monaten mit fürfallender gutter glegenhaitt voran, vnd ins land herauff geſchickt, ſondern als Ich ferners vernommen, das ein Beſchaid ergangen vnd Gegenthails Appellation nit angenommen, dahero Ich mir die rechnung gemacht, ſo die von meiner Mutter begerte Zeügenverhör, vermüg der Landsfürſtlichen Befelche auch in Irem abweſen fürgehen möge, werde nunmehr Ir recht, vmb ſovil deſto mehr weil ſie ſelber wider zugegen, zu end, vnd ſie hernach dermalen eines zuruhe gebracht werden könden, bin Ich, zwar mit groſſer verderblicher Vnglegenhaitt vnd Vncoſten, diſen weitten weg von Lintz auß hernach geraiſet: hab aber alhie befunden, das vor eingefallenem Herbſt nichts fürgenommen worden; deſthalben Ich dan beim Vogt zu Löwenberg vmb beförderung angehalten, wölcher zur Antwort geben, Es ſey dem Gegenthaill nunmehr (weil mein Mutter wider im Land.) nit zuwider, im rechten fürzufahren, gleich als ob die Mandata Principis, bey denen es post frivolam appellationem nochmahlen verpliben, hierzu nit gnugſam wären; Hatt gleichwol ſelber den Commis-

sarium wegen anſtellung des Productiontags befragen, | vnd mir anzaigen laſſen, 139v
das ſolcher auff 24 Novembris angeſtellt werden ſolle. Es iſt aber der Tag kaum
außgeſchriben vnd den Partheyen angekündet worden, bald iſt Gegenthail zum
Commissario kommen, den Tag abgekündet, weil Er zuvor mit einer andern ſchrifft
einzukommen willens ſey. Ob nu wol H. Commissarius Ine mit ſeinem einſprung
abgewiſen, iſt doch auff Gegenthails anhalten, meiner Mutter vom Vogt vnd Ge-
richt, Gleichwol ohne Vorwiſſen des Statſchreibers, wölcher Commissarius iſt, auff
künfftigen Donnerſtag 20. Novem: in vngewonlichem verzucktem Termin für
recht gebotten worden, dabey diſes des Gegenthails vnzweiveliches intent zuver-
ſpüren, es erſcheine nu mein Mutter oder nit, wölle Er baider Orten gutte ausflucht
ſuchen, den Productionstag zu vnterſchlagen.

Nu iſt es zwar der nechſte Weg, das meiner Mutter Advocat ſich wider alle ver-
bottene Attentata, vnd etlicher Interessenten handgreifliche Partheyligkhaitt, ſowol
gerichtlich als supplicando ſchütze, vnd dem Gegenthail, nach allem ſeinem Mut-
willen begegne vnd ſtraich außhalte, damit Er auch im werckh iſt.

Weil aber Ich diſer Hochbeſchwärlichen rechtsſachen halben alhero kommen, auch
ſchon alberait über die erlaubnus auſſen pleibe, vnd nit alwegen herauff kommen
kan, als kan E. F. Gn: Ich auß kindlicher ſchuldiger Treü gegen meiner leiblichen
Mutter nit vmbgehen, in Vnderthänigkhaitt extra juris viam zu berichten, das
ermelte mein Mutter weder am Verſtand vnd Crefften des Gemüths, noch am
Vermügen ſovil habe, das ſie diſe action, wölche bey gefahr leib Ehr vnd gutt nit
hatt khönden vnderlaſſen werden, dergeſtalt vnd bey ſo vilfältigen Auffzügen auß-
führen khönde, ſonder in Höchſter gefahr ſtehe, das ſie nit allain | Irer Sinnen, ſon- 14
dern auch Irer Armuth vor der Zeitt verluſtiget werde: vnd über diß alles noch in
andere beſchwärligkhaitt mit vnbedachten Reden, Zorn, vnd Vngedult, durch Gegen-
thails insidias, in maſſen vor einem Jahr auch beſchehen, geführt werde, wölches
beſagtem Gegenthail, als wölchem Ire blödigkhaitten vnd hohes Alter bekant, wan
Er ſie zu ſeinem Muttwillen in der nehe waiſſet, gar leicht iſt.

In betrachtung deſſen, bin Ich Ir räthlich worden, ſie ſolle ſich diſer rechtlichen
ſorgen, als Ir zu ſchwär, allerdings entſchlagen, die ſach Gott vnd E. F. Gn: haim-
ſtellen, vnd ſich jetzo wider mit mir nacher Lintz vnd zu rhue begeben, Mit erinnerung,
das Ir gegenthail, vngeacht er das liecht ſcheühet, dannoch cumulando injurias
halsſtarrig fort fahre, vnd noth wäre, man fieng alle Tag ein neues recht mit Im an,
damit Er dan E. F. Gn: Cantzley entlich vnſer viler supplicationum verdrüſſig zu-
machen begehre, vnter deß weder auff fürſtliche Befelche, noch auff die zu Tübingen
ervolgte Vrthail das wenigiſte gebe, den erkenten Abtrag nur mit ehrenrührigen
Worten zu bezahlen vermaine, Irer vnd meiner raiſe ins Land vnd der vffgewanten
Vncoſten, vnd das Ich vnverrichter ſachen darvon ziehen müſſe, durch die finger
lache; Nit allain Er, ſondern auch ſeine mit interessenten ſampt einem groſſen Thail
der ſtatt Löwenberg, wölche zu Zeügen ſtehen, oder ſonſt behelligt werden ſollen, mit
aller macht dahin dringen, das diß recht verſitzen pleibe, deſſen ſich auch thails mit

worten verlautten laſſen, wölche vnd andere difficulteten Ir zu vberwinden vnmüglich ſcheinen, So aber Je Ire Kriegsvögte vnd anweſende Kinder continuirn müſten, daſſelbig, vermüg E. F. Gn: mehrmaliger befelche auch in Irem abweſen geſchehen khönde, ſonderlich, weil ſie nunmehr in den dritten Monat wider allhie geweſt, vnd hiermit der ſachen genug gethan.[1]

141v Wan aber hingegen Sy allerhand bedenckhen, vnd ſonderlich diß einwürfft, das man ſie abermahlen, wie zuvor, der flucht bezüchtigen, vnd dahero für ſchuldig erkennen, auch E. F. Gn: ſelber hierdurch zu einem böſen verdacht verurſacht werden möchte

So gelangt demnach an E. F. Gn: mein vnderthänig flehentlich bitten, die als vatter der witwen, geruhen mir, einer ſo hochbetrübten vnd verwürten ſibenzigjärigen witwen eltiſtem ſohn, zu verſorg- vnd verhüebigung deroſelben, dero fürſtliche Hand gnedig zuraichen, Meiner Mutter per expressum zuerlauben, das Sy ohne verluſt Irer Ehren, vnd neülich bewilligter alimenten, obbeſagtem meinem rath folgen vnd bey mir Irem elteſtem ſohn auſſer lands wohnen khönde, biß ſo lang E. F. Gn: ſelber dero nit wider herauff begehren; auff wölchen fall (.den zwar wir vnſers Thails zuſetzen nit Vrſach haben.) Ich ſie meine Mutter vnverwaigerlich volgen zulaſſen, hiermitt neben meiner vnderthänigen Treu, auch all mein haab vnd gutt nochmahlen verpfende. E. F. Gn: mich vnd meine angehörige zu Landsfürſtlichem ſchutz vnd Gnaden, vnderthänig vnd gehorſamlich empfehlend.

E. F. Gn: vnderthäniger vnd Gehorſamer armer diener vnd Landkind

Johan Keppler
Jetzo der Röm: Kay: Mt. vnd einer Löbl: Landtſchafft in Öſterreich ob der Enns Mathematicus

151v An den Durchleüchtigen Hochgepornen Fürſten vnd Herrn, Herrn Johan Friderichen, Hörtzogen zu Würtemberg vnd Teckh, Graven zu Mümpelgart, Herrn zu Haidenhaim etc.
Johan Kepplers Mathematicj vnderthäniges vnd gehorſames bitten.
praes. den 20iſten Nouemb: anno 1617

Kanzleivermerk: Vogten zue Leonberg zueſchreiben, Nachdem Johan Kepler Kay. Mt. Mathematicus supplicando v. gebetten, den zwiſchen ſeiner Mutter vnd jrem Gegentheyl vor dem Stattgericht Leonberg vnerörterten Proceß zubefürdern, darneben jme zuvergonnen, das er ſeine Mutter wüder mit ſich nacher Lyntz nemmen möge, dieweyl man nun befinde, das der Gegentheyl den Proceß verlengere, welches Ire F. G. nit zugeſtatten wüſten, Alß ſolte Vogt dem Stattſchreyber alß Commissario anzeigen, mit ſeiner Commission fürderlich für zugehen, deßwegen er Vogt dem Gegentheyl bey ſtraff 10 fl. zuerſcheinen, dem production tag beyzuwohnen, vnd

weitere Verlengerung nit zugebrauchen, vfzulegen, oder, daß der Commissarius in Contumaciam fürgehe, jme anzuedeuten, daruff er den Proceß zur entschafft zubefürdern, vnd die Vrthel ante publicationem zur Cantzley zueschickhen. Wa fern auch Kepler seine Mutter wüder mit sich zuenemmen begeren wurde, solt er daßelb geschehen laßen. In Cons.° 22. Nouembris 1617.

775. JOHANN BAPTIST HEBENSTREIT AN KEPLER IN TÜBINGEN

Ulm, 14. November 1617 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 359–360. Eigenhändig

Ehrnvester Hochgelehrter jnnsonderß gunstiger Herr Keppler, Nechst erbietung 359
meiner willigen diensten. Zwar von mir alß ignoto, kan jch demselben jn eil, vnd jn magnis occupationibus, gleichfalß mit particularj valetudinis cura distinirt, nit verhalten, das mir, Nach empfangnem seinem schreiben vnd von mir fürgenomnen verfertigung seineß begerenß, zimlich schimpf, vnd schlecht pariren von hiesigen ἀγροδιάστοις widerfahren. Zwar eben diß vrsach gewest, das jch jn beisein deß Bibliopolae, alle sachen gantz tumultuariè auß der truchen, vnd mit großem Vnwillen genommen, schike selbige dem Herrn, mit dem geding, er woll das fäslin gleich herrn M. Joh. Baptisten Weigenmair, professorj Philosoph. zu Tübingen lassen zukommen, welcher dann weiterß von mir bericht soll werden. In summa die agrestes asinj ad S. + 10
werden mich verursachen, das jch deß Herrn 2. Trochen (id est ein raistruchen, vnd ein kisten, so schwer) werde auf erlegung eineß gerüngen geltß selbsten an gwarsame ort lassen verführen, biß der Herr selbst de suis wird dispositionem fürnemen. Verhoff auf dißmal werden fast alle puncten dem Herrn satishabirt sein, allein kauft man hie die Calender nit gern, so den Newen zu vodersst haben. Was weiter dem Herrn geliebt, will jch, (ob zwar meine copiolae schlecht, vnd mein gesundhait für dißmal mediocris, doch) willig auf fernere | literariam animor. Conjunctionem dem Herrn jn 359v
opt. forma angebotten, vnd selben patrocinio div. Numinjs anbefohlen haben. Haec raptim. Vlmae. 14. Novembris 1617.

Des Herrn Dienstwilliger 20

M. Hebenstreitt R. mpp.

Mit dem fuhrman wirdt man zu Tübingen abkommen, deß fäßlinß pondus soll auf mich beruhen.

Dem Ehrnvesten Hochgelehrten Herrn Joh. Keplern, Mathematico celebratissimo aniezo jn Tübingen, meinem jnsonderß gunstigen lieben Herrn. Tübingen. Zusampt einem fäßlin Herrn Dietrich Wehrlin zulifern. 360v

776. JOHANNES JESSENIUS AN KEPLER IN LINZ

Prag, 30. November 1617

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 266. Eigenhändige Unterschrift

266 S. D. Cum proximè in Bohemiâ degeres, Keplere amice, nunquam mihi tecum esse licuit, praeter quam semel in transitu. Nihilominus in te colendo et aestimando persevero. Quod si Academicum vitae genus porrò placeret, posset imposterum nostra paulatim reviviscens tibi et tui similibus locum praebere. Et hoc est unicum, quod te volebam scire: Alia ex harum porrectore literarum eruditissimo Viro Domino Georgio Gualtero familiari meo poteris, si voles, discere, quem tibi insuper diligenter commendo. Vale. Dictabam Pragae. Die Andreae. Anno 1617.

Doct. Jessenius
10 Acad. Pragens. Rect. et Cancell.

266v Clarissimo Mathematico, Domino M.
Johanni Keplero. Lincium

777. KEPLER AN THOMAS MINGONIUS IN PRAG

[Linz, Ende 1617]

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 126. Eigenhändiges Konzept

126 S. P. D.

De Ephemeridibus, quae sunt necessaria, scribam, usus ea brevitate, quam tua mihi praeit Epistola, ut rebus necessarijs et tempori consulatur.

Prima Ephemeris nondum est excusa, quae est de anno 1617 currente. Praemittitur dedicatio S. C. M^{ti}, in qua indicatur, quid restet laboris, ut Astronomiae restauratio, a Tychone Brahe incepta absolvatur. Succedit explicatio fundamentorum calculj, in qua ostenditur quibus in punctis calculj astronomicj a Tychone Brahe discedam; coelum an Terra move-
10 atur, hoc loco non quaeritur; utriusque quidem sententiae pro re nata fit mentio semel atque iterum, sed ea tantum historica vel hypothetica, non assertiva. Hic jam duae paginae sunt excusae. In fine examinatur Dogma Davidis Fabricij Astronomj Frisij de ampliatione diametrj Lunae in Eclipsibus Luminarium, et hac occasione respondetur ad alia quaedam objecta ejus, praesertim quod mihi exprobravit, me non vidisse Mercurium in Sole, sed maculam. Ultima ejus objectio fuit de motu terrae,

quem ille rejicit dictis scripturae, et me subsannat, quod miser Josuas cogatur nunc demum discere, non Solem, sed terram stetisse. Hic ego non quidem dissimulo, me motum terrae defendere, quem sensu philosophico et jocoso appello Cor et Animam meam, et sine responso ablego ipsum, asserens, indignum esse, his argumentis cum Astronomo contendere, quae propter delusionem usurpatam ne Theologum quidem deceat. Et quia per ferias Natalitias forte nihil excudetur; possem interim a D. T. N. monerj, an hic quid sit mutandum. Alterum caput fecj, explicationem novae formae Ephemeridum, estque loco instructionis in alijs Ephemeridibus usitatae; in hac parte prolixè disputo contra morem addendj horas et minuta ad unumquemlibet aspectum Lunae cum planeta, et hac occasione dico aliqua contra doctrinam Electionum, modestè tamen et cum exceptione Naturalium; ut in Medicina etc. Ephemeris quaelibet habet paginas 4: prima ferè impletur descriptione Eclipsium. Ephemeris annj 1617 habet A. B. C. D. et spero brevj absolvendam. Ephemerida annj 1618 habes jam, ea absolvitur paginis E. F. G. H. Vltra nondum est progressum. Jam accingam me ad Eph: annj 1619. quae habebit I. K. L. M. Et absolutis tabulis, quae interim surgunt, scribam si vixero alias consequentes, usque ad 50 annos futuros, addam et 37 annorum exactorum, sed breviores, et adjungam observationes meteorologicas ad dies singulos per 23 annos, et si fieri poterit, sique per haeredes Brahej licuerit, apponam etiam observationes coelestes.

Sunt autem mihi de Ephemeride annj 1618. in promptu 400 Exemplaria: sed habeo Francofortj et Noribergae jam distributas. Augustae habet Willerius ad 20: quae posset in Italiam mittere, praeterea nullus mittet.

778. OKTAVIUS PISANI AN KEPLER IN LINZ

Antwerpen, 4. Januar 1618

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 82–83. Eigenhändig

Clarissime et Praestantissime Domine Keplere mi Domine, *82*

Etsi audaciae nomine me tibi suspettum puto, eo quod audeo tanto uiro maximis negotijs occupato mittere litteras, immò nec eas tanti, quanti tuam lectionem decet, tamen fretus meae seruituti fortassè tibi acceptae, et praecipuè tuae (ut ex uirtute, et doctrina accepi) magnanimitati; audeo, audeo inquam, mittere, qua enim ego deficio, haec implebit; ut Senechae adaggio utar, Est docti esse magnanimum; Magna-

nimi autem supplere aliorum defectus; His ita positis duo efflagito, unum est, ut me doceas quandam propositionem opticae frustra à me in tuis praecipue, et aliorum opticis quaesitam, et iam desperatam;

Alterum est quod mihi scribas quid uis pro laboribus tuis, illico enim satisfaciam; et tibi soluam quod petis, tantus enim sum, ut bene soluere possim;

Propositio frustra mihi in aliorum, et tuis praecipuè opticis quaesita est haec, Dato circulo perspicilli concaui, uel conuexi, Inuenire circuli concaui uel conuexi Diametrem, qui maximè potest elongari, nempe unus ab alio, seu tubus maior inter utrumque quis sit; Scio autem, quod uno perspicillo concauo possunt conuenire plures conuexi in maiori, et minori inter eos distantia, seu tubo, Ego autem uolo discere à te quomodo potero inuenire, seu scire talem conuexum, seu Diametrem talis conuexi, qui maximè, maximè inquam possit elongari à concauo, seu maiorem, seu maximum tubum patiatur, seu contineat;

Exemplum; sit datus perspicillus concauus cuius, aut unus aut ambo circuli, sed sit pro nunc unus; sit A, B, C, D, diameter uerò sit A, C, D, Ego uolo scire, huic circulo A, B, C, D, seu sit totus in uitro effictus, seu



in parte, ac perindè est, uolo inquam scire quantus erit diameter circuli conuexi, non cuiuscumque correspondentis, (sunt enim plures) sed illius tantum, qui maximè potest elongari ab ipso A, B, C, D, seu, qui maximum tubum contineat inter se ipsum conuexum, et concauum A, B, C, D.

Concauo A, B, D, potest conuenire, seu tubum subtendere semid. circuli F, seu circuli T, seu circuli H, seu circuli I, seu circuli O, sit autem supposita, seu data et non concessa maxima distantia linea C, L, seu maximus tubus C, L, hoc est quod uolo scire, nempe quanta erit proportio diametrum circuli A, B, D, et circuli O, L, qui est maximus tubus, seu maxima linea inter concauum, et conuexum perspicillos. Quaeso cogita benè, et experiare, et responde, quaeso ne dedigneris meas litteras, neque me debitum tibi soluentem. Noli me ita contemnere, ut tantum laborem pro me subire effugias, non enim decet contemtus tuam uirtutem, nec magnanimitatem; ego spero à tua magnani-

8) defectibus 9) praepositionem 14) Praepositio 31) tumbum 39/40) contentus

mitate responsum, latum, bene descriptum, et propositionem geometricam bene delineatam, et ampla explicatione ornatam. Vale. Antuerpia anni 1618, die 4^{ti} Januarij. Sit pietas cordi, noli indignarier ullum.

Tui, et tuae uirtutis, et praestantiae
obseruantissimus et addittissimus

Octauius Pisani

Clarissimo Doctissimoque Viro Domino 8 r v
Joanni Keplero Mattiae Imperatoris Mathematico dignissimo; et praestantissimo.
Lincium 50

779. WILHELM SCHICKARD AN KEPLER IN LINZ

Nürtingen, 30. Dezember 1617 (a. St.)

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 211, 214. Eigenhändig

Felicem novum Annum, et promptissima mea officiola. 211

Clarissime et Praestantissime Vir, Domine Fautor plurimùm colende. Binas jam, post Praestantiae Tuae discessum literas, easque diversis locis et contrario sensu scriptas, praeposterè accepj. Vnas Augustâ huc transmissas, alteras Tubingâ: Illae posterius et remotiorj loco exaratae, prius redditae sunt; hae contra, nescio quibus moris, vltra Mensem in tàm vicinâ vrbe detentae, medio Decembrj demum mihj visae sunt. Illae delineatas figuras ad Krugerum mittere jubebant, vt ibj exsculpantur; hae verò mihj ipsj hanc operam injungebant. Quorsum ex hoc bivio eundum esset, ambigebam quidem ab initio nonnihil, sed tamen postea, re melius deliberata, arbitrabar posteriora praejudicare prioribus, et δευτέρας φροντίδας, vt ajunt, fuisse σοφωτέρας, adeoque bono quodam fato illas hasce praevenisse augurabar. Quanquam igitur in Tuj, tàm celebris, et de vniversâ Mathesj praeclarissimè meritj gratiam, hunc caelandj, vtcunque aliàs molestum, inprimis mihj caecutientj inimicum laborem, lubentissimus ipse suscepissem, quia tamen ad operis editionem maturandam, aliter vobis Augustae congregatis visum fuisse intellexj, non invitus et ipse Consilium mutavj, et quàm citissimè licuit, schemata omnia pyro inscripsj, Kruogeroque per Aurigam (·Lapidum Molarium nostratium vectorem·) illuc transmisj. Quàm verò benè omnia, praesertim Tredecim Archimedea assecutus fuerim, equidem ig-

41) resposum . . . praepositionem

noro; ipse judicabis, cum inspiciendj dabitur copia. Spero tamen non
† longè manus à scopo aberrasse. Quae de quinque corporibus, circulo inscriptis, in Tubingensibus literis monuit T. P. illa mutare in summâ Aurigae festinatione mihj non fuit integrum. Vix enim sat temporis relinquebatur compingendis, et linteo insuendis illis Truncis ligneis, nedum nova schemata delineandj, quae secessum pingentis et ocia quae-
† runt; ut illud Ovidianum hîc mihj vsurpem. Satis tamen ad mentem Authoris depicta esse puto.

Caeterùm, vnà cum Tubingensibus literis, etiam utriusque Stereometriae, germanicae et latinae, nec non Ephemeridis et Calendarij hornj, singula Exemplaria, dono mihj abs te missa, sarta tectaque accepj: pro quibus Gratias nunc agerem, nisj verbotenus Agere tantùm, et non potius Referre posse puderet. Certè multis modis gratissima mihj contigerunt: Grata quòd gratis seu dono data; gratiora, quòd Materia illorum mihj Matheseωs minimo quidem, sed tamen syncero Amatorj, reliquis ferè omnibus studijs est gratior; gratissima denique, quòd à gratissimo
211r Viro, eoque ipso Authore profecta sunt: | Viro, quem à facie nondum cognitum, sed Eruditionis Famâ notissimum, maximj semper fecj; nunc verò etiam Amo, officioseque colo, postquam coràm, ex aliqualj conversatione, ejus Humanitas quoque innotuit. Sed Affectuj meo Temperandum est, nè ab Adulatore potius, quàm Admiratore dicta existimentur. Reliqua, quae adjuncta erant, jam dudum suis Possessoribus reddita sunt: Calendaria Heumadam transmissa, et duo librj Domino Maestlino cum gratiarum actione restitutj.

Porrò, cum proximè inter alia, de Globorum Vulgarium, imò illorum quoque, qui Tychonis magnificum nomen prae se ferunt, Erratis, et Restitutione in melius colloqueremur, meminj Tuam Praestantiam mihj hac in parte aliquid molientj, Adjutrices, aut potius Directrices manus promisisse, et Catalogum reliquarum Fixarum, quae in eiusdem Progymnasmatibus non extant, spopondisse. Quòd si itaque hisce promissis, in debitum jam cadentibus, aliquando stares, et illarum Fixarum, quae ad millenarium complendum adhuc desiderantur, copiam mihj faceres, simulque speciatim de vnius vel alterius Asterismj perversè hactenus effictâ picturâ me admoneres, esset sanè gratissimum; et Calcar adderes, vt singulos ad Voluntatem tuam delinearem, delineatos tibj ad censendum offerrem, censitos verò aerj inciderem, et sub Auspicijs tuis publicarem. Quod sanè operae pretium futurum, nullus dubito.

Tandem et hoc P. T. sciat, me occasione nostrae conversationis, de novo ad Mathesin animum applicuisse, et isthaec studia per quadriennium ferè prorsus intermissa, resumpsisse, atque hactenus (·quantum quidem per Ferias, et Tempore ab Ecclesiasticis functionibus vacuo

mihj licuit·) Trigonometriâ praecipuè occupatum fuisse. In quibus Aenigmatibus, vtinam Te Conjectorem, quovis Oedipo expeditiorem, interdum compellare possem! Sed nimis longè invicem absumus. Interim hoc vnum quaero: Annon etiam absque sinuum Canone Triangula solvj possint? Videtur enim misera Ars esse, quae hisce Tabulis semper indiget, atque infelix computator, qui non ubique ad manus habere potest illum canonem, et vulgò ridemus illos, qui Artem aliquam jactant, sed illam non nisj è libro sciunt, libro autem suo, quasj oraculo destitutj obmutescunt. Taceo quòd admodum servile sit, Canone utj cuius Errata (·si quae forsan habeat·) deprehendere nequeam, nedum corrigere, interim tamen securissimè ipsj fidere.[1]

Fas mihj sit, coram P. T. cogitationes meas, (·procul dubio rudes et jejunas, sed tamen discendj cupidas·) aperire. Sj plana Triangula solvj possent, etiam sphaerica nihilo difficilius computarj posse confido, cum ad illa reducerentur. Sed planorum Latera scirj posse, etiam sine canone sinuum, notius est, quam vt Ego sus, id te Minervam modò doceam. Superest igitur, vt Angulos expiscemur, et vt inveniatur proportio ad se invicem duorum acutorum Angulorum in Rectangulo. (·Nam obliquangula hic nil moror, siquidem in duo Rectangula facilè dispescantur·) Proportionem inquam illorum tantùm desidero; exinde enim Quantitas singulorum, per Regulam Detri facilè sciretur: quoniam ambo simul sumptj, aequantur vnj recto. Illam frustrà diu quaesivj, plurimùm me super hac re macerando, noctu cum quiescere, et interdiu quoque cum sacris vacare debuissem. Capillis primò, quod ajunt, hûc trahebam penultimam Primj Euclidis, ratus duorum, quae Rectum includunt Quadratorum ad se invicem habitudinem, hoc quaesitum mihj notificaturum, quoniam ambo simul sumpta aequantur Quadrato hypothenusae, perinde ut ambo Acutj aequantur vnj reliquo Recto. Sed spe meâ longè me falsum esse, crastinus dies docebat, cum ad calculj Lydium quasj lapidem haecce phantasmata examinarem. Nihilominus tamen aliquid Proportionis subesse, adhuc non despero. Quòd sj vana et impossibilis est haec mea praesumptio, et forsan merae irrationales quantitates, fac vt sciam, nè frustrà hunc Aethiopem lavare pergam; sin verò conatum non prorsus irritum judicas, aut ipse viam nostj, quà vel ad ipsissimam veritatem, vel quàm proximè ad ipsam, et simul compendiosè eatur, quaeso nè me celes. Discere namque à Praestantia Tua paratus sum, nec vulgarj mihj honorj ducerem, tuus Discipulus audire.

Sed abrumpo Epistolam. Vereor enim, nè prolixitate meâ Tuam Praestantiam gravioribus occupatam, statim primâ vice sic offendam, ut posthâc minus propitiam fortè sentiam. Condonet hoc Affectuj meo, et quam felicissimè valeat, cum omnibus domesticis, à Meâ quoque per-

amanter et officiosè salutata. Dabam Nirtingae proprid. Calend. Jan. An. 1618. Stylj veteris.

Praestantiae Tuae Observantissimus

Vuilhelmus Schickhart

214v Dem Ehrnveſten vnd Hochgelehrten Herrn Johannj Kepplero, der R. K. Mt. vnd dero löblichen Landſchafft jn Öſterreich ob der Ens, beſtelltem weitberühmten Mathematico etc. Jezund zu Linz wohnhafft. Meinem großgünſtigen Herrn. Linz

780. FLORIAN CRUSIUS AN KEPLER IN LINZ

Straßburg, 31. Januar 1618 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 324. Eigenhändig

324 S. P.

Diuturnj silentij, vir charissime, ea fuit causa, quod ego meae tenuitatis et miseriae conscius viris bonis et doctis ineptijs quibuslibet molestus esse nec velim nec possim: hactenus enim etsi quae scriberem nova non habebam, tamen de quibus judicium tuum libenter audivissem forsan habebam nonnulla tum à tuis ipsius libellis tum aliunde suppeditata. At cum essent haec talia, quae familiarj colloquio potius reservanda quam negocijs tuis gravioribus molestè immiscenda videbantur, condidi ea vel temporj paulatim diluenda, vel coràm suo tempore tibi pro ea quam apud te habeo libertate proponenda. Unum tamen, cum video te in edenda Epitome tua laborare, non incommodè antequam ea integra prodeat, monerj posse existimo. Certum est sententiam Copernicanam de loco et motu terrae ita à te esse defensam, ut illi qui stupido sensuum judicio et Aristotelicj cerebrj λήροις innixi acutissimis tuis contemplationibus obloquj ausi fuerint, planè responsione amplius indigni habeantur. Veritatem tamen hujus rej altioribus innixo principijs ulterius indagare et persequi per te (qui liberrimè in omnibus philosopharis, et omnes liberè philosophantes amas) vel maximè licebit. Ut verò tu hoc in negocio animosius agis antiqui praesertim Aristarchj Samij satellitio stipatus: ita lubentius ego longè antiquissimi Zoroastris Chaldaej et illius ter Maximj Hermetis Aegyptij divinissimis et subtilissimis principijs innixus incipiam quodammodò Aristarcho tuo obloquj. Solenne est omnibus philosophis, sed paucis admodum intellectum,

hominem nuncupare μικρόκοσμον (quod nec tu, vir clarissime, negas: et causam scis cur negare non debeas) si verò μικρόκοσμος est, totius universitatis scopus erit, in quem solum omnes potestates collimantes convenient in ipso tanquam in centro: unde et centrum occupabit: et extra centrum hominem esse ἀταξία naturae rerum maximè repugnans prohibebit: semina enim et quintae quasi essentiae totius plenitudinis undique pari virtute in hominem tendunt et jaciuntur: omnes in homine scientiae habitant. Dein ex sacris et ipsa natura constat hominem totius visibilis creaturae dominum esse et in medium paradisj collocatum: paradisus autem is non certus erat hortus, sed tota visibilis universitas: unde in hujus medium à scriptura collocatus dicitur: et is locus debetur mortalj Deo cuj omnia servire tenentur, non alius. Praeterea omnium entium centrum et origo et scopus est Deus, qui solus in toto entium ambitu ubique idem unus et multus viget: ita visibilis mundus archetypi sui invisibilis imago et in eo Deus visibilis homo inter se invicem dispositj sunt, et quemadmodum Deus centrum est universae plenitudinis, ita homo centrum visibilium, et per consequens in centro. Tum ex centro extenditur circumferentia, non verò ex circumferentia centrum constituitur: Jam ut ex historia creationis constat ex terra et inter inferiores atque superiores aquas extensi sunt coelj ita ut terram undique coelum comprehenderit: in quo coelo dein stellae et luminaria magna collocata sunt et orta: pulcherrimè cum Mose Hermes consentit: is enim ita in Poemandro. Ex humidae naturae visceribus syncerus ac levis ignis protinus evolans alta petijt: Aer quoque levis spiritu parens mediam regionem inter ignem et aquam sortiebatur, Terra verò et aqua sic invicem commixta jacebant, ut terrae facies aquis obruta nusquam pateret: haec duo dein commota sunt à spirituali verbo quod eis superferebatur etc. Totam etiam visibilis creaturae machinam quatuor corporum receptacula continere antiquum est, terram scilicet aquam, aerem et ignem: de igne quod is supremam mundj occupaverit et extimam sedem nemo dubitabit, qui modò antiquissimam vocem aetheris coelo attributam aequâ lance et animo excitatiore perpenderit, et cum omnem ignem ad superna tendere, omnemque desuper venire animadverterit: imò ignis ipsius rarissimam et maximè expansam corporis consistentiam intellexerit. Locum verò maximum et amplissimum | ignis consecutus est ut infinitis corporibus hominis causa ibidem collocandis locum praebere possit. Quod si verò urges terrae exilitatem et Solis magnitudinem: cum omne centrum exile esse debeat, et [. . .] sit tamen eius vis per omnem circumferentiam sparsa, ut et in hoc negocio: quo enim mens hominis tam angustianimantis, Domini tamen totius universi, non pertingit? Imò si ex magnitudine centrum esset judicandum non Sol,

3249

sed Sirius qui major est Sole centrum erit: et si Sirius extra centrum est, quo jure Sol illud occupabit. Et vis motrix illa in Sole adhuc admodum incertis et fragilibus nititur fundamentis. Scriptura sacra tota est mearum partium: cujus ῥητὸν etiam minimè urgeo, sed vim ipsius abditam et longè divinissimam perfectissimamque in ea conditam veritatem, ut intuearis cupio, quae tibi longè aliud suadebit: fateor Scriptura de rebus divinissimis simplicissimè loquitur: illâ tamen simplicitate totum sapientiae thesaurum tectum possidet. Verbum enim patris est domicilium totius divinitatis et sapientiae: Elegantissime haec Hermes in serm. de mente communi expressit: Beatus Deus, Daemon bonus, animam esse in corpore, mentem in anima, in mente verbum pronunciavit: Deum verò horum principem asseruit. Verbum itaque imago ac mens Dei est: corpus autem Ideae, Idea verò anima est etc. Verbum hoc in triplici reperitur domicilio et quaerenti cum toto thesauro suo se offert, primum in intimis nostri cordis penetralibus in quibus Christum et imaginem Dei primogenitum omnis creaturae, thesaurum in vasis fictilibus gestamus. Dein in carne in Christo Jesu Nazareno Bethlehemae nato in quo conplacuit totam plenitudinem habitare: Tertio in verbo scripto, nam verba Christi (Joh. 6.) sunt Spiritus et vita, et verbum scriptum est illa ipsa substantialis aeterni Dei et sapientissima voluntas. Quod enim (1. Joh. 1.) audivimus, vidimus et palpavimus verbum, verbum inquam vitae annunciamus vobis etc. Felix qui simplici pallio detracto dignus fit videre miranda divinae sapientiae mysteria sub eodem contempto cortice latentia. Unde nemo existimet Scripturam sacram de philosophica veritate non esse sollicitam: sed potius videat, ut oculos puriores consequatur et lucem splendidissimam sapientiae divinissimae et solius verae perspicere possit. Una enim est sapientia et ea in Deo habitat, ex eo ad nos descendit: Facessat ergò philosophorum nugatoria turba, quae duplicem sapientiam et tot distinctissima genera scientiarum somniat. Postremò recurro ad dictas autoritates antiquissimorum, quod ex revelatione divina sua primaria dogmata habuisse, testes sunt historiae, testes ipsa sacratissima et planè humanam rationem transcendentia scripta: major ergò horum mihi autoritas (si nulla quoque alia argumenta praeter revelationes adessent) meritò esse debet, quam reliquorum speciosa nec sat firma ratione aut experientia confirmata figmenta. Concludam ergò cum divino Zoroastre, Totum mundum ex igne et aqua et terra et omnia lento aëre constare. Item. Fixitque multum coetum astrorum fixorum, animaliumque errantium constituit septenarium, Terram in medio posuit, aquamque in terrae sinibus, aëremque supra haec. Et cum Trismegisto: Inspice Lunam caeteris septem praecurrentem, naturae organum (inquit Mens ad Hermetem) inferiorem materiam transmutan-

tem: terram in mundj medio sitam pulchrj mundj subsellium, nutrimentum terrenorum omnium, eandemque nutricem. Sed ne justo molestior sim, desino et reliqua quae dici possunt plurima in aliud tempus reservabo. Tu interim, vir clarissime vale et meae infirmitatj ignosce. Nostrum Dominum Gringalletum plurimum à me salvere jube, ut et Dominum Danielem Hizlerum, Dominum Rauschardum, Dominum Megiserum si vivit, nam periculosè eum decumbere audivi. Et dic mihi quid causae est? cum hic praeter omnium astrologorum praedictiones frigus 14 dies fermè perdurasset, et 27 Januar. st. vet. usque ad secundam pomeridianam frigus cum nive nunquam remisisset: cur post horam dictam de repentè ventus vehemens exsurrexerit, et tanquam ex fornace aestuante emissus unius horae spacio omnem nivem absumpserit sine pluvijs: sequentibus verò diebus demum pluvias copiosissimas induxerit quae ad hodiernum diem usque continuantur. Dabam Argentinae 31 Januarij st. vet. Anno ineunte 1618. quem tibi tuisque omnibus quam felicissimum esse precor.

T. Excellentiae observantissimus
Florianus Crusius

781. GREGOR HORST AN KEPLER IN LINZ

Gießen, 4. Februar 1618 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 92. Eigenhändig

S. Cum praesens hic meus domesticus, Dominus Carolus Uffelbacherus ad vos abiret, Vir Clarissime et Excellentissime, fautor et amice plurimum colende, non potuj intermittere, quin pro amicitiâ nostrâ te salutarem, inprimis sub auspicium novi hujus anni, quem tibi tuisque ex animo felicissimum optatissimum precor. Quod statum nostrum tam publicum quam privatum attinet, illum ex praesenti amico meo cognosces: tuum scire gestio, inprimisque Sphaeram tuam, ut audio Lynzij impressam desidero, cum non dubitem, antecessoribus tuis hac in re palmam te praeripuisse, quapropter eò allabora ut exemplaria Francofurti venalia sint, quò a nostris bibliopolis comparari queant. De Fracastorij Astronomicis tuum judicium optarem: sed fortassis abundè satisfaciet liber tuus Sphaericus. Ego his ipsis, ut nosti, inter reliquas occupationes delector, inprimis etiam ob fratrem uterinum Jacobum Mullerum, qui ex professo in his studijs laborat. Benè Vale, per occasionem Dominum Persium, Dominum Rauschardum, Dominum Pau-

lum Claus, Dominum Anomaeum, Dominum Kesselboden et omnes amicè mihi faventes officiosè saluta. Raptim Giessae 4. Febr. 618.

Tuus ex animo
Gregor. Horstius D.

92v Viro Clarissimo et Excellentissimo Domino Johanni Keplero, Sac. Caes. Majest. Domin. Proc. Austriae superior. Mathematico ordinar. Domino et amico.

782. ERASMUS VON STARHEMBERG AN KEPLER IN LINZ

Eferding, 20. Februar 1618

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 57. Eigenhändige Unterschrift

57 Edler Hochgelerter ſonders lieber mein grues vnd genaigten wilen wiſt zuuor. Hiebei bit ich mich zu erindern wieuil von einer Landtſchaft aus den Puechpindern zu Linz für ein buch in regali, gros folio, mitter folio, vnd quart mit weis pergament eingebunden, bezalt wiert, das beſchult ich vmb euch wider. Purkh Eferding den 20 Febr. anno 618.

E. von Starhemberg

57v Dem Edlen hochgelerten H. Johanni Keplero, der Rom. Kay. Mt. vnd einer Löb. Landtſchaft ob der Ennß beſtelten Mathematico. Meinem lieben freundt zu handen.

783. KEPLER AN MATTHÄUS WACKER VON WACKENFELS

[Linz, Anfang 1618]

Original unbekannt. Erster Druck: M. G. Hansch, Joannis Keppleri aliorumque Epistolae mutuae, 1718, S. 563–565. Fragment

Annus jam circumagitur inchoatae tuae in me novae benevolentiae liberalitatisque, cujus exacti rationes Tibi explicabo, ne silentio diutino causam praebeam suspicandi, tanti Viri memoriam mihi excidisse. Ut primum Praga domum redii, ad Tabularum et Ephemeridum opus redii, utque sumptus ad Ephemeridas duorum annorum expedirem, vile et Calendarium cum Prognostico scripsi; quod paulo admodum honestius est quam mendicare: nisi quod sic honori Caesaris parcitum, qui me in solidum deserit, ut per ipsius Mandata Cameralia, quantumvis crebra et recentia, mihi fame perire liceat. Ephemeris A. 1618 ex-

cusa fuit novis meis typis, Francofurtum vero non advenit tempori. Ea absoluta, coepi ad Anni 1617 Ephemerida cum Prolegomenis excudendam animum applicare; sed cum matrem meam domum praemisissem, postulabant ipsius negotia et mea pietas, ut interposita commodo loco mora operibus meis, ipse subsequerer. Cunctantem me impulerunt Generi mei literae, quibus mihi mortem uxoris privignae meae acerbissimam sibi, liberisque tribus communibus, nunciavit, per omnia sacra obtestans, ut filiam sibi meam annos jam 15 habentem, ad solatium liberorum matre orbatorum, adque curam qualemcunque domus per absentiam suam officii causa, ad breve tempus concederem. Sic igitur Octobri mense cum filia profectus sum adverso Danubio, Ratisponam usque lentissimo itinere: quod cum praevidissem adscivi Comitem mihi facundum in studiis meis, librum Vicentii Galilaei Italicum de re Musica, cujus lectionem quamvis impeditam ob idioma insuetum, summa cum voluptate dodrantem absolvi: inveni enim thesaurum antiquitatis egregium, et quamvis in re ipsa crebro ab ipso dissentiam, delectatus tamen sum artificio disputantis in contrarium, et in re Mathematica oratorem agentis, praesertim ubi veterem Musicam extollit, novam deprimit. Relicta vero filia prope Ratisponam in Walderbach, perrexi eques in Wirtembergiam et forte fortuna Jubilaeo Lutherano interveni, cum nocte intercedente oppidum Vaihingen arsit, centum quinquaginta domibus absumptis; itaque bombardae Aspergenses, quae crastina luce signum erant daturae laetitiae publicae, nocte praecedente viciniam convocarunt ad opem ferendam. Occidit et pulverarius Stutgardiae, dum onerat explosas, necdum refrigeratas fistulas. Ego domesticis negotiis ob vindemiam ferventibus, torcularibus lente tractis ad Maestlinum identidem ventitavi, cumque illo de omnibus partibus Tabularum contuli; inveni etiam nobilissimum ingenium in oppido Nürtingen, Matheseos amantissimum juvenem, Wilhelmum Schikardum, Mechanicum perindustrium, juxtaque orientalium linguarum cultorem. Tandem dispositis utcunque domesticis negotiis, mense Decembri per Augustam et Walderbachium domum sum reversus, jam Natalibus inchoantibus. Ex eo tempore curavi editionem Ephemeridis 1617 cum Prolegomenis; intereaque ad Tabulas et Astronomiae Copernicanae partem alteram respexi. Sed cum puellam filiam, quae Augusto Mense nata erat (paulo priusquam aliam trimulam amitterem) domum reversus invenirem catarrhis periclitantem, isque morbus tandem in luctum exiret: dimissis ego Tabulis, quae quietem requirunt, animum ad Harmonica excolenda appuli, verso in Latinum sermonem Libro III Harmonicorum Ptolemaei, scriptisque in eum notis, quibus meas inventiones Harmoniarum coelestium comparo cum authoris eadem de re opinionibus. Summam

igitur hujus Doctrinae partis Tibi ἁρμονικωτάτῳ aequum est, ut exscribam, ut qua re nihil me magis in vita delectarit: ejus copiam tibi in hac aetate ne invideam. Quemadmodum natura sublunaris, hoc est, Anima Telluris, animaeque superficiem incolentium occulto instinctu percipiunt diliguntque configurationes Harmonicas radiorum ex binis planetis descendentium, quae configurationes necessitate motuum certis temporibus eveniunt: sic cum in Sole multo sit pulchrior et instructior apparatus et congruentia motuum, ex Sole (non vero ex ullo alio corpore) apparentium, et congruentia quidem, non necessitate eveniens, sed architectonice ordinata ab initio; Mundanis scilicet motibus in illam studio contemperatis: credibile est, in Sole naturas animales esse multo nobiliores, quae iis delectentur, et moveantur naturaliter; et naturas quidem Diis dominis similes. Nam nos quidem terricolas sola Luna circumit, nobis scilicet famulata: caeteris planetis nos fruimur, ut commoda vicinia, radiorum ex iis ad nos delapsorum configurationibus, quas ipsi nobis non procurant, exquisitis. At Solem et nos et omnis Planetarum chorus circumimus, ei veluti famulantes, ejus propria familia et peculium. Quod si gentilis essem, et si nihil plane ex instructione Christiana hausissem: dicerem, in hunc globum totius Mundi praestantissimum patere nobis, Wackheriique similibus animabus receptum. Sed manum de Tabula. Nam toni coelestes sunt exprimendi schematibus usitatis.

† Ima nota est motus Aphelius, summa perihelius. Nam dum duo durant intermedii ceteri mutantur. Venus non tantum habet varietatem motuum, ut vel diesin faciant, quantum est inter *dis* et *e*; Ergo per unisonum sunt exprimendi ejus motus. Quantulam autem illa varietatem facit, tantulum et caeteris accedit ad hic expressa intervalla, vel decedit. Suntque revera sic distincti singulorum toni, diversis scilicet altitudine clavibus in scala Musica. Et sic per motus Aphelios et perihelios signatae sunt claves *G*, *h*, *c*, *d*, *e*, *fis*, *g*, licet in diversa altitudine certa vis. At vero non est signata. Praeterea propter angustias Veneriorum et Terreorum est hic etiam mutatio mollis cantus in durum, quia Aphelii ⊕ et ♀ faciunt inter se comparati octavam duram, perihelii mollem; quo posito veluti sceleto utriusque planetae, ut plurimum Apheliis et Periheliis motibus utcunque bis et sic in universum quater ad communem ex omnibus planetis harmoniam contemperari possunt. Sed Systema occupat fere octo diapason. Itaque sceleta omnium quatuor formarum exhibebo in una sola octava. Sed ad omnes universales Harmonias concurrunt planetae non apheliis et periheliis motibus omnes, sed quidam intermediis tantum: omnes tamen ad illarum unam solam altero ex extremis. Sunt autem extremi motus ipsis studio accommodati, intermedii, sine studio ordinantis architecti, eveniunt necessitate motuum: datis

enim extremis necesse est et medios concedi. De particularibus binorum vel trinorum Harmoniis, uno ex sex discordante, nihil dico: sunt enim novae, et eveniunt pleraeque necessitate motuum; verbi causa, inter ♄ et ♃ puto esse . . .

784. KEPLER AN WILHELM SCHICKARD IN NÜRTINGEN

[Linz], 3. März 1618

Original unbekannt. Erster Druck: Joannes Henricus Rümelin, Dissertatio historico-mathematica de Vita, Scriptis et Inventis Joannis Kepleri, Tübingen 1770, S. 19. Fragment

. . .

Speculationes de harmonia motuum coelestium ita succedunt ad votum exactissime et nobilissime, ut in summa voluptate dolere cogar, quod paucos admodum lectores fore praevideam.

785. KEPLER AN WILHELM SCHICKARD IN NÜRTINGEN

[Linz], 11. März 1618

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 212–213. Abschrift

Venerabilis et Doctissime Vir. Literas III. Cal. Jan. ad me scriptas 212
accepi à Crugero ipso Idibus Martij St. N. quo eodem tempore et tibi meas redditum iri sperabam. Video me bono genio in te incidisse, qui non ut ego soleo, in negotijs susceptis, ut mus in pice adhaerescis. Bene etiam factum quod à manu tua ingeniosa delineationes sunt, sculptura ab alio Banauso, ne Caesar ad equi Pontificij curam descendat. Crede mihi me non sine dolore abs te petere potuisse sculpturam, cùm adhuc de voluntate Crugeri mihi non constaret, egoque Tubingensia praela, aut Lincensia quidem, sed cum renuntiatione Crugeri, expectarem. Nunc quando mordicus ille tenet jus suum in curando opere, provideat etiam de operis. Sarcinam ad te delatam Tubinga gaudeo.

Existimabam inter caetera fuisse et Exemplar Epitomes Astronomicae: nam invenio in adversarijs meis adscriptum. Quod si non ipse mecum Nirtingam attuli, copiam tibi facio à Crugero petendi (Scripsisse te gratias pro accepto libro significat Crugerus). Literis quidem tuis gratissimis hoc unum deest, quod non significas de Commentarijs Martis, quae per eundem aurigam à Crugero petere, proque iis trunculos ligneos permutare debuisti: sic enim convenerat inter nos Augustae.

De Emendatione Globi memoriam revocans magna me voluptate perfudisti: Utinam tibi tantum sit otij ut hîc operas tuas meis conjungas:

4) adhaerescunt.

id equidem futurum existimo cum utilitate publica. Primùm te velim recordari, quod tibi dixi, me fidem Haeredibus Braheanis obstrinxisse de non vulgandis Observationibus, neque Tabulis (quarum pars magna sunt Catalogus Fixarum) excudendis ipsis non consultis. Oporteret igitur et te mihi esse obligatum ad eadem, sic tamen ut nomen tuum in hac operis parte apponatur. Deinde velim te hoc scire, non esse omninò tutum fidere Catalogo Fixarum Tychonico, quia loca fixarum ex Observationibus computata sunt per studiosos varios, inveniunturque passim errorculi. Esset igitur tota pragmatia repetenda à fundamentis per Doctrinam Triangulorum. Et mille quidem fixarum senis millibus multiplicationum et divisionum computandarum labor non adeo est immanis: utereris enim typis Operationum abbreviatarum quos ingessi in Epitomen Astronomicam: at observationes exscribendi, conferendi, seligendi, defectus Observationum arguendi, sicubi occurrunt, occasiones omnes circumspiciendi, an Luna claritatem fecerit, aër purus fuerit, stella clara sit, humilis an alta fuerit: quod Instrumentum, quâ fide fuerit, distantia sit aequatoria an in circulo magno per stellas, haec omnia tempus longius, collata consilia, laborem ingentem requirerent, ut omnino praestet acquiescere Tychonicis | computationibus quàm oscitantes ista aggredi. Nos verò locorum intervalla dividunt, mihi Tomos Observationum itineris periculis exponere non est integrum: ut exscribam vetor obligatione meâ, nisi certissimus sim de restitutione exempli non aliàs describendi. Et ut hic sim securissimus, quis quaeso alius necessaria excerpet, (nam cui bono descriptiones integrae?) imò quis fideliter tantum et scienter describet, nisi tui similis? Vtinam aut tibi Lincij, aut mihi Nirtingae liceret aliquandiu conversari. Sed fingamus ipsi nobis somnia: erunt Comitia forsitan aliqua Ratisbonae, cum tu in Comitatu Wirtembergici, ego in Comitatu Caesaris convenire poterimus. Nam Austriacam functionem Ecclesiasticam non te patietur suscipere uxor, non eruditio tua: jam enim locus tibi in Academia patria, scio, deputatus est.

212v

Scripsi tibi et vota promptitudinemque meam, et impedimenta. Nunc alij consilio secundum locum do. Nam si mavis proprio Nomine solus edere globum: agè extat Catalogus mille fixarum Tychonis Brahe cum imaginum diarthrosi editus Romae, quem conferre poteris cum Bajeri Augustani Uranographia: Atque ego tibi fideliter indicabo, sicubi ille à meo manuscripto differat: Ita non opus erit, ut ad me provocans, invidiam mihi crees apud Braheanos. Consilia mea de Διαρθρώσεσι jam satis perspexisti ex typo aeneo libri de Stella Nova, et conferam illa tecum porrò quoque. Existimo tamen sufficere tibi, admonitum esse: caetera te abs te ipso posse petere, exque diligenti intuitu constellationum in ipso coelo.

48/49) Austricam

O miseram uxorem tuam, ô execrabilem illi adventum meum, qui maritum ipsi suum eripuit, inque Matheseos deserta et invia loca abduxit: ubi ille Trigonometriae vepretis adhaerescit. Sed seriò, tui certè me miseret, qui tempus à Cal. Januarij hucusque procul dubio perdidisti. Invenio et inter mea Epicheremata tuis conatibus similia, frustranea et inconsiderata omnia. Nam si certum est, ut est certissimum, sic esse inter se latera triangulorum, sicut sunt inter se sinus angulorum oppositorum, frustrà igitur proportionem angulorum ipsorum quaerimus, quae omninò differt à sinuum proportione, recti enim et curvi (sinus laterisque, et arcus angulique) nulla est proportio effabilis: nulla ineffabilis ex libro decimo Eucl. sed infinita datur appropinquatio sinuum erga suos arcus proportionis, à proportione maxima sinus recti ad quadrantem, ad minimam, id est aequalitatis proportionem sinus ' minimi, hoc est puncti ad arcum minimum, itidem punctum. Quòd si nos non pudet mensae Pythagoricae, neque Canonis Sinuum pudeat: angustiae potiùs nos pudeat memoriae nostrae, qui infinitatem illam proportionum circuli non capimus. Contenti simus, dari lineas cuicunque arcui proximas magis magisque in infinitum usque, si quis vellet laborem sumere, totiesque actum agere. Nam arcuum ipsorum qui numeris exprimuntur, lineae pleraeque, ne fallaris, non tantùm ineffabiles, sed planè inscibiles sunt. Vltima et minima subtensarum, circulo variè secto, in aequalia tamen, est subtensa tribus gradibus: Unius gradus subtensam necesse est ignorari. Datur quidem subtensa gr. 1. 30′. et 0°. 45′. et 0°. 22′. 30″. et 0°. 11′. 15″. et sic in infinitum, sed bisectionis aequabilis uniformis: at trisectio scientifica infinita non datur, nec quinisectio. Cossicae quidem trisectiones, quinisectiones, etc. scientificae non sunt, petunt enim principium. Itaque cùm tam multi sint arcus quorum lineae sciri non possunt, hoc est definiri exactè, nisi tantùm per proximas scibiles, fieri aliter non potest quin Canone Sinuum utamur: etiamque ad scibiles indagandas, cùm sint longissimae indaginis, non expedit aliter fieri. Extitit Scotus Baro, cujus nomen mihi excidit, qui praeclari quid praestitit, necessitate omni multiplicationum et divisionum in meras additiones et subtractiones commutata, nec sinibus utitur: At tamen opus est ipsi Tangentum Canone: et varietas, crebritas, difficultasque additionum subtractionumque alicubi laborem multiplicandi et dividendi superat. Breviter, scibilia finita sunt, inscibilia infinita et inordinata, in quibus scientiam frustrà quaeras: Quae inter est, sectio sphaerici fortuita, circulorumque in eo. Imitemur igitur Deum, qui cum et infinitatem in immensa illa fixarum sphaera vellet expressam, finitionem verò in angustissima regione mobilium, illa sine cura, sine ordine reliquit, ista proportionibus Harmonicis instruxit sapientissimè. Et nos igitur

doctrinam Triangulorum qua opus habemus ad infinitatem numeri et dispositionis fixarum, separationisque omnimodae planetarum à stellis per motum (qui ut informis aliqua quantitas, infinitatis est particeps) tractemus per Canonem sinuum, qui infinitatem quantitativam repraesentat. at figuras demonstrabiles, indeque dependentem doctrinam Harmonicam, et similia definita et certa, revocemus ad regulas memoriae mandabiles, cuique suum tribuentes. Ita fiet ut et ad laborem doctrinae Triangulorum, quantum necesse est, sufficiamus, et voluptate divinis-
110 sima, ex contemplatione formarum et Archetyporum, non defraudemur. Vale. Datum 11. Martij 1618.

V. D. T. Amicus

J. Kepler

786. KEPLER AN PAUL GULDIN IN GRAZ

Linz, 16. März 1618

Graz, Universitätsbibliothek, Cod. 158, Bl. 1. Eigenhändig

† 1 Reverende et doctissime Vir, schedam D. T. inclusam literis R. D. J. Deckerij libenter legi. Et quidem proxenetis ad contrahendam amicitiam non videtur opus esse inter eos, quos Creator deus ad publicum spectaculum Motuum coelestium, creaturarumque omnium invitatos coegit, in qua panegyri se mutuò contuentur. Dioptricorum exemplar habeo unicum, unde curavi per vestrae soc: homines locum fidei causa
10 exscribi. Scriptus est liber anno MDCX, Electore coloniensi Pragae praesente, cui ante discessum oblatus est, impressus anno MDCXI.

Grätium venire opto potius, quàm cogito. Nam ultroneus adventus polliceri aliquid videtur quod mihi in animo non est polliceri. Et superiori anno bis iter feci, diu abfui, non sunt molestandi amplius patroni, sed salarium, quod ab ipsis habeo, magni faciendum, quia a Caesarianis contra quidem Caesaris mandata in
20 solido deseror, ut per eos mihi meisque fame perire liceat.



Tu si de hac desertione loqueris, meam vicem te dolere significans, salva res est; sin aliud quid subsumendum, in sollicitudine me constituis, quid illud sit.

Sanè, si de re nummaria agitur; etiam Grätij deglubitus sum, contra mandata Ser^mi Regis, sed id dudum. Cùm omnes meos libros, omnes Brahei, meis comparatos sumptibus, obtulerim; cum saepe audissem, decreta mihi honoraria, favoris Archiducalis testimonia, nihil tamen unquam est mihi numeratum. At contra vicesimae bonorum à discedente exactae, à privignae bonis postliminio repetitae; et frustra annitente P. Deckerio, frustra extortis Mandatis revocatorijs, ad hanc usque diem sine ulla spe retentae.

Vale et aures praepara audiendae Harmoniae coelesti. Nam valde angor de raritate auditorum, id est, lectorum intelligentium. Lincij 16 Martij 1618.

R. D. T. Off:

J. Kepler

R. D. P. Joannj Gulden, Soc: Jesu Professori Mathematico in Academia Graecensj. D. amico meo colendo. Grätz

787. WILHELM SCHICKARD AN KEPLER IN LINZ

Nürtingen, 22. März 1618 (a. St.)

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 215–216. Eigenhändig

Plurimam salutem et promptissima mea officiola.

Praestantiae tuae literas, Celeberrime Vir, Domine Fautor plurimum colende, 3. Martij Lincij exaratas, sub hesternam vesperam, inter plurimas Ecclesiasticas occupationes accepj, visas avidissimè, sed raptim percurrj, et hodie post finitas tot conciones diligentius relegj, ad quas nunc breviter respondeo. Mallem quidem prolixius, sed nec tempus suppetit, nec scio, utrum Tabellarius Argentinâ reversus, Heumadam rursus transierit, sicque scribendj occasio jam elapsa sit, nec ne? Respondj quidem dudum fusius, et literas, unà cum delineatis 37. truncis ligneis Augustam ad Crugerum misj. Sed quia nondum tibj visas esse, non sine admiratione cognovj, scias denuò, me ex praescripto tuo, omnes Figuras, quàm potuerim accuratissimè, ligno inscripsisse, et inscriptas probeque compactas, de communj vestrâ voluntate Augustam ad praefatum Crugerum sat citò misisse, nempe superiorj Decembrj mense, ante Natali-

tias ferias. Doluit quidem, fateor, illud nonnihil, quòd sculpendj labor à me, cuj omnium primò concreditus erat, in alium nescio quem translatus fuit, suspicabar te forsan de operarum mearum fide et industriâ subdubitare coepisse, sive quòd prototypj deformitate interea fueris offensus, seu quòd à Crugero aliter persuasus sis, qui ex illo rudj specimine, me nondum penitius cognitum praeproperè aestimarit, et de me, in monasticis cellulis non sculptorum officinis educato, minus benè ominatus fuerit. Sed rem rectius perpendentj, et literas vestras altius repetentj demum occurrit verior propositj vestrj et mutatj consilij causa, scilicet operis maturatio, quam unicè et quidem meritò affectabas, propterea lubens statione meâ cessj. Sed jam longiores moras nectit Crugerus, quàm ego traxissem, vel, ut sum ipse operis morarum impatientissimus, trahere ausus fuissem. Nimirum Cochleae tardigradae diffisus, rem cancro commisistj, qui non tantum aequè tardè progrediatur, sed quod metuis, etiam prorsus retrocedat.[1]

215v Doleo hac in parte vicem non tantùm Tuam, quj Mechanicis Artificibus idoneis, quibus vel maximè indigeres, destitueris; sed etiam totius Matheseωs, et tot nobilissimarum divinj ingenij tuj inventionum sortem miseror, quae hisce cunctatorum procrastinationibus in editionis cursu retardantur. Modò non committas, ut prorsus intereant, quod Vrania, aut magis christianè loquendo, οὐρανίων, conditor vniversj sapientissimus avertat.

Caeterùm quòd in summâ contemplationum tuarum Voluptate illud aegrè fers, quod paucos admodum lectores fore animus praesagit, heu quàm vereor et ipse, nè verè divines! Non equidem ignoro, quàm paucj sint, quos coelestis haec cura tangat: inter mille, quos familiariter novj, vix totidem, quot ostia Rhenj. Quae raritas et me, quippe Theologiae sacrisque linguis mancipatum, et vsus necessitate magis deditum aliquandiu, fateor, à Mathesj abstraxit, et adhuc abalienaret, nisj tuis monitis, velut calcaribus additis, novum impetum sumpsissem, et subinde aliquid temporis, reliquo studio subtractum, huic impenderem. Sed vtut exigui numero sint, tune propterea reliquos, quorum etiam nonnullj sunt, hoc bono defraudabis? Erras si te vnj aetatj et huic soli seculo scribere credis. Posteritatis rationem habe, inter quam, post fata demum meritâ laude celebraberis. Taceo quod celebreris etiam nunc vivus adhuc, à gratis tuis discipulis, quorum in numero me profiteor, qui absens de absente hoc passim, jure meritoque facio, quia praesens praesentj majora officia exhibere non queo; vtj sanè deberem. Debeo, inquam, jure gratitudinis, pro tot tuis libris, quibus me jam donastj, puta Martis Commentarijs, vtraque Stereometria, Ephemeride, Calendario, et novissimè etiam Astronomiae copernicanae priorj parte, cujus posteriorem non

sine summo desiderio expecto, vt de motu Terrae penitius etiam è Theoricâ doctrinâ confirmer. Eja age rumpe moras, nec diutius eludj patere nos hiantes corvos. Reliqua ingenij tuj monumenta, vt Dissertationem cum nuncio sidereo, libellum de Nive sexangula, Commentarium de stellâ novâ, et si qui fortè plures sunt alij, Titulotenus mihj nondum notj, etiam conquirere satago, adeò tuj totius perlegendj Amore flagro, postquam ex hisce quae jam possideo, Eruditionis tuae aliqualem praegustum hausj. | Vtinam inter curtam suppellectilem meam, aliquod ἀντίδωρον invenirem, quo te remunerarer! Accipe hîc gratj Animj, non dico Expletionem, sed Indicium saltem, par hocce globulorum concavorum, nuper à me exsculptorum, quod tibj censendum exhibeo. Obsecrans te per omnes stellas, et per Honorem Creatoris illarum, velis hac in parte juvare. Scis quod moliar Majorem et accuratiorem globum. Recorderis etiam, quod bonâ Tychonicorum haeredum pace, reliquarum Trecentarum fixarum loca mecum communicare pollicitus fueris. Ergò sta promissis. Quòd si etiam exterarum Austrinarum nobis inconspicuarum situs et imagines per te habere possem, adderem et illas, vt opus prodiret absolutius. Specimen hoc saltem est, vt vides, vastioris globj, quem omninò huic prodromo comitem subjungere cogito. Imò debeo, ex Illustrissimj mej Principis etc. mandato, qui me, cum ej forte hâc transeuntj, aeneam Tabellam humillimè offerrem, ad promissj Majoris editionem clementer adhortatus est. quam sine tuis Auspicijs praestare nequeo. Rursus quaeso te, nolj me deserere. Scribe quid desideres, in vnoquoque Asterismo, quae tollenda, quae addenda, quae mutanda judices, vt omnia veterj Ptolemaicae descriptionj quoad eius fierj potest, optimè congruant. Ego solus huic laborj non sufficio. Quicquid huius est, id totum Tychonicae descriptionj acceptum fero, ex quâ omnia transsumpsj, et sic effingere studuj, vt membrorum denominationes ab ipso usurpatae, quantùm quidem possibile esset, manerent, imagines verò nihilominus prout in cavo globo decet, ad nos converterentur. quod vtrum per omnia assecutus fuerim, nec ne, tute optimus judicabis. Hoc scio, dextrj et sinistrj appellationes rectè retinuj, at anticj et posticj non similiter. Semper igitur pro dorso ventrem, pro scapulis pectus etc. intelligere oportebit, veteres descriptiones, cum hâc novâ delineatione mea conferre volentem. Interea, dum castigationes tuas expectem, meditor aliquid aliud, pictam scilicet ephemerim, vt ità appellem. Quod tu recentissimo et correctissimo Rudolfino calculo, primus nuper accuratè praestitistj, id ego ex Copernicanis hypothesibus, circino et Regulâ, mechanicè, proinde crassiori Minervâ, imitarj anhelo. Equidem longitudinis motus satis, puto, ad mentem praedictj Authoris expressj; in Latitudinibus duorum inferiorum ♀ ☿ adhuc

216

haereo, confusus tot reflexionum, obliquationum etc. intricato negocio. à quibus tamen nos liberastj acutissime Reformator Astronomiae, in Martis Commentarijs, vbj inter caetera Eccentricorum plura facis ἀτάλαντα.
† 100 Scribj non potest, quantum exultarim hoc tuo invento primùm lecto, quod tantâ cruce cerebrum meum liberaris. nondum tamen inde didicj, quantam praecisè statuas reliquorum 4. fixam illam inclinationem. Expecto igitur Theoricae partis editionem, et vix tantisper expectare possum. Coràm haec omnia ex te melius discere licuisset, si tunc huius aliquandiu intermissj studij curâ severiorj tactus fuissem. Nihil ferè tunc occurrebat, quod ex te sciscitarer, cum praesens oretenus respondere, et vlterius instantj satisfacere potuisses: nunc, cum vix semel atque iterum toto Anno per literas tecum agere datur, quotidie tot incidunt aenigmata, quae tu Mathematica Sphynx solus optimè solveres. Sed vides Pa-
110 pyrum plura non capere. Vale igitur Decus Astronomiae pulcherrimum, et me commendatum habere perge. Vxor mea, nunc puerpera, 3. Martij, St. Vet. horâ ferè primâ pom. Filiam enixa, officiosè te resalutat. Nirtingae die passionis Dominicae. 1618.

M. Wilhelmus Schikhardt

216v **Dem Ehrnveſten Hochgelehrten Herrn** Joannj Kepplero, **der Röm. kaiſerlichen Maieſtät** etc. **vnd dero getrewen löblicher Landſchafft jn Öſterreich ob der Ens** etc. **beſeltem** Mathematico, **jezund zu Linz wohnhafft, meinem großgünſtigen lieben**
120 **herrn vnd** patrono. **Lintz**

788. KEPLER AN OKTAVIUS PISANI IN ANTWERPEN

Linz, 18. April 1618

Original unbekannt. Erster Druck: M. G. Hansch, Joannis Keppleri aliorumque Epistolae mutuae, 1718, S. 570–572

Litteras tuas, Nobilissime Octavi, scriptas 4. Januarii mense Februario recepi. Quodnam meum malum in Nobilissimam Excellentiam Tuam extat meritum: ut tot machinis immeritarum laudum precumque, quales superbis adhiberi solent, expugnandum censueris meum silentium. Nunquid cum anno 1614 ad me scripsisses non expedite respondi? Etsi vero tarditatem meam jure tuo increpitare videri possis: at ne hac quidem in accusatione persistes, causis perceptis. Nimirum Lincii caremus postae beneficio: tabellariorum gens litteratis infensa est; eo quod parce ipsis

exsolvuntur preciola, quippe qui flagitationibus suis oneri sunt nobis, nullum lucrum ex scriptione captantibus, tenuiter viventibus, tenui salario subnixis. Nisi fallor ad trientem unius floreni à me pro his tuis litteris redditis exegerunt. Cum igitur metuerem, ne, quod saepe mihi accidit, literas vel non perferrent Ratisponam, vel ibi male commendarent: nundinas instantes expectandas censui, ut mercatorum opera gratuita uti possem. Propositionem, quam petis, ut demonstrem, nunquam ego demonstravero: non, si ipsa Geometria genibus advoluta cum Optica filia oculos ipsos in lacrymis absumentes, intercederent. Causam videbis in Prolegomenis Ephemeridum, quae nunc sunt Francofurti venales, fol. 17. num. 4. ubi pro unicales lege unciales. Non potest enim in hisce maxima designari distantia, ut in sphaera maximus circulus, sed datur, ut in longitudine, ut in numerorum incrementis, progressio in infinitum. Sumatur enim ad manus schema fol. 63. Dioptrices meae, (hanc enim Augustae Vindelicorum impressam anno 1611. te puto intelligere, cum opticorum meorum facis mentionem.) In eo schemate, IK et GH sunt concava aequalia; sed DE, AB sunt convexa inaequalia, circulorum etiam inaequalium, effectus in F et C, idem, hoc uno dempto, quod AB si non tantum ex circulo majori fuerit descripta, sed etiam fuerit tanto latior lens, quam DE, quanto major est circulus AB, quam circulus DE: tunc de uno quolibet puncto rei visibilis plus radiorum ad C (punctum picturae in retiformi, respondens puncto visibilis rei) colligitur, quam ad punctum F. Nam proportionis Diametri lentis AB ad Diametrum lentis DE dupla est, ut area circularis AB ad aream circularem DE: sic etiam fortitudo luminis in C ad fortitudinem luminis in F. Quemadmodum ergo datur omni Circulo AB major in infinitum: sic datur etiam omni distantia GA major in infinitum. Ut autem plus etiam scribam, quam petiisti, hoc ad majorem informationem pertinere videtur, ut positus hujus in proposita figura effectum pluribus explicem. Habent DE, AB puncta concursus omnium linearum proxime supra F et C: concursus inquam, illius, qui tunc esset futurus, si IK et GH plane concursum appellemus liberum. Si ad haec puncta propius admoveantur concava IK, GH, tunc sequentur tres alterationes effectus: prima est, quod concursus ipse actualis radiorum unius puncti visibilis ascendet propius versus concursum liberum: secunda est, quod non serviet jam amplius eidem oculo, sed alii, qui res longinquas simplici visu videt clarius: tertia est, quod jam minor pars de re visibili, per hoc instrumentum venit in oculum. Hoc ultimum explicabo pluribus. Quamdiu scilicet concavum est intra concursum liberum, propius scilicet convexo, semper plus cerni potest de re visibili longinqua, quam quantum lens ipsa convexa tegeret, si applicaretur rei visibili. At si concavum

fuerit in ipso puncto concursus liberi: tunc non plus potest per instrumentum intro recipi, quam quantum tegi potest de re visibili, à lente convexa, si ad contactum applicetur. Neque tamen sic distincte cerni potest illa particula rei visibilis propter duas causas: prima, propter oculum, quia radii habent alienam ab oculo convergentiam vel divergentiam; secunda, propter confusionem lucularum. Quodlibet enim punctum illius particulae rei visibilis certum pingit quidem punctum concavi, at trajecto concavo, pingit eandem particulam retiformis in oculo quam et aliud. Cum itaque retiformis tunica oculi pingatur eadem sui parte ab omnibus punctis rei visibilis: fit, ut fortior lux puncti unius obliteret debiliorem, aut misceantur inter se: et sic confusa et uniformis fiat visio totius visibilis particulae, non secus, ac si non particula sed unicum visibilis rei punctum esset. Sed et hoc addam, quod plane pro nova quaestione potest haberi. Quaerat enim aliquis, quid hic faciat diversitas concavorum, si comparetur distantia? Respondeo distincte. Nam si maneat oculus in eadem distantia à lente convexa, et interponi possint diversa concava: tunc id, cujus est minor circulus concavitatis, debet admoveri oculo propius; cujus vero major circulus, longius debet ab oculo discedere: scilicet ad hoc efficiendum, ut sequatur per utrumque idem visionis effectus in qualitate, et copia videndorum. Contrarium vero accidit, si concavis perspicillis utamur solitariis, qui sumus Myopes. Nam si quod perspicillum est pro me nimis concavum, si, inquam, concavitatis circulus est nimis parvus; tunc removeo perspicillum longius ab oculo, et sequitur distincta visio. Quia enim concava disgregant radios: à latere disgregant evidentius, quam circa centrum fundi, ubi rectior incidentia, minor refractio. Si ergo disgregatorum nimia est diversio: tunc elongatione concavi ab oculo praestatur id, ut illi nimium divergentes incidant in pupillam. Quantum in hoc genere intellexi; Tibi, Nobilissime Octavi, detexi: quod super est, te etiam atque etiam rogo, ista boni consulas, et sicubi rescripseris, missis illis tuis observationibus mihi, me hercle, probrosis, orationem dignitati tuae personae attemperes; ut et tu laudando, et ego gaudendo, uterque intra Christianae modestiae fines nos contineamus. Vale, meque ama. Lincii 18 Aprilis 1618.

Nobilissimae Excellentiae Tuae observantissimus

Joannes Keplerus

789. OKTAVIUS PISANI AN KEPLER IN LINZ

Antwerpen, 1. Mai 1618

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 84–85. Eigenhändig

Clarissime ac Doctissime Domine Keplere. 84

En quartas adhuc itero litteras; forsan dices quarto infestas; respondeo cum Bruto; Absit à Virtute tua; nempe non decet tantum Virum, qualem te non modo Germania, uerum etiam mundus miratur, saeuire in uirtutis studiosos; immò de tua magnanimitate tantum mihimet ipse polliceor, ut non modò uel morosam epistolam, uerùm etiam gratam futuram aestimem,

Quare per te, per qui te talem genuere parentes, per meam seruitutem, quantulamcumque putas; per tuam oblatam Deo fauente amicitiam, Vnum oro, responde huic quaesito, iam quater quaesito, et frustra mihi per tot mathematicorum uolumina sudato, scrutato, defaecato, ac iure tandem desperato; Quaesitum est hoc; seu propositio haec est,

Dato uno perspicillo conuexo, siue in una, siue in utraque parte; Inuenire concaui perspicilli circulum siue in una, siue in utraque parte, circulum inquam minimum, qui in maiori distantia seu maxima congruit dato perspicillo conuexo; in telescopio, seu Batauo perspicillo;

Sit datus circulus perspicilli conuexi A, B, C, siue in una, siue in utraque parte; Volo scire Diametrem circuli, perspicilli concaui, siue in una siue in utraque parte, qui quidem Diameter perspicilli concaui maximè, maximè inquam possit elongari, seu distans maximè poni possit à perspicillo conuexo, id est, maximum tubum inter perspicillos conuexum, et concauum siue in una siue in utraque parte;

Satis enim notum est, quod uni perspicillo conuexo possunt plures concaui congruere, sed hoc est quaesitum, seu propositio, nempè quis minimus concauus, minimus inquam, congruat dato perspicillo conuexo, id est quantus sit maximus tubus inter datum perspicillum conuexum et concauum; sed concauum minimum dico;

Quare ego ad te sicuti ad Apollinis oraculum uenio, ad te confugio, et supplex tua limina posco; responde quaeso, et si quid uis pro laboribus tuis libere dic, tantus enim sum, ut possim tibi satisfacere, tandem noli obliuisci oblatae amicitiae. Vale die primo Maij Anni 1618 Antuerpiae.

Tui, et tuae Virtutis obsequissimus et addittissimus

Octauius Pisani

5) magninimitate 9) quantalacumque 10) fustra 12) praepositio hac 24) praepositio

351v Clarissimo Doctissimoque Viro Domino Joanni Keplero Imperatoris Mattiae mathematico dignissimo, praestantissimo. Lincium

790. JANUS GRINGALLETUS AN KEPLER IN LINZ

Hirschbach, 18./28. Mai 1618

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 352. Eigenhändig

352 Excellentissime Vir, Appuli partim turbido, partim sereno coelo Hirschbachium, ubi clementissimè exceptus fui à Generoso Domino, qui in dies majorem mihi favorem et clementiam exhibet. Literas tuas una cum adjuncto fasciculo obtuli, quas ille hilariter et excepit et legit, responsumque pollicitus est: amicam tui saepe mentionem facit, mihique aliquando in tuam sanitatem propinat. Nuptiae ejus futurae sunt demum hinc ad dies decem, multa enim adhuc supersunt agenda. Interim etiamsi amoeno loco et delicijs fruar, tamen mora ista longa est mihi Politico potiùs quàm Nobili nato, neque licet eam utili aliquo studio et exercitio sublevare: Itaque saccum meum diligenter custodiunt schedae illae tuae quas describendas susceperam. Certè si continuae interpellationes utriusque Generosi non detinuissent me, ego ad vos reversus essem cum praesenti tabellario: sed fieri non potuit, cùm sim velut in arresto usque ad finitas nuptias. Noli igitur longiorem meam absentiam aegrè ferre, cogor enim tamdiu emanere, nec credo me ante tres aut quatuor septimanas dimissum iri. Duo maximopere oro, Primum, ut apud Generosum Dominum de Tschernembl excuses me propter hanc moram, suadebat enim per quindecim tantùm dies abesse: sed puto, quia existimabat citiùs celebratas iri nuptias. Alterum, ut si quis literas ex patria mea afferat, eas recipias satisfaciendo tabellarijs aut alijs qui eas attulerint. Vale cum uxore et filio quàm felicissimè. Hirschbachij $\frac{18}{28}$. † Maij 1618. quo die Prognosticon tuum adeptum est verum effectum.

Tuae Excellentiae addictissimus
Janus Gringalletus Genevensis

352v Clarissimo et Excellentissimo Viro, Joanni Kepplero, Imperatoris Caesaris Matthiae, Ordinumque Austriae supra Anisam Mathematico, Domino meo plurimum colendo. Lintzium

791. THOMAS MINGONIUS AN KEPLER IN LINZ

Wien, 31. Mai 1618

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 18. Eigenhändig

Clarissime Domine mihi obseruandissime. *18*

Transmitto D. V. Cl. literas mercatoris, ex quibus poterit istic Linzij centum florenos quatriduo ab insinuatione, recipere, quos post multos ambitus, preces, et supplicationes a Camera Aulica ad Austriacam proiectus, ut ita dicam, tandem a ministris Salium in magnae amicitiae et gratiae signum recepi heri, ac propterea non miretur si serius responsionem accipiet, cupiebam enim quam maxime ut aliquem fructum a meo labore tandem reciperet, uberiorem certe procurassem: sed in nostra Aula Dea illa nummonia satis angustas habet manus et uoraces ita ut aliquando ante receptionem euanescat uel absumatur beneficium.[1] Exem- 10 *18v*
plaria omnia quae mihi transmisit recepi, et S. M. et reliquis aulicis consignaui nomine D. V. Clar. cui gratias ago pro responsione contra Ingolum ad quem eam transmisi, fortasse multa alia proponet argu- †
menta; Interim me D. V. ex corde commendo et offero mea seruitia, quaeso transmittat suum Chirographum seu chartam biancam pro dictis centum florenis iam receptis ut possim ministris consignare; prius autem non satisfacit cum mentionem mensualis salarij faciat. Datum Viennae Die 31. Maij 1618.

D. V. Clar. Addictissimus Amicus

Thomas Mingonius 20
S. M. C. Protomedicus

792. THOMAS MINGONIUS AN KEPLER IN LINZ

Wien, 15. Juni 1618

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 19–20. Eigenhändig

Clarissime Domine. *19*

Pecunias, quas D. V. C. recepit, scripserunt isti Domini quaestores pro salario aulico, cuius solutio apud istos Camerae ministros habetur pro maxima gratia, eo deuenimus ut promeritam mercedem et emendicatam adscribamus beneficio, atque ita non requiritur alia formula schedae quam communis acceptarum pecuniarum. Conscribat itaque D. V. aliam similem ei quam mihi transmisit addendo tantum numerum

nempe florenos 100. ut solutori et salium Praefecto tradere possim a quo etiam statim recuperabo priorem, nam meo chirographo debui obsignare et me obligare, et statim D. V. remittam. Dolui ex corde quod eo angustiarum fuerit redacta ut ad Regem Angliae et exteros statuerit transmittere opus imprimendum, et compatior quam maxime conditioni et infortunio nostri temporis. Si D. V. C. non aucupatur ex Patrono cui dedicat, auctoritatem operi, uel maiorem remunerationem et Regiam quae plerumque, nisi intimum Regi et quidem gratum promotorem habeat, nostras spes fallit. | Fortasse aliquis erit hic in Aula et non infimae sortis, qui expensas, nisi magnae sint, libenter faciet; D. V. significet mihi suam uoluntatem, et numerum expensarum ut possim eum quem potero in hac re lapidem mouere. Plerumque enim plus a priuato homine grato quidem recipimus quam à magnis Dominis, quoniam et acceptae bonae uoluntatis argumento obligantur semper, et saepius omnium officiorum genere grati respondent obligationi. Magni uero Domini si dant semel tantum praestant beneficium quod plerumque tantum auctoritate sui nominis soluunt, putantque illius splendore, satis superque fecisse. Interim iterum D. V. gratias refero pro exemplari Epithomes in Copernicanam Sphaeram mihi transmisso, quod cuidam amico Patauium iam misi, quaeso aliud mihi remittat ut Romano amico qui quam maxime desiderat possim | communicare per postam. Valeat ad multos annos incolumis D. V. C. et mea opera quandocumque et ubicumque libuerit utatur semper enim paratissimum me reperiet. Datum Viennae Die 15. Junij 1618.

D. V. C. Addictissimus et bonus Amicus
Thomas Mingonius

Clarissimo Viro et Domino meo obseruandissimo D. Joanni Keplero S. C. M. Mathematico eruditissimo et dignissimo. Linzij

793. THOMAS MINGONIUS AN KEPLER IN LINZ

Wien, 6. Juli 1618

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 21–23. Eigenhändig

Clarissime Vir.

Transmitto D. V. Cl. schedam paruam receptae pecuniae; Gratias ago pro exemplaribus Epithomes cum etiam pro calendarijs, Transmittam suum D. à Stralendorff. Interim me commendo D. V. et si data occa-

sione quacumque vocatur mea opera. Valeat ad multos annos incolumis. Datum Viennae die 6. Julij 1618.

D. V. Clarit. Addictissimus Amicus
Thomas Mingonius

Clarissimo et Doctissimo Viro D. Joanni 239v
Cepplero S. C. M. Mathematico Dignissi- 10
mo et Amico meo obseruandissimo. Linzij

794. GEORG CHRISTOPH VON SCHALLENBERG AN KEPLER IN LINZ

o. D.

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 347. Eigenhändig

Vertrautter lieber herr Keppler neben willigſter dienſt bitt ich den herrn mir 347
ex Bibliotheca provincialj die Vranometriam in folio ſo ſie verhantten †
auff 8 tag zeleihen gegen ainem verferttigtten Scheine: et si alia quaeque nova, vel ex re litterariâ, Suâ professione, vel nostrâ hoc est politicâ habet, ea nobis communicare velit familiariter oro saltem ad hodiernj vsum diej. Vale à

Tuo
Georgio Christ: de Schallenperg mpp.

795. THOMAS MINGONIUS AN KEPLER IN LINZ

Wien, 15. August 1618

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XVIII, Bl. 163. Eigenhändig

Clarissime Vir, Domine Amice obseruandissime. 163

Rogor à quodam magno et optimo meo Amico, cui omnino uellem satisfacere, ut tempora infra scriptarum Geniturarum uel planetarum earundem motus secundum Tichonis et D. V. C. correctionem reducantur ad uerum calculum quaeso, si aliquid otij à maioribus studijs poterit subfurari D. V. C. in mei gratiam non dedignetur hunc laborem subire, Interim utatur etiam mea opera ut placuerit, respondebo enim omnibus officijs. Valeat ad multos annos felix. Viennae Die 15. Augusti 1618.

D. V. C. Addictissimus Amicus 10
Thomas Mingonius

1575. Die 15. Maij H. 17. 37′ p. m. Pol. 43. long. 36.
1582. Die 30. Maij Hor. 8. 40′ p. m. Pol. 43. long. 36.

796. VINZENZ BIANCHI AN KEPLER IN LINZ

Venedig, 16. August 1618

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 188. Eigenhändig

188 Perillustris et Excellentissime Vir Praestantissime.

† Scripsi Excellentiae Tuae superioribus annis litteras; quibus, ut amicitia mihi tua, uirtusque faueret, orabam. Sed sors in hoc parum mihi arrisit negotio. Eadem in caeteris omnibus. Modò reuertor, atque iterum precor, ut in seruorum tuorum me numerum recipias: sisque contentus meam genesim supputare ex Rudolphinis tuis Tabulis ad Annum Gregorianum

1583.
Martij
D. H. ′
☽ 14. 9. 46. P. M. Venetijs.

Nihil (mihi crede) unquam tanto studio à doctissimo uiro, ut tu es, concupivi, quanto ab Exc. Tuâ hoc contendo. Et tanti muneris memor ero: quodque humanitati, uirtutibusque plurimis tuis debeo, respondebo. Spectabis in supputatione syderum quae miseranda fortunae, quaeque maxima genitoris. Est insuper genesis Illustrissimi Senatoris Reip. nostrae corrigenda per easdem Rudolphinas tuas Tabulas ad Annum

1562.
Martij
D. H. ′
☿ 11. 1. 0. P. M. Venetijs.

Genesis ob rerum euentum, cum Principibusque miram familiaritatem singularissima. Ne taedeat Exc. T. supputare has geneses iuxta Tychonis Brahaei recentes obseruationes: in reliquis enim etsi mirificè praestas, nolumus tamen benignitate abuti tuâ. Haec qui implorat, Comes est Alerani, qui olim Lutetiae primus fuit Theologiae Professor Regis Henrici Quarti. Quique multa pro Rep. gessit. Sed non ad iactantiam, sed ad tui ipsius oblationem, tibi defert.

Quae uerò attinet ad aspectus tuos ⚳ Quintilem, ✡ Biquintilem et ⚹ semisextum, auerem utrum boni, maliuè sint, intelligere. sique per experientiam quae per rationem Mathematicam, Musicamque inuenisti, comprobantur. Omnes ego crederem felices, et in multis genituris ex his aspectibus maxima decerpsi. Veruntamen testimonium, auctoritatemque Exc. T. expecto.

Inueni nouam, certissimamque dirigendi formam: de qua, cùm per Tabulas tuas pericula plurima fecero, tibi scribam. Dicaboque nomini, ac potius Numini tuo, inuentiones, laboresque meos omnes. Hic interim

si Exc. T. hîc possum inseruire, nihil mihi iucundius, gloriosiusque quàm tibi omnia mea studia praestare. Venetijs 17. Kal. Sept. 1618.

Excellentiae Tuae Addictissimus
Comes Vincentius Blancus de Alerani

797. JULIAN VON MEDICI AN KEPLER IN LINZ

Wien, 8. September 1618

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XVIII, Bl. 170. Eigenhändige Unterschrift

Clarissime Domine. 170

Cum tuae in Astronomia excellentiae, remotas etiam regiones fama percurrat, quid mirum si absentes quoque scire desiderantes, quae sibi sint euentura, iudicium tuum super his rebus enixè requirant. Horum profectò petitiones, ac preces laborem tibi, molestiasque pariant necesse est; id ipsum nunc accidet, si has duorum natalium dierum obseruationes ad me Florentia missas pro tua humanitate, ad Ticonis regulam Tabularum redegeris, atque direxeris. Vtque intelligas quantum comitati tuae ausus sim confidere, fatebor tibi ingenuè, me id abs te amicis meis pollicitum esse citò consequuturum. Ne igitur ingenti huic confidentiae, animique erga te mei propensioni, ac seruiendi tibi desiderio aliquid non deferre uidearis, te etiam, atque etiam rogo ut quàm primùm noxam hanc ultrò subeas, et tua responsa, praesentium literarum latori committas. Habebis enim me semper accepti huius à te beneficij gratissimum debitorem. Viennae Austriae 6 Idus Septembris MDCXVIII.

D. Tuae Studiosissimus
Julianus Medices
Serenissimi Magni Etruriae Ducis
apud S. C. Maiestatem Legatus

798. LUDWIG SCHLEIFFER AN KEPLER IN LINZ

Wien, 13. September 1618

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XIX, Bl. 44–46. Eigenhändige Unterschrift

Edler Hochgelehrter, 44

Sonders gunſtiger vilgeliebter Herr, dem Herrn ſeindt meine befliſſene willige dienſt zuuorn. Ich hab mir nunmehr ain guette zeit hero anders nichts gewünſcht, alß das ich das jehnige, ſo ich anyzo mich ſchrifftlich vnterſtehe, ſelbſten mündlich zuuerrichten gelegenhait gehabt hette. Dieweillen aber ſolches meines

9) ausum 10) consequturum

dienſts, vnd anderer vngelegenhait halber biß dato nit ſein khönden, Alſo bitte ich hiemit meinem gunſtigen Herrn dienſtlich, der wölle mir diſes, ſo ich auß ſonderem vertrauen proponire, in vnguetem nit vermerkhen.

Ich bin Anno 1576. den Erſten July an ainem Sontag, zwiſchen 1. vnd 2. nachmittag, wie ich dan damahln in ainem ſonderbahrem Buech eingeſchriben, geborn worden, sub altitud. poli 48. G. cum dimidio ferè.

Vndter der zeit habe ich etliche ſchwere khrankhhaiten, inſonderhait Anno 1609. vngefehrlich im Augusto, das drittägige fieber, im volgenden 1610. faſſt vmb dieſelbige zeit, das vierttägige, im 1611. aber, ſouil ich noch in gedechtnus, den 5 Septembris ain gefährliche khrankhhait am Milz, welches hernacher hoch vber die Rippen aufgeſchwollen, bekhomen vnd außgeſtanden.[1] Im vergangnen 1617. jahr vom Augusto an, faſſt bis zu end des jahrs, hat ſich die Gall allſo heüffig bey mir vbergoſſen, daß ſie mir die Gelbſucht verurſacht, den magen höchlichen beſchwert, vnd mir wider ein gefährlichen zueſtandt causiert. 44v

Im jezigen 1618. jar, den 23 Februarij in Vig. S. Matthiae bin ich widerumb tödtlich khrankh gelegen, hab ſtarkhe obstructiones, neben dem ſtehen auf beeden ſeiten im leib gehabt, die Leber iſt inflamirt, vnd daß milz auch widerumb geſchwollen vnd hart worden.

Den 24 Augusti verſchinen Monats, allß ich mit der Khönigl: Würd: zu Hungern vnd Böhaimb etc. von dem Landtag zu Prin, auf Wienn alhero widerumb zurukh verraiſt, hat mich morgens frue vmb 9 vhr vormittag die Gall gleichſam wie ein fieber wider angriffen, daß ich mich alhie curirn laſſen müeſſen, vnd noch nit gar zu meiner geſundthait khomben.

Nun hat mir zwar ainer vor 19 jahrn figuram natiuitatis doch vniudiciert, allain auß des Stadij Ephemeridibus auf ein bloſſes papier erigirt, obs recht calculirt oder nit, weils mein profession nit, khan ich nit wiſſen.

Bin aber der mainung, motus ☌. möchte nit allerdings zuetreffen, dan ich vor vilen jahren von ainem fürnemben Mathimatico verſtanden, das Er ☌tem Anno 1576 Stil. | Vet. mensis Junij cum aquila in capricorno ♑, circa 25. grad. obseruirt habe. 45

Leouitius vnd andere mehr ſezen ☌tem gar in principio ♈ ♑ qui opponeretur ☿ io in ♌. Ich halt darfür Stadij calculus in motu ☿ij ſey auch nit allerdings richtig, vnd des Leouitij noch vil weniger.

Habe derentwegen auß ſonderbahrem vertrauen meinem gunſtigen Herrn hiemit dienſtlichen bitten wöllen, ob er mir ſouil genaigten guetten willen erzaigt, vnd mein Thema Natiuitatis, nach den jezt von mir specificirten zueſtenden corrigirt, auch mir ſein hochuernünfftiges Judicium neben denen directionibus, ſouil möglich ſein khan, darüber eröfnet hette, dan ich mich deßen, alß ein circumforanius, khaines wegs vnterſtehen, vill weniger in aignen ſachen ein guetter Richter ſein khan.

Main Schuldige dankhbarliche verehrung für meines Herrn bemüehung, will ich ihme alßbalden, wan ich guette gewiſſe gelegenhait bekhommen khan, nach Linz

vberſchickhen, wie es dan anizo beſchechen, da Ich allain alhie recht bekhandt, vnd den leütten hette vertrauen dörffen.

Sonſten andere accidentia auſſer der zuegeſtandnen Leibſchwachhaiten, ſo villeicht auch zu ſolcher Correctur nit vndienſtlich belangend.

Bin ich Anno ferè completo 23. Anno 1599. Mense Maio et circa | initium Junij stil. vet. ex inuidia von gelehrten vnd Geiſtlichen persequitirt worden, daß ich wider meiner Eltern willen, auß dem vatterlandt verraiſſt, da ich anderſt von jhnen ruhe haben wöllen, gleichwoll iſt mir ſolches mehr zu nuz als zu ſchaden geraicht. 45v

Anno 1601. Mense Maij bin ich eines anſehenlichen Grafen im Reich, Secretari worden.

Anno 1605. hat Herr Graff von Fürſtenberg, Khayſers Rudolphi obr: Hofmaiſter meiner zu Praag zum Secretario auch im Monath Maio begert, bey den ich mich dan hernacher aufgehalten.

Im 1607. bin ich alß ein Secretari vnter die Windiſchen Granizer gerathen, vnd in die 6 jar lang bey Herrn obr. von Trautmanstorff verbliben.

Im 1612. jar, haben jr Khönigl: Würd: mich den 5 Auguſty zu dero R: O: Camer Secretario genedigiſt aufgenomben, im ſelbigen jahr im Nouemb. hab ich mein verſprechen, vnd im volgenden 1613. den 16 Januarij mein hochzeit gehalten.

Im 1614. Mense Junij habe ich Feindtſchafft vnd wider willen wegen der weiber, doch vnuerſchuldter außgeſtanden.

Anno 1616. circa med. Septemb. bin ich von Irer Khönigl: Würd: per Decretum zum hofkhriegs Secretario erfordert worden. |

Verhoffe alſo mein Gunſtiger Herr werde mich auß den ſonderbahren vertrauen ſo ich gegen ihme habe nit laſſen, ſondern mir in diſer materia, ſeinem hochen verſtandt vnd Experienz nach zu meiner mehrern khonfftigen nachrichtung vnbeſchwerdt gn: gratificirn, mit diſem erbietem, daß ich desſelben, wegen ſeiner bemüehung gewiß, vnd vnfahlbahrlich vnuergeſſen, auch ſolches in anderweeg hinwiderumben, wo mit mirs etwan möglich ſein würdet, zuuerdienen gefliſſen ſein will, vnß damit ſamentlich Gottes genaden vnd ſchuz threulichen beuelchendt. Wien den 13 Septemb. Anno 1618. 46

Meines günſtigen Herrn Dienſtbefliſſener allzeit

H. Ludwig Schleiffer m. propria
Kön: Würd: zue Hungarn vnnd Behaimb etc.
hofkhriegs Secretarius

Dem Edlen vnd Hochgelehrten Herrn Johann Keppler, der Röm: Khay: Mayt: vnd ainer Er: hochlöblichen Landtſchafft des Erzherzogthumbs Öſſterreich ob der Enß, beſtelltem Mathematico, Meinem ſonders gn: vilgeliebten Herrn. Lintz 46v

799. CHRISTOPH BESOLD AN KEPLER IN LINZ

[Tübingen], 10./20. September 1618

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702. Bl. 247–248. Eigenhändig

247 S.

Undecunque Clarissime Vir, adfinis honorande, celer tabellarij abitus impedit, quò minus à Schikkarto nostro, Harmonica tua avocare queam! puto tamen eum jam graviter opus urgere, quod si jusseris interpellabo eum, nec enim mihi consultum videtur. Dedicationem ad Angliae Regem, suadeo omninò: argumentum sumerem ego ex eo, quod is praecipuus inter magnates, praecipuus inter Litteras, et unicus seculi nostri, qui felicissimè litteras omnigenas et peritiam imperandi conjunxerit, et concordârit: cui itaque novum hoc harmonicorum opus, debeatur. Quodque è longinquis oris ipsi hoc mittatur opus, non esse quod admiretur: indicari eo, mundum concordem esse et conspirare in eo quod ej offerendum sit hoc opus singulare, mirabilem mundi et omnium rerum aperiens in discordiâ etiam harmoniam. Sed quid ego noctuas mitto Athenas, et forsan, hac in re judicium meum expetens, illusisti ruditati meae. Principi nostro, num Calendarium sit inscribendum ambigo, aiunt | non adeo grata, talia munera esse: Sed ego nullibi 247v magis peregrinus sum, quàm in nostrâ Aula, ideoque suadeo ut Domini Lansij consilium sequaris. Maestlinum alloquendi, crebra propter mea negotia non suppetebat facultas, sed literas ej misi qui ut spero, respondebit ad quaesita.

Mitto tandem orationem rudem et insulsam, effusam potius à me, quàm habitam, cum Rectoris munus commendaram Domino Sigvardo, qui nunc per aliquot menses graviter decumbit, et ancipiti morbo conflictatur. M. Thummius apud nos Professorem agit, et hisce diebus gradum assumet Doctoris. Sic Vale et me amare perge, sic Deus misericordia et lumine suo nos beet. Raptissime $\frac{10}{20}$. Septembr. 1618.

T. T.

Ch. Besold

248v Dem Edlen vnnd Hochgelehrten, Herrn Johan. Kepplern, Röm. Kay. Mayeſtät vnnd Hochlöblicher Ober Öſterreichiſcher Landtſchafft beſteltem Mathematico. Meinem jnſonders guten Herrn Schwagern vnd vertrawtem Freündt Linz.

800. GEORG CHRISTOPH VON SCHALLENBERG AN KEPLER IN LINZ

o. D.

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 343. Eigenhändig

Clarissime Domine Keplere. Salutem in Christo. rogo peramice velis 343
mihi opus tuum harmonicum M. S: ad horulae spatium vsurpandum transmittere quod saluum restituam, et vicissim sicubj potero tibj gratus inservire. Interim omnia fausta precari volo. Si quae nova assunt quaeso communicare velis. Vale: a tuo

G. Chr. Schallenpergio

801. JOHANNES REMUS QUIETANUS AN KEPLER IN LINZ

Wien, 20. Oktober 1618

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 119. Eigenhändig

Clarissime et Eccellentissime Vir. 119

Serenissimus noster ad superos concessit 2. Octobr. manè H. 5. in † puncto: Vocandus eram à Rege sed praeuentus à Caesareis pro Medico et Mathematico Caesareo acceptus sum stipendio 600fl. Caput plenum erat aquâ, pulmo fragilis et maculatus, lien paruus vix latitudinem manus superans, Epar album magnum, renes et cor optimè habebant, stomachus satis bonus, et cauitas thoracis aquâ referta. Quaeso si per otium licet T. E. mihi communicet locum ☿ij in themate Serenissimi nostri ex Tychone, fortè circa 18 ♏, (alias ni fallor in $22\frac{2}{3}$ ♏) haerebit. Transibo paulò post Lintzium et T. E. visitabo cum Domino di Rosenbergero. Plane nouum quid scripsit Marius in sua practica 1614 † quod illa noua 1572 adhuc haereat in suo loco et tubo conspiciatur sed sit obscura et quasi extinctus carbo. Scripsit mihi nuper D. Faber Medicus Romanus quod P. Terrentius licentiam sumpserit ab omnibus Lisibonae ante paucos menses (27. Oct. litera exarata est Romae) et ipse † P. Terrentius manibus proprijs mihi scriptam obseruationem communicauit quam Tuae Eccellentiae offero ut inde (quia locus ♀ certus tibi cognitus est) longitudinem Lisibonae respectu Vranoburgi inde eruere queat. Verba ejus haec sunt: D. D. Remo. Anno 1617. fuit ☌ ☽ et ♀ quae accidit 50′ circiter crasso modo sumptis post occasum ☉ 3° (errauit, fuit 6°) die Junij, totam Vlyssiponam traxit in admirationem. ♀ super ipsa ☽ inequitare videbatur, applicato tubo optico palmorum 9 deprehendimus ♀ non conjungi corporaliter, sed abesse ut tota ♀ et cornu ☽ septentrionale commodè per tubum videri posset, utraque stella erat corniculata, et utraque cornua eodem modo se habebant, et ad

eandem partem, pleniora tamen erant ♀ quam ☽. Circulus Verticalis tunc transiens per cornua ♀ transibat tantum per extremam partem cornu septentrionalis ipsius Lunae. Haec obseruatio facta est à P. Lembo qui nunc est Neapoli, et à P. Pantaleone Germano qui mecum nauigat ad Sinas. Luna secundum calculum supplementi Ephemeridum Magini haeret in Ecliptica in 22°. $18'\frac{3}{4}$ ♋ scilicet in longit. loci $39°\frac{3}{4}$. Tempus fuit obseruationis 8^{H} 13′ P. M. Vnde reliqua colligentur. Ego eandem ☌ obseruaui Romae sed non sufficienter satis tamen propinquè ex tempore, quia fui in via ex reditu à Card. S. Susannae destitutus instrumentis. Latitudinem Lunae T. E. nimis auget scilicet ipsam Anomaliam; probet eam in Eclipsi ☉ 1612 Mense Majo et videbit enormem defectum cum obseruatione: Adsunt aliquae dubitationes in nouis illis Tyrocinijs Astronomicis scilicet quomodo Sol posset pertingere luce sua usque ad stellas fixas, et an detur orbis stellatus, certè Galilaeus multa habet jam edita quae opponet. Edidit D. Sirturus Telescopij absolutionem et jam Viennae moratur, procul dubio jam T. E. vidit illud opusculum, non mihi displicet. Snellius etiam edidit obseruationes Hassiacas, utinam etiam Tychonicae ederentur ut possit fieri comparatio. Sed vereor ne quisque suum sit acturus, scilicet de nouo obseruaturum, et forsan minori dispendio quam ipse Tycho: cum adeo felix sit hoc hodiernum seculum et dotatum nouis et facilioribus instrumentis. In motu Lunae T. Eccellentiae Ephemerides 1618. et Origani quandoque ad 20′ et amplius differunt, et tamen unum habetis fundamentum, tempus non permisit ut reuiderem calculum ipsum, sed de hisce pluribus coram, Deo dante. Interim me commendo et cordialiter T. E. saluto. Viennae raptim anno Christi 1618. 20. Octobr.

Di V. Eccell.ª aff.mo ser.re

Gioanne Remus Quietanus

119v Clarissimo et Eccellentissimo D. Joanni Kepplero Imp. Caes. Matthiae Ordinumque Austriae supra Anisam Mathematico dignissimo. Lintz

802. JOHANN BAPTIST HEBENSTREIT AN KEPLER IN LINZ

Ulm, 11. Oktober 1618 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 361. Eigenhändig

361

S. à servatore.

Haec raptim, cùm Opt. humanissimus, doctissimusque Vir, Dominus Joh. Paulus Roth in procinctu, et ad navem jamjam remos impulsuram staret: quem etiam Tuae Dignitati, Vir Nobilissime, Prae-

stantissime commendo, quique coràm de statu Gymnasij nostrj plura tibj exponet. Ipse quidem ego vnum aut duos honestos honestorum filios foco et ore et disciplina mea fovendos reciperem: plures si forent, vicino meo, et Collegae, viro humanissimo concrederem. Nostras quod attinet Ephemerides, L exemplaria misi Tampachio, pro quibus vehendis XLIIX cruciatos gestor poposcit. Caetera habent, veluti cras aut perendie scribam: nunc enim temporis angustia mihi ἐμποδών est. Vlmanj ad summam Mercurio numario quàm literario plus favent, et incidimus nos in mercatores seu negociatores librarios monetae non optimae, **eß wird Müh koſten, biß ich das Calender gelt einbring.** aliquot tamen exemplaria servavj ego, pro quibus, quod aequum est numerabo. Gratias etiam maximas ago pro nuperrima ephemeride: Vtinam promissam abs tua dignitate Informationem seu εἰσαγωγὴν videre possim et usurpare, etiam Theoriam tuam: pro quibus gratissima manu precium numerarem. Sed navicularius jam conto minatur. Vale nobilissime mi Domine Keplere, et me tuae dignitatis amantissimum, fovere pergito, atque ubi tibi usui esse possim, me doceto, moneto. Dabam XI. VIIIbr. ad Portam Istrinam. Anno MDCXIIX.

T. Praestantiae admirator
M. J. Baptista Hebenstreitt
Scholae Rector m. propria

Nobilj Clarissimo Viro, Domino Joh. Keplero, Mathematico Caesareo, fautorj meo observandissimo. Lentijs 361v

803. WILHELM SCHICKARD AN KEPLER IN LINZ

Nürtingen, 15./25. Oktober 1618

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 217–218. Eigenhändig

Plurimam salutem, et promptissima officia. 217

Multas hactenus literas, à P. T. Clarissime vir, ad me perscriptas, successivè accepj; ad quas tamen, penuriâ Tabellariorum nunquam rescribere licuit. Nunc cum rescribendj occasio se offert, Tempus non satis prolixum suppetit, singula prosequendj. Quod autem caput est rej, mitto vel tandem Figuras duorum priorum librorum Harmonices, non sculptas, sed delineatas saltem. Ideò non sculptas, quia res est plenissima

taedij, et prodiga Temporis, tot scrobulos in ligno effodiendj. adde quod debilior visus meus, quotidie plus hebescens, non patitur talia diu tractare. vicissim magis mihj arrident aeneae Tabellae, illis exerceor. paradoxum dictu: minorj labore majus quid in cupro praestatur. Quod si ergo volueris, in aes incidam has figuras, et quidem libentissime, sic enim laboris fiet compendium, et omnia elegantius prodibunt. possent omnia in paucissimas, tres vel quatuor Tabellas redigj, et numeris distinguj, certisque locis inserj, et lector illuc remittj. Sed expecto responsum. Proportionem orbium ex 5. corporibus Regularibus inscriptis derivatam, aliâ methodo exprimere sategj, more Anatomicis vsitato, fecj figuras apertiles, vt introspicj possit. quod si placet iste modus, fac vt sciam, elegantius illum cupro insculpam. Aculeata duo corpora fecj gemina, pro diverso aspectu. eligatur commodius schema. Tredecim Archimedea jam ante quidem pyrinis truncis inscripseram, sed quia sex posteriora te accepisse negas, nunc rursus adumbravj. Mitto etiam exsculptum Truncum, nugis meis opticis destinatum, sed quia tibj forsan vsuj esse poterit, lubens illo careo. Caeteros Centum et duodecim Trunculos, Tubingae tibj visos, etiam dudum tibj consecravj et dono dedj, (·modò tàm crassè factos non asperneris·) sed adhuc Tubingae haerent, et expectant, donec Dominus Praeceptor Maestlinus tyrocinia mea optica (·ante triennium ad censendum ipsj oblata, et hactenus, nescio quibus moris, domj suae detenta·) ad editionem vel tandem promoveat. tunc illos certò tibj tradam. [1]

2178 Petitj globulj Exempla saltem numero septem mitto, ipse vnicum saltem par retinens. Typum sibj retinuit Illustrissimus Dux Wirtembergicus, cum ipsj offerrem, vt proximè scripsj. nec magnoperè curo; quia specimen tantum erat majoris secuturj, quem nunc penè absolvj. illius Exemplaria tibj communicabo, quotcunque volueris. de precio cave quicquam dixeris amplius: hoc enim joco abs te dictum accepj, qui talia mea nullius pretij aestimo. O longè majora tot beneficijs, donoque datis libris de me meritus es. addidj decem alia, nudis stellulis insignita, illorum majorem copiam habeo, quia primò excusa erant, antequam stellae imaginibus vestirentur. Coepj hoc consilium, vt conferrj possent integra cum nudis et vt etiam nubilo coelo, vel interdiu, in eis me exercere possem, quod exercitium id mihj profuit, vt has ferè septingentas, antè et retrò, in charta et coelo jam noscam et distinguere sciam. In majorj è Bajero addam etiam Antarcticas, et caeteras minutiores omissas, sed imagines eius inversas, nequaquam imitor. Quod de Apertura quadruplicj mones, placet: sed mihj in picturâ perinde est, sive trifariam, sive quadrifariam apertilis fiat. quia singula dodecatemoria seorsim depinguntur, potest quis in conglutina-

tione jungere, quod libuerit. Addidj caeteris schedis, etiam vnam, obiter et festinanter, nuperâ quadam nocte exaratam, in memoriam Draconis volantis, tunc à me hoc situ et motu, figuraque visj, prout depictus est. Tuum jam erit de hoc Elementarj cometâ (·si sic appellare fas est·) judicare, et in causas ejus inquirere, cujusnam aspectus vj vel quibus alijs occasionibus, ascripto tempore orirj debuerit. Quae de Cometa sub Vrsâ Domino D. Besoldo scripsistj, non intelligo. nihil horum ego vidj, licet quotidie, serenis noctibus coelum contemplarj, et illud cum novo globo meo conferre soleam. Sed vt scis, non vndiquaque mihj patet coelj aspectus, tres eius tantum vlnas possideo, vt ille Virgilianus. | Accipis etiam communis nostrj D. Besoldj, à me nuper exsculptj, quaterna Exempla. nescio quàm benè expresserim faciem: illud scio, mentem eius nullo penicillo depingj posse. Nova apud nos nulla sunt, nisj illud triste; quòd Vulcanus, Vayhingae singulariter infensus, praeterita $\frac{9}{19}$ Octob. die, rursus 25. aedes, et Templum ibidem incendio consumpserit. Illo ipso tempore Joh. Valentinus Andreae, illius Ecclesiae Diaconus (·tuj etiam observantissimus·) horum omnium ignarus, mecum pernoctabat, et inter alia, Jubilaeum ob consimile infortunium ipsis luctuosissimum, non sine gemitibus repetebat. A vobis Linzensibus varia nova audire possemus procul dubio: sed non exigo id ab homine alijs occupatissimo. Vnum restat, vt gratias agam, pro Ephemeride instantis Annj, dono abs te missâ, vt et instructione super illas dudum acceptâ. nil habeo quod referam, nisj meipsum; quem si aliquid esse putaveris, totum tibj sumas. jube, impera, quid vis, quid potero (·tantùm non excisiones ligneorum typorum·) at sculpturas aenearum tabellarum; habebis me promptissimum. Plura non possum nunc. habeo enim hospites, quibus pro meritò excipiendis occupor, et qui me, ista scribentem crebrò interpellant, vt nesciam, quid agam, nec ferè relegere possim. Vale Vir Celeberrime, decus Mathematum, et me commendatum habere perge. Salve etiam conjugis meae nomine. Raptim $\frac{15.}{25.}$ Octob. 1618. Nirtingae.

Excellentiae Vestrae officiosissimus

M. Wilhelmus Schikhardt

non Philippus, vt inscriptiones literarum ad me perscriptarum habebant.

Dem Ehrnveſten Hochgelehrten Herrn Johannj Keplero, **der Röm: Kay: Maieſtät vnd dero getrewen Ständen jn Öſterreich ob der Ens, beſtelltem** Mathematico, **zu Linz wohnhafft. Meinem ſonders: vnd großgünſtigen lieben Herrn. Linz**

804. THOMAS MINGONIUS AN KEPLER IN LINZ

Wien, 5. November 1618

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XVIII, Bl. 164. Eigenhändige Unterschrift

164 Clarissime et Doctissime Vir.

Remitto epistolam D. V. C. ea ratione, ut addat qui uacat motum Planetarum ad horas datas in Genituris, uel saltem eorum motus differentias spatio 24 horarum, ut postea reduci possint ad uera loca et sub horis quaesitis. Hoc enim modo magis potero amicis satisfacere, sicut omnino uellem et rogo D. V. in mei gratiam patiatur hunc laborem; cuperem itaque cum magno desiderio testimonium hoc uestrum in me beneuolentiae, qua coger me etiam pari cum omnium officiorum genere † respondere. quidam mercator Italus inclusas litteras mihi tradidit D. V. transmittendas, Ephemerida iam recepi et Regi Ferdinando suum exemplar consignaui sicut et reliquis, sed ut uerum fatear, discerpuntur hoc modo, et in manus ardelionum deuenire possunt, ac contra aliquid machinari, ego abstinerem et postea totum opus integrum expromerem nec quaeso hoc in malam partem recipiat, Interim me D. V. et mea omnia ex bono cordis sensu offero, et amantem tui ama. Vale ad multos annos incolumis una cum re familiari auctiore. Datum Viennae Die 5 Nouembris 1618.

D. V. Claritati Addictissimus

Thomas Mingonius

805. LUDWIG SCHLEIFFER AN KEPLER IN LINZ

Wien, 5. November 1618

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XIX, Bl. 47. Eigenhändige Unterschrift

47 Edler Hochgelehrter, Sonders gunſtiger Herr, Deme ſeind meine befliſſne willige dienſte jederzeit zuuorn. Deſſelben ſchreiben, vom 26 Oktober habe ich vonn zaigern diſem Landtſchafftpotten empfangen, hette mich in dem Corrigirten Calculo, vnd dem beygefüegten Judicio gern vnd mit ſondern freiden erſechen, wan mir nit auf den heuttigen tag, ſouil vnterſchidliche expeditionen, die khain aufzug leiden khönden, zuhanden khomben, inmaſſen ich dan den Potten, der diß recepisse sollicitiert zum andermall von mir laſſen müeſſen, doch waiß ich woll daß meines gunſtigen Herrn hochanſehenliche experienz vnd vnfailbahres Judicium mich allerdings woll Contentirn würdet. Bedankhe mich interim ſeiner von meinetwegen gehabter bemüehung ganz dienſtlichen, mit diſem erbietten, da ich meinem gunſtigen Herrn oder denn ſeinigen in anderweeg meinem geringen vermögen nach dienſtlich ſein khan, ſoll Er mich jederzeit hierzue ſo gefliſſen alß willig erfinden. Schikhe ihme beynebens

10 fl. in Ducaten, nit der mainung, daß Er einer ſolchen müehe darmit vergnüegt ſeye, ſondern ich will zu vnſerer, wie ich verhoffe | eheiſten zuſamenkhonfft mich in der 47v
Perſon ſelbſten alſo einſtellen, damit Ehr ohne zweiffel, mit mir zufriden ſein ſolle. Göttlicher bewahrung vnß alle ergebend. Wien in eil den 5 November Anno 1618.

Meines günſtigen Herrn Dienſtbefliſſener jederzeit

H. Ludwig Schleiffer m. propria

806. JULIAN VON MEDICI AN KEPLER IN LINZ

Wien, 8. November 1618

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 233

Clarissime Domine. 233

Omnes equidem laudes, quas tribuerem Astronomicis obseruationibus tuis nuper cum tua epistola mihi redditis uerae essent, illisque debitae, sed probatum non haberent authorem; non enim meum est de huiusmodi rebus iudicare. Credas mihi tamen uelim à me plurimi aestimari hos ingenij tui fructus, quos sin minus ut cibos à me degustatos mearum laudum testimonio honestare non possum, eos saltem tanquam laborum tuorum munera libenter accipio, et qua decet gratiarum actione prosequor comitatem tuam, cuius expressam in illis imaginem laetus intueor. Non deerunt ijsdem iusta praeconia ubi primum ad eos peruenerint, quos ob harum rerum peritiam Fama tibi secundos facit. Vale. Sexto Jd: Nouembris MDCXVIII. Viennae Austriae.

T. P. Addictissimus semper

Julianus Medices

807. CHRISTOPH BESOLD AN KEPLER IN LINZ

Tübingen, 3. November 1618 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 249–250. Eigenhändig

S. 249

Undecunque clarissime Vir, fautor et adfinis suspiciende, litteras tuas accepi, et cum gaudio legi rationes tuas quibus meam de fundamento philosophiae oppugnas dissertationem. Et hoc tantummodò nunc dico depinxisse me philosophum, qui non invenitur in naturâ corruptâ: nec alio haec fine proposita à me sunt, quàm ut nostram demonstrem imbecillitatem, superbiam deijciam naturae, et ita

humilem dejectumque faciam hominem, hoc est accommodum faciam et praeparem Theologiae.

Theologica quae per schedam adjecta fuerunt, legi, et scio seu suspicor potiùs quem depingas: Ego in simplicitate ambulo, nec illa mysteria scholastico-Theologica, intelligo; nec opto ut intelligere possim. Scio enim impedire magis quam promovere salutem et eam sapientiam, quae ex Deo. Sed jam sub praelo conjectanea sunt de Novo † orbe, quae tibi inscribam, et quâ in parte tu prae omnibus aptissimus es judex. Candidè tecum, Vir optime simul et clarissimè, agam: hisce de 249 v rebus | majori in pretio tuum judicium apud me erit, quod etiam ut publicè facias oro (haec enim scribo non ut ego judicem sed ut tuum judicium excitem) quàm in decernendo de Stoicâ philosophia. Austria enim nescio ut carnem mollem reddat, et peripateticos magis quam Stoicos creet. Sed serio dico quod volo: aveo scire unde homines pervenerint in Indiam novam, cur hoc nostro demum seculo eae detectae, an earum memoria in antiquitate, et quae sunt similes aut vicinae quaestiones. De hisce quid mihi videtur, effudi potius quam dixi, cum ob mortem Domini Sigwardi rectoris munus ad me recideret, et quaedam pro more dicenda essent. Ea ut dixi tibi inscribo et peto ut rescribas, quid tibi probabile videatur, fac hoc vel praelo vel si tuâ bonâ pace fieri 250 potest, mihi mitte, ut ego excudi curem. | Non detinebo te festinantissimâ mea scriptione, quam relegere non otium erat, et quae nata inter strepitus senatorios. Vale et Christus nos omnes sibi servet. 3. Novembr. 1618.

T. T.

C. Besold

250 v Nobili et undecunque Clarissimo Viro,
Domino Joh. Kepplero, S. Caes. Majest.
Mathematico, adfini et fautori meo suspiciendo. Linz

808. KEPLER AN MATTHIAS HAFENREFFER IN TÜBINGEN

Linz, 28. November 1618

Tübingen, Acta Universitatis V, 23. Bl. 18–20. Eigenhändig

18 S. P. D.

Dignissime Domine Cancellarie, Reverende et Clarissime D. Doctor, Praeceptor colendissime. Annus circumagitur, ex quo Tubingâ discedentj spes est facta secuturae schedulae. Quae quod non mittitur, id humanitatj tuae tribuo, qui me amicum non sustines offendere,

ratus id quod res est, me vel ex silentio de argumento promissae Epistolae conjecturam facere facile posse. In nomine Dej, agite fruiminj moribus statutis exemplis antiquis Praedecessorum; nihil in me novj, quod exemplo possit esse ad caeteros, statuite: arcete me vestra Communione, propter ingenuitatem hanc meam, quòd in uno articulo de Omnipraesentia Carnis (·caeterisque adeò attributis·) mihi Veterum Patrum Phrases, argumentationesque, et scripturae dictorum explicationes magis probarj profiteor, quàm vestras in Formula concordiae: facite ex Sacra Communione notam Confessionis vestrae in particularissimis hisce: urgentj mihi praeceptum Christj, datum laicis omnibus, (·Hoc facite in meam commemorationem, Annunciate mortem meam·) opponite vos quod factum est praeceptum datum ministris et dispensatoribus mysteriorum Dej, (·Nolite dare sanctum Canibus·) sim vobis, † proh dolor, habearque pro spiritualj Cane, non propter ullum vitae naevum, sed propter hanc unicam, ut vos forte interpretaminj, arrogantiam, ut ego profiteor, ingenuitatem meam, quòd in hoc unico puncto, nolo linguam à meâ penitissimâ mente deflectere ad vestram formulae Concordiae; aliudque, quam intus sentio, foris profiterj, obedientiae causâ in Praeceptores, ut vos putatis, ut ego verò, simulationis et hypocriseos αὐτοκατακρίτου fugâ; cùm sciam πληροφορίαν requirj in rebus fidej; quae tamen à me posset proficiscj sine scandalo proximj, ut cuj super ijsdem mecum punctis multò minus oriretur dubitationis quàm nunc, ubj me videt auditque, ob qualemcunque dissensum meum excludj.

At me vicissim Christus supremus pastor Animarum nostrarum custodiat, ne his malis exacerbatus ex adverso quicquàm in me admittam, quod conscientiam laedat | meam, cujus quidem gratiâ adhuc persevero 18v in charitate, qua omnia Christj membra, vosque inter caetera, et ante omnes, ut spirituales patres in omnibus Religionis capitibus caeteris (·ut homines tamen·) complector: persevero in studio veritatis, et detestatione errorum, doleo ex animo vicem Armenianorum in Belgio, quòd † fraude quorundam in crimen proditionis pertractj sunt; sollicitus sum de ipsis, ne damnatj in Synodo jam coeunte, naufragium patiantur circa veritatem, respectu multitudinis hominum: Nam pro veritate ipsa citra privatorum hominum collabentium respectum; non est opus, ut de providentiâ Dej dubitem: quod verò hanc exclusionem meam attinet, etsi non censeo amoliendam per confessionem fucatam, non tamen eam contemno, nec eâ exulto, sed Deum oro, ut spiritu suo sancto mihi adsit, ne quid olim eâ dignum in me admittam: sic etiam me comparo, ut in hoc dissensu meo, non judex vester, quippe laicus ipse, sed conscientiae privatae mundae custos inveniar, et ut persecutiones bona con-

scientia feram, si nihil contra eam, cum populo, et quasi populj studio defendendum suscipiam, secundum saluberrimam et verè Apostolicam † admonitionem Archiepiscopj Spalatensis M. Ant: de Dominis: con- solor me, quod firmo animj proposito jam à multis annis complexus sum praeceptum illud dictj Episcopj alterum, ut maneamus primùm in apertis dictis S. Scripturae, deinde si videantur pugnare loca, ut illa, Vado, et Vobiscum sum; in interpretatione SS. Patrum qui haec contentionum tempora antecesserunt, in quantum illa non potest erroris coarguj ab Analogiâ fidej et collatione Scripturae: Pro Ecclesiae verò trifariam divisae adunatione ipse cum familiâ meâ quotidiana vota facio: existimoque non omnino ineptum his temporibus obtigisse Chirurgum ad ista sananda vulnera, illum quem modo nominavj M. Antonium: nisj quòd caro putrida totum vulnus obsidens, prius recidenda est cultris generalis alicujus bellj Germanicj super religione, quod nescio an incenderint Bohemj, et igne exurenda tribulationum et afflictionum variarum. Fierj sanè potest, quod non votj sed admonitionis causa dico, ut idem contingat Wirtembergiae et Saxoniae, quod nuper Palatinatuj † 19 Neoburgj, quod Marchiae, quod du[i]dum etiam Palatinatuj Electoralj, caeterisque Ecclesijs: tunc afflictio daret vobis intellectum multarum rerum, quae nunc sunt absconditae ab oculis juventutis vestrae in ministerio succrescentis: Tunc audiretur ille M. Antonius, divinitus, ut mihi videtur, summissus, ut sit inexcusabilis Germania, post hanc etiam visitationem. Satis de hac Harmoniâ, in quâ mihi laico solis precibus † 70 video laborandum. De Harmonia Astronomica nihil scribo, nisi quod titulum hic librj quintj mitto: in hunc enim usum aliquos feci superfluos, ut librum notum facerem, plurimosque ad ejus lectionem invitarem. Rogo igitur des exemplaria Bibliopolis vestris affigenda in propatulo. De his duabus Harmonijs ut R.T.[a] ad me scribat, non ambitiosè importunève contendam: acquiesco in distinctione, quam R. T.[a] fecit inter me Mathematicum et me Theologum, nec hunc titulum mihi vindico, nec ut ad praemissam inamaenam Epistolae partem respondeat, urgeo pertinacius.

† Superest verò tertia mea Harmonia Evangeliorum, quam R. T. coràm ostendj, pervolvendamque dedj; recensui etiam oretenus, quid in ea praestiterim. De ea significo, viderj mihi penes R. T. situm esse, ut illa hic Lincij, pedetentim succedentibus operis Typographj nostrj non satis adhuc instructj, possit excudj. Est Viennae Austriae coetus numerosus, esset ipsis facilima contributio ad librj excudendj sumptus, eaque à me non petitur planè gratuitò: quin potius, quia bibliothecam illj proculdubio colligunt: omnis repraesentata pecunia refunderetur ipsis in libris expetitis, idque precio Francofurdano. Esset ipsj etiam coetuj

honorifica promotio hujus operis, Ecclesiae Evangelicae, Harmoniae Evangeliorum. De hac re cùm nuper essem locutus D. Milbergero Pastorj in Hernals, censuit R. T. commendationem plurimùm valituram. Itaque si non contemnis | exemplum Ecclesiae veteris, quae alicujus Haereticj 191v Gnosticj Monotessaron in crebro usu habuit, ut videre est in Harmonia D. † Chemnitij: et si tibi hae caprarum pelles idoneae videntur ad ornatum exteriorem Tabernaculj Dej: gratificare obsecro laboribus meis diutinis, Epistolamque ad Rectores, Tutores, Antistites, Curatores, Eleemosynarios Ecclesiae Evangelicae in Herrnals, totumque adeò corpus eius scribe, in qua professus, te à me rogatum esse, sententiam liberam quaecunque tibi de temporum locorumque circumstantijs Mathematica et historicâ curâ quia nuspiam ago commentatorem Theologum exquisitis videbuntur, deprome; addita etiam cautione, ne adjungatur epistola tua operi, propter certos respectus; praetendere enim potes, quod est verissimum, sic latius sparsum irj exemplaria etiam inter Pontificios et in exteris regionibus; at meum hic praecipuum consilium hoc est, ne R. T. male audiat à Collegis suis in Ecclesijs superioribus, si hominis suspectj in religione, qualis sum proh dolor, opus commendaverit. Apud ipsos Viennenses nihil tale metuendum est, favent enim mihi, qui me norunt. Paradoxa quae insunt chronologica, ea sunt haec ferè, si forte oblitus es. Natalis Christj quinquennio maturior aerâ nostrâ. Pascha passionale non 3 Aprilis sed 25 Martij, biennio ante quàm hodie computamus, scilicet anno aerae hodiernae 31. Ministerium Christj secundum Epiphanium, annj 2 solidj, cum quadrante aut cum semestrj (· si baptismus Christi in autumno contigisset·). Post traditionem Joannis, id est, post inquisitionem à Jerosolymitis factam in Baptistam, et sic post fugam Joannis, qua se à Jordane subduxit in desertum Enan, ex ditione Herodis Vulpis, in ditionem Philippj, uxore Herodiade spoliatj à fratre; post hanc inquam proditionem, post insidias Joannj Bapt: tensas, post conspirationem Jerosolymitarum Caesaris subditorum, cum Herode Tetrarcha Galilaeae et Peraeae, (· ante carcerationem ·) venit Jesus in Galilaeam, et adscivit discipulos. Ita pulcherrime coit historia, cùm in Epiphanio supersint difficultates. Sed quid haec multis? extant librj mej in quarto, de anno Christj Natalj Latinè, et Eclogae Chronicae Epistolares: ex quibus videre † est, quid praestem. Plurima Evangelij loca fiunt clariora, extraho ex Isacio Casaubono praecipua; dispono plerasque histo|rias per tempora 20 † annj in Calendario Judaico et Romano: nihil transpono, quin aut plures Evangelistae contra pauciores consentiant, aut tacentibus reliquis, unius Evangelistae series textus id suadeat, aut rationes evidentes. In summa haec mea fuit intentio, Scientiam Mathematicam Christianam facere, inque Ecclesia ostentare. Sed desino, R. D. T^am^ vehementer

etiam atque etiam rogitans, ut consuetam meam libertatem aequi bonique consulat. Vale in Nestoreos annos. Lincij Austriae anno 1618. 28 Novemb.

R. D. T. Observantissimus

J. Kepler
Mathematicus

20v Reverendo et Clarissimo Viro, D. Matthiae Hafenreffer SS. Th: Doctorj et Professorj in Academia Tubingensj, ejusdemque Cancellario Dignissimo, D. Fautorj meo colendissimo. Tübingen

Bemerkung von Hafenreffers Hand: Vide intus 1. Titulum Harmonices † Kepplerianae. 2. Vnterricht vom H. Abentmal. Praesent. 6 Januar. 1619

809. JOHANNES STRAUSS AN KEPLER IN LINZ

Tübingen, 19. November 1618 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 338. Eigenhändig

338 S. P.

† Hanc ad te scribendi occasionem, Clarissime Vir, mihi meteoron aliquod praebet. Oritur apud nos cum stellis in cratere meteoron, nubeculae radiantis instar. Ab initio formam cornu habuit, jam se magis magisque in latum effundit. Hodie visum est non tantae esse rubedinis ac ante aliquot dies. sed magis albescit, et in occasum vergere videtur. Sed ea de re forsan brevi tibi Clarissimus Maestlinus, à quò jam salutaris. Coelum per aliquot dies nubibus obductum habuimus. Dominus Doctor Johannes Fabri amicus tuus et olim condiscipulus te salutat, et Medicinae hunc studiosum Castelum Haugium tibi commendat, rogatque eum scholae Rectori Domino Conrado Rauscardo commendes, et ab eo, si qua datur Linzij occasio discipulo cuidam eum praeceptorem praeficiat, petas. Vale Vir Clarissime et Doctissimum Virum Dominum Johannem Gringalletum, amicum meum meo nomine saluta. Vale. Datae Tubingae Anno 1618. 19 Novemb.

Tuae Excellentiae studiosissimus

M. Johannes Straus

338v Clarissimo Viro, Domino Johanni Keplero S. Caes. Majestatis et Illustrium Austriae superioris Ordd. Mathematico celeberrimo, Patrono suo optimo. Lintz

810. KEPLER AN VINZENZ BIANCHI IN VENEDIG

Linz, 30. November 1618

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 355–356. Abschrift

S. P. D. 355

Cum ad geminas tuas literas eodem exemplo exeunte anno 1615 scriptas respondissem Nundinis Paschalibus anni sequentis, redditae mihi sunt post aliquot menses tertiae tuae monitoriae Id: Apr: anni 1616 Venetiis datae: Itaque sequentibus Nundinis Lincensibus Sancto-Bartholomeanis diligenter a mercatoribus inquisivi num rectè curatae essent meae responsoriae; quas Pragam misi ad Vicentium Johannelli. Cum igitur ex sententia respondissent mercatores essemque occupatus in Ephemeride; non censui opus esse secunda responsione, ratus Te interim literis meis responsoriis eodem tempore scriptis quo tu tertias misisti esse potitum. Expectandum itaque mihi putavi dum tu ad illas responderes. Atqui contrarium intellexi ex nuperis tuis Augusto mense datis (quas ad me Linzium Vienna misit S^{ae} C^{ae} M^{tis} Personae Medicus D. Thomas Mingonius amicus meus 5 Novembr: sed quae ante paucos dies mihi sunt redditae). Itaque periisse existimo responsum meum negligentia mercatorum et fastidio talium negociorum unde ipsis nihil lucri. Descriptum fecit amanuensis meus sed non integrum; si namque bene memini prolixior fui in conclusione discurrens de Astrologia in genere idque Stylo ut soleo extemporaneo: ubi et de Genesi mea quam primae tuae profitentur tibi notam esse, cum contrarium ex iisdem appareat. Vulgavi autem meam genesin libro de Stella nova fol. 43. Literae enim apud nos Germanos famulatio carent Italico sumque mihi ipsi crebro unus omnia et tunc cum literas concluderem in turbis nundinalibus amanuensis aberat.

Accipe vero descriptum qualecunque in quo habes calculum Geneseos tuae; alteram Comitis Alerani subiungam. Hic ad quaestionem propositam respondebo: si tamen responsio censenda est, cum quis se negat respondere posse. Nam in Astrologia non agnosco genuinas Boni et Mali differentias: sufficit Aspectus sic distinguere ut alius alio superetur in Efficacia ab illo scilicet, qui plures habet praerogativas in Demonstrabili[1]tate et Congruentia figurae suae; de quibus rebus ago lib: IV Harmonicorum qui nunc excusus est: In lib: V tarde progrediuntur operae: accipe hic primum eius folium idque cum Bibliopolis ad publice ostendendum communica meumque hoc Operum Dei praeconium adiuva ut exemplaria quam primum communicentur cum pluribus dignis. Tradetur 355v

7) nisi 13) Medicis 24) anuensis 33) osdendendum 35) communicenter

totum opus Bibliopolae Francofordiensi distraheturque inter bibliopolas qui postea precia in immensum intendunt; ita fit ut minus frequens eius sit lectio quippe latentium in tabernis exemplarium spe lucri, neque ego connivere possum ut recudantur in Italia non divenditis iis quae extant in Germania, nisi meipsum impensis quas magnas sustineo privare velim.

Praestaret iam statim per mercatores in aula caesarea Italicos aliquem numerum in Italiam deportari intercedente praesente pecunia aut † sponsione idonea. Videbis illo libro IV fundamentum Directionum naturale ex mea sententia, ex quo nascitur motus dirigendi mixtus ex omnibus hactenus usitatis.

Et quia in hanc mentionem incidi, lubet periculum facere promtitudinis tuae, quam luculentis verbis in omnibus epistolis mihi declaras. Scire enim velim an liber in Italia possit esse venalis, qui non profitetur licentiam superiorum, cum profiteatur privilegium Caesaris: habet tamen sententiam Copernici; si lis ei intenditur propter Copernici Hypotheses qui terram facit mobilem, posset occupare advocatus aliquis libri illam non poni nisi alternative scilicet iuxta Tychonis Brahe Hypotheses qui terram facit stare, Solem moveri. Mihi quidem indultu privilegii lex est fixa: Ne quid contra Catholicam etc. Verum rogati super hoc Consiliarii Aulici Caesarei Catholici negarunt videri contra Catholicam quod naturalibus rationibus salvis superioribus et supernaturalibus disputatur de motu terrae, licet haec sententia nuper notata fuerit aliqua censura, sed quae sit adhuc privata. Ego vero in libro illo meo ne quidem defendo motum Terrae, sed id feci alias in Commentario Martis, in Optica, in lib: de stella nova, in Epitome Astr: Copernicanae etc. Est aliud quippiam in libro † IV. quod possit alicui scrupulum movere; quod hoc defendo: aut casus fortuitos non significari ab astris aut si ab iis significentur oportere ut Angeli custodes a Genesibus Clientum suorum impediantur; movetur dubitatio, nihil asseritur; decisio ad Theologos reiicitur. Expecto igitur 356 super hoc | capite responsum et sententiam tuam genuinam sine blandimentis. Nunc revertor ad Astrologiam. Nam signum ✳ pinxisti nimis religiose imitatus sculptoris vitium; est enim ex stella dodecangula ut explico in harmonicis et proprie signat aspectum G:150: seu quincuncem. Nam verior character aspectus G:30 videtur iste ⚻ aut similis aliquis. Quae tu dicas miserandam fortunam in tua genesi et quae maximam Genitori scire velim. Nam si alludis ad haec vulgaria Capita Astrologiae de parte fortunae et de parentibus: neque illius ⊕ ego vim ullam agnosco, neque ad hoc quaesitum de parentibus responderi posse puto ex fun-

43) praesedente fortuna . . . maxima 53) nisi *fehlt* 57) dispudatur 58) hae 60) fecit 71) miseranda

damento naturali: Neque etiam in cancro ullum Martis casum reputo ut nec in ♎ exaltationem, ut luculenter sum testatus in libro de stella nova. Longe aliam philosophiam sapiunt illa capita quae tueor ex Harmonicis. Et quid tu dicis miseriam? Mihi miseria non videtur in illa quidem fortuna qua ego fruor quae procul dubio est longe tua inferior. Et tamen in mea Genesi ⊕ partiliter iungitur Saturno peregrinanti in ♏, ut volunt Astrologi inque domo VI abiecta. Si hic Astrologos audiam nunquam ullum servum ascivero; ne fiam miser per ipsorum perfidiam; praestiterit igitur vivere contemtum nullo ministerio suffultum videri? quanto mihi infelicius locetur pars fortunae quam tibi?

Genesin Comitis Alerani accipe diligenter computatam et nova ratione quasi per sinus et tamen sine multiplicatione et divisione. †

☉	0. 29. ♈	Latitudo
☽	14. 0. ♊	4. 27. Sept:
♄	28. 14. ♊	0. 41. Merid:
♃	27. 35. ♉	1. 3. Merid:
♂	25. 29. ♉	0. 59. Septent:
♀	13. 29. ♓	1. 24. Merid:
☿	27. 17. ♓	1. 31. Merid:
☊	12. 31. ♒	

Cuperem equidem hoc ingenium nosse ab omnibus qualitatibus: Est enim genesis earum una de quibus lib: IV Harm. Cap. VII. scripsi. Sunt † Aspectus partiles omnium planetarum et illa ♂ ♃ ♂ in confinio Pleiadum hominem denotat singularium opinionum suique arbitrii confusum et intricatum in dogmatibus et negociis vitae actuosissimum suspicacem avarum iterumque profusum et secretorum consiliorum, et vicissim etiam turbulentum seditiosum pro re nata et audacem ad temeritatem usque. Ad diem Geneseos annotavi nescio ex quo historico | horrendas tem- 356v pestates. Et cum Sol hoc ipso tempore versetur per directionem inter ♂ et ♃ coniunctos, non mirum si Reip: negociis ipse in tali loco constitutus tantaque dignitate multum se misceat; illud potius mirum si non alicuius motus publici author erit idque hoc ipso tempore post illud concilium Planetarum plerumque in Tauro mense Maio. Quippe secutus est cometa mense Augusto in ☊ et iam hoc ipso mense Novembri videmus alios duos cometas australem unum in ♍ ≏ ♏ sic ut caput eius sub Horizonte maneat, cauda ultra 40 gr: longa promineat, alterum inter Aequatorem et Zodiacum in 16 ♏ prope lancem Boream clarissimum flavum subrutilum. Sed desino; erit enim tempus plura movendi ubi

81) Astrologus 98) denetat . . . arbitri 101) audiacem 109) ♏ ≏ ♏

me fidis relationibus adiuveris. Vale. Prid. Cal: Decemb: Anni 1618 Linzii Austriae.

Excellentissimae Dominationis Tuae studiosissimus

J. Kepler
Mathematicus

811. JOHANN BAPTIST HEBENSTREIT AN KEPLER IN LINZ

Ulm, 21. November 1618 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 362–363. Eigenhändig

362 S. à Servatore.

Inposterum hanc exercebo artem, Vir Nobilis et Clarissime, quae putaro, referre, ut scias, ea maturè et per otium in chartas conijciam, quò, ubj me appellarint gestores et vectores, in promtu habeam, quae hominibus tibj reddenda concredam. Etenim hoc ipso momento occurrit mihj, quj literas expostulat. Sed cum alijs atque alijs, instar decumanarum procellarum, me tantum non obruentibus, implicitus fuerim occupationibus, jam quae grata sint, habeo aut pauca aut nulla. Caeterùm Paulus Roth Vir humanissimus juxtà et doctissimus dubio procul post Salvum ad Lenzios appulsum, te salutaverit, measque tibj reddiderit: in quibus de Tampachio, de negociatione nostra invenusta, aut si licet ἐν χρόνῳ ἀσκέπτῳ fingere, Ve – Mercurialj, (librarios enim habemus, quorum nos meritò pudeat) de convictu item tirunculorum apud nos, nonnulla exposita habere potuisti. Vtinam autem ex animj tuj sententia negotia tua gerere potuissem, possemve! Sed quid agam in Boeotia, (qua Mathemata, capi cupio) aut ibj locj, ubj jacent, quae alibj magni fiunt? quaeque ego, modò ducem haberem, lubentissimè excolerem. Testor divinum numen, nullum me Quadrantem inspicere, aut Astrolabium, aut Cylindrum, aut chartam, quae aliquid ostentet Archimedej pulveris, quin in sanctissimam incidam nominis et scientiae et dignitatis tuae memoriam!
362v Vtinam Logica, Poëtica | Oratoria, et similia pro παρέργῳ propagare possem, astante tanto artifice, Historico et Mathematico! Sed haec citiùs optantur, quàm impetrantur. Tàm dura sors agitat nos, qui propius olympum contingere avemus ut quibuscum omne exigere vellemus aevum, ab ijs remotissimos nos constituant immensa locorum intervalla. Veruntamen ταῦτα δὴ ταύτῃ. Te Virum Clarissimum καὶ φωστῆρα τῆς μαθήσεως sublimioris, valere cupio, et mihj favere, atque, si quid feliciùs expedire

22) astite

fors possim, quo gratum tibi fiat, mihj fidenter imponere. Dabam de nocte, qua Cometen, qui ab oriente aliquot jam dies solet progredj, cum alijs nonnullis semidoctis Mathematicis, praestolabar. Si quid profecero, aut notavero, aut potius observare potero, (quadrantem enim expediam et Astrolabium) faxo habeas, sed quod à tirunculo profectum minutissimo. Dabam, inquam, Vlmae a. d. 21. Nov. Anno MDCXIIX. Haec ludicra ἀντὶ τώνσου egregiorum potuissem plura addere, sed gestoris ratio erat habenda.

T. Dignitatis observantissimus

M. Hebenstreittus
Rector

Viro Nobilj Praestantissimo Domino Johannj Kepplero, Mathematico Caesareo: fautorj meo et amico omnj observantia dignissimo. Lenziis

363v

812. KEPLER AN JOHANNES REMUS QUIETANUS IN WIEN

Linz, 1. Dezember 1618

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 120. Abschrift

S. P. D.

120

Clarissime Excellentissimeque D. Doctor amice omnibus officiis percolende. Brevi epistolio multa et magna tangis. Dolorem ex obitu Serenissimi D. D. Archiducis Maximiliani Patroni quondam tui temperasti gaudio, quod te adscitum narras in aulam Imp: quod ad me pertinere puto, quia iis artibus es instructus, quibus praeter valetudinem Imperatoris etiam Astronomia iuvari potest; quam ad curam te appulisse animum serio demonstras illa re, quod hanc etiam legem ministerii tui aulici tibi ascribi curasti. Itaque non tam tibi quam Astronomiae gratulor, imprimis vero mihi, qui et labore sublevabor et promotore in aula salarii mei suffultus sum. Nam hactenus aut soli mihi laborandum fuit, aut si calulatorem adscivi, quandoque impensae fuerunt faciendae de meo cum nihil ex aula solveretur.

Locum ☿ accipe ex meis tabulis quam certo is ex unico triente totius circuitus (·in quem omnes modernae observationes coincidunt·) in reliquos duos trientes derivari potest.

3/4) previ . . . Seremissimi 12) calculatore 15) circutus

Anno 1558. 12 Oct: H. 10 minus 7 minutis

☉	28. 48. 5 ♎	99257	
☿	29. 40. 39 ♐	42826	Inclin. 6. 42. 51 · · 213940
	90. 52. 34	39717 · · ·	92341
	45. 26. 17		1529 Latitudo 2. 41. 7
	21. 57. 48	12 · · ·	90812 Mer: 305971
Elongatio	23. 28. 29	92043	
☿ in	22. 16. 34 ♏	92031	

Calculi formam ex parte Orbis annui non addidi frustra: primum enim Caput eorum, quae tecum coram deliberare gestio, de hac ipsa erit materia; postquam ante 4 annos primum edita, nuper vero compendiosius proposita, a foederato meo Beniamine Ursino, fuit foelix illa calamitas tabularum mearum Rudolphinarum, Logarithmi: Videntur enim tabulae reficiendae et ad Logarithmos accommodandae aut penitus omittendae, substituto canone Logarithmorum sed qui prius exactius sit computandus.

Alterum caput erit de Observationibus Braheanis computandis edendisque et de impedimentis editionis amoliendis.

Quae Marius de nova anni 1572 non sunt dissimilia veri. Cometam ego hujus anni 1618 Mense Sept: iam minorem omnibus fixis circumstantibus vidi per tubum satis magnam habere quantitatem: obscuritas igitur parvitatis speciem praebet. Terrentio foelicitatem expeditionis vere Astronomicae precor: utinam Ephemerida anni 1619 haberet. | Illa observatio ☌☿☽ non est sane nobis negligenda, non tamen ei fidere possumus usque ad 4 aut 5° graduum in Longitudinibus locorum differentiam: cum et temporis observatio sit crassiuscula et calculus Tychonicus in Lunâ triduana non praestet omnimodam certitudinem ob variationis anomaliam nondum satis exploratam, temporisque aequationem adhuc vel mancam vel suspectam.

120v

De latitudine Lunae deque differentia ab Origano tunc disseremus, ubi prius tu Prolegomena Ephemeridum anni 1617 diligenter legeris. Nam Eclipsis anni 1612 mihi inter fundamentales est. Quae dicas nova illa Tyrocinia Astronomiae non capio, num editam a me doctrinam Sphaericam, an paginam illam primam doctrinae Theoricae quam coram vidisti. Ubi convenerimus, audiam Galilaei obiectiones cuius epistolas ad Welserum Italicas habeo; puto vero nullam inter nos esse dissensionem, nisi forte in coniecturis ultra sensibilia sese altius quâ redargui non amplius possunt efferentibus. Demonstro ego necessariis, cavum esse spacium in quo planetae, fixas exterius confertiores invicem; quousque

19) 93♐ . . . triclin. 31) substitutes 43) prastat 44) annomaliam 55) consectiores

illae spargantur, non disputo, ex sensibus solam analogiam vexo sed dulcem et multiplicem; infinitum rationibus Metaphysicis impugno. † Veniamus igitur ad conflictum rationum. Opusculum D. Sirturi (·si recte lego·) videre pervelim.

Cometas duos simul apparentes vidi, charta descriptos ad D. supremum 60 Camerarium misi rogitans ut Medicis Imperatoriis communicaret: ibi igitur requires. Vale. cal: Decem: 1618. Linzii.

Cl: Ex: T. Officiosus

J. Kepler

813. JOHANNES REMUS QUIETANUS AN PAUL GULDIN IN GRAZ

Rottenmann, 1. Dezember 1618

Graz, Universitätsbibliothek, Cod. 158, Bl. 12. Eigenhändig

. . . 12

Fui apud Keplerum Lintzij in transitu Viennam versus sed saltem per ½ horam per amor della mia Compagnia, praelegit mihi sua Harmonica. beclagt ſich das man ihn zu Rom vor ein Cetzer ausſchreie.

814. GEORG CHRISTOPH VON SCHALLENBERG AN KEPLER IN LINZ

o. D.

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 345. Eigenhändig

Lieber herr Kepler. Quaeso indica qua hora videatur Cometa recens: 345 Item si Ephemeris instantis novj anni: et opus tuum harmonicum absolutum est fac vt per horulae spatium frui et percurrere possim. qui

planè Tuus

G. Christ: Schallenperg mpp.

815. KEPLER AN MICHAEL MÄSTLIN IN TÜBINGEN

Linz, 3. Dezember 1618

Wolfenbüttel, Herzog-August-Bibliothek, Cod. Aug. fol. 15, 3 Bl. 275–279. Eigenhändig

S. P. D. 275

Clarissime Vir, Fautor et hospes benevolentissime.

Si unquam ad seriam aliquam collationem literariam te vocavj; id profectò nunc necessariò facio: quando Tabulis Rudolphj paulatim

coeuntibus, nova mihi cura nascitur super commoditate calculj, quae in bivio constituta dubium me tenet, utram formam amplectar. Ante omnia scribam exemplum partis calculj, quae Orbem Magnum attinet; ut ex diagrammate tecum conferam, quae solent esse Mathematicorum literae.

† Anno 1558. 12 Octobris H. 9. 53.

a. ☉ 28. 48. 5 ♒ — c. 99257
b. ☿ 29. 40. 39 ♐ — d. 42826

g. 90. 52. 34 — e. 39717 — f. 92341
h. 45. 26. 17 — m. 00012 — q. 1529
i. 21. 57. 48 — n. 92043 — p. 90812

k. Elongatio 23. 28. 29 — o. 92031
l. ☿ in 22. 16. 34 ♏.



Inclin: Meri.
r. 6. 42. 51 — s. 213940
t. 92031
x. 2. 41. 7 — u. 305971
Latit: Merid:

A locus Solis verus. C distantia Solis et Terrae. B Locus Eccentricus ☿ (·lineae motus ☿ ex centro ☉ per ☿ in Eclipticam eductae·) aequatus, et ex orbita ☿ ad Eclipticam reductus per primam partem Calculj, quae hic non exprimitur, quia dubitationem nullam habet. Expressit autem illam primam calculi partem in Marte Maginus ex meis literis anno 1601 ad ipsum scriptis et Comment: Martis in Supplemento Ephemeridum, quod † ante 3 vel 4 annos Francofurtj recusum est.

D distantia ☉☿, curtata, sic ut in Eclipticâ sit, terminata scilicet à linea ex ipsâ stellâ ☿ perpendiculariter in Eclipticae planum incidente. Pertinet hoc etiam ad primam partem calculj.

R arcus circuli latitudinis interceptus inter Eclipticae et orbitae Mercurialis plana; angulus scilicet ad Solem; et hic habetur ex prima parte calculj.

Iam quia solvendum est triangulum rectilineum obliquangulum ☉⊕☿; ego hanc viam institi hactenus, ut coràm Tubingae ostendi ante annum, ut primùm differentiam laterum C. D (·caudam 5 cyphris·) dividerem per summam; quotientem, qui hic notatur literâ E, multiplicarem in Tangentem dimidij Complementj angulj. Complementum angulj est hic G. scilicet Commutationis Anomalia, quae habetur subtractione locj 277v ☉ | a loco ☿ Eccentrico, vel vicissim. H igitur est illud dimidium complementi, cuius tangens in E multiplicatus (·abjectis 5 ut moris·) dat

factum, Tangentem arcus I. hic arcus in inferioribus subtrahitur à dimidio H, manetque Elongatio ☿ a ☉. K. In superioribus additur, quia Elongatio illorum a ☉ fit 180°.

Porrò elongatio addita vel ablata loco Solis vero prout fuerit Angulus commutationis post vel ante Solem, constituit in omnibus planetis locum visum ad Eclipticam relatum, hic literâ L notatum. Pro latitudine verò demonstratum hoc habeo, Ut sinus Elongationis K ad sinum commutationis G, sic esse tangentem Complementi Inclinationis R, ad tangentem Complementj Latitudinis X. Itaque etiam hic primo dividendus est sinus Commutationis G per sinum elongationis K, quotiens ducendus in Tangentem Complementj Inclinationis.

Cùm igitur tabulae debeant sublevare laborem calculj; hactenus Ego pro priore Longitudinis scilicet operatione duas fecj tabulas prolixas pro omnibus Planetis, alteram appellavj tabulam Indicis, alteram tabulam Angulj. Indicis tabula progrediebatur in fronte in ☿. ♀. ♂ per centenarios, in ♃. ♄ per millenarios particularum ipsius D: in margine per centenarios ipsius C. cum hoc cruciformj ingressu excerpebatur Index E. Sic appellavi quotientem, qui prodit ex divisione differentiae D. C in summam: ubi numerus areae corrigendus est per particulas utriusque tam C, quam D, minores centenario, sumptis differentiarum tam Interlinearium quam intercolumnarium partibus proportionalibus, cum cautione additionis vel subtractionis, quae in superioribus et in inferioribus rationis est permutatae. Sic tollitur una additio, una subtractio et una divisio.

Tabula angulj Elongationis scilicet a Sole (·subaudi: Visionis scilicet, seu, ad Terram·) habebat in fronte gradus ipsius G ab 1 ad 180, totidem intercolumnia differentiarum; in margine erant Indices E, progredientes per 600; in area erant ipsae elongationes K, progredientes in superioribus usque ad 180. cum interlinearibus differentijs. Excerptio fiebat cruciformis et correctio Elongationis gemina per partes proportionales tam scrupulis ipsi G adhaerentibus, quàm excessibus ipsius E supra sex centenarios. Nam pro E 39717, inveniebam in margine 39600: residua 117, erant mihi instar 11′. 42″. multiplicato ultimo digito 7 in 6. Sic tollebatur una dimidiatio ipsius G, una excerptio Tangentis ipsius H, una multiplicatio hujus tangentis in E, una excerptio arcus I per factum ut tangentem, et una additio ipsius arcus I ad H, aut contraria subtractio. *276*
Pro latitudine initio putabam non esse opus aliquâ tabulâ, quia arcus Inclinationis et latitudinis, cùm sint parvj, proportionentur ferè sinibus. Itaque ex tabulâ parallaxium, quae est in meis Opticis, è regione commutationis graduum, ut in hoc exemplo, è regione gr: 89°.7′. (·complementj ipsius 90. 53. ad semicirculum·) quaesivi per columnas Inclinationem, vel ejus partem aliquotam: et in quâ columnâ illam reperiebam,

in eâdem e regione Elongationis graduum, ut in Exemplo gr: 23°. 28′, excerpsi latitudinem vel ejus partem itidem aliquotam. Ut hic, quia Inclinatio est magna 6°. 42′. 51″: ergò tantum ejus unum gradum vel 60′ quaero è regione 89°. 7′. Invenio autem 60′ in columna 60 paulò minus; in eâdem igitur columnâ 60 descendo usque ad lineam 23°. 28′, ibj invenio pro latitudine 23′. 53″, quae de uno quolibet gradu inclinationis manent in latitudine.

Ergo multiplico	23. 53	
in	6. 42. 51	
	2 23 18	
	16 43	
	22	Hic prodit latitudo non multo
	2 40 23	alia, quam prius viâ exactâ.

In alijs exemplis, ubi Commutatio non est ita propè gr: 90, res est clarior. Verbi causa, si commutatio fuisset 72°. vel 108°. Tunc e regione gr: 72, inveniuntur scrupula 60 sub fronte columnae 63 plus. Itaque non expedit semper quaerere 60, multiplicationis logisticae causâ; ut plurimum enim praestat quaerere [*Randzusatz:* vel ipsam totam Inclinationem, vel si ea in Tabula parallaxium in linea competentj haberj non potest] partem Inclinationis aliquotam.

Ut si quaererem è regione Gr: 72, scrupula 40, quae sunt proximè pars decima de Inclinatione 6°. 43′. tunc illa invenio sub columna 42. in qua si descendam usque ad lineam Gr: 23. 28. (·si tanta sit Elongatio·) invenio decimam etiam ferè partem latitudinis 16. 43. Ita Inclinationj 6°. 40′. responderet latitudo 2°. 47′, et residuis inclinationis 2. 51. rursum sic quaesitis responderet pro latitudine 1. 20 circiter. Totj igitur Inclinationi 6°. 42′. 51″ responderet tota latitudo 2°. 48′. 20″ circiter.

Verùm cùm haec excerptio latitudinis ex tabula mea Parallaxium non careat molestijs suis, sitque non exacta, et simul obnoxia hallucinationibus: hinc ego ante semestre coepj deliberare de alia etiam tabula Indicis, alia etiam angulj, pro latitudine, quae non multo brevior esset priorj pro longitudine: ita fieret tabularum moles satis magna. Index hic pro latitudine esset nihil aliud, quàm quotiens, qui prodit ex divisione sinuum commutationis per sinus Elongationis. Et fateor, valde abhorruj à computatione talis tabulae, propter prolixitatem in negocio latitudinum non adeo magno.

Dum autem in hac deliberatione versor, cupido me incessit explo- 276v randj nuperum illud negocium Logarithmorum | Neperj Scotj, ante 2 annos Pragae primum mihi eminus inspectum, et propter cautiones,

quas plurimas usurpandas suspicatus sum, propterque crebras excerptiones, pro inutili ad tabulas abjectum. Postquàm igitur diligenter rem expendj, deprehendj usum ejus in hoc nostro triangulo compendiosissimum, et certo quodam respectu, multò compendiosiorem usu mearum tabularum, propter cruciformes ex ijs excerptiones taediosas et laboriosas. Nam si E numerj seu Indicis quaeram logarithmum F et ab eo auferam ipsius H dim: commutationis Protangentem Q [*Randzusatz:* adderetur, si H minus haberet, quàm 45] (·quia hic est defectivus, quippe ultra gr: 45·), Tunc relinquitur mihi P Protangens, dans ex Canone Logarithmico arcum I, qui cum H gignit K Elongationem. Pro latitudine verò cum primis exoptata res est. Nam Commutationis G, Logarithmus M aufertur ab Elongationis K, Logarithmo N aut hic ab illo vicissim. Differentia O, transposita in T sub S Protangentem, Compl: Inclinationis additur illj, si N major fuit quàm M, aufertur, si contrarium. Prodit sic V Protangens, monstrans in Logarithmorum canone, Latitudinem X.

Igitur, cùm negligj non possit hoc negocium; omninò abjicienda videtur tabula mea Indicis et angulj. Est quidem hoc verum, quòd utile sit pro tardioribus ingenijs, extare in tabula angulj quantitatem Elongationis praeterpropter, ut non possit nimius error committj. At vicissim meretur compendiosissima ratio solvendj trianguli per logarithmos, ut numerum F, non sic per ambages excerpamus, scilicet per Indicem E, prius ex meâ tabulâ Indicis excerpendum: sed ut peculiarem faciam tabulam, ex qua per binarum distantiarum ingressum, statim ipse numerus F excerpatur. Quod si verò aboleam Indicem E, jam sustulj funditus tabulam Angulj Elongationis. Itaque pro hac secunda parte calculj Prosthaphaeresium orbis annui tam latitudinis, quam longitudinis, sufficiunt duae tabulae, altera numerj F, quam Proindicem lubet appellare interim, donec Indicis tabula penitus obliterata fuerit, èque memoriâ deleta, tunc enim ipse numerus F, dicetur Index: Haec tabula habebit distantias C in margine, distantias D in fronte, ut supra explicatum in tabulâ indicis, eritque excerptio cruciformis. Altera tabula erit instar Canonis sinuum, nec minor eo, imo major; quia est pro Sinubus, Tangentibus et Secantibus, scribam ex 2700 lineis hujus tabulae, unam exempli causa.

	Gr. 2°.	+ | —		
Min.	Logarithmus	Protangens	Logarithmus	Mi
0	335528	335467	...61	60

Gr. 87.

Excerptio hic est simplex non cruciformis, et pro unoquolibet loco planetae sunt excerptiones ex hac sex, duae pro long: 4 pro lat:

Est aliud etiam compendium, quod ferè citra omne damnum negligimus secunda in excerptione; quia statim finem calculi attingimus, nec multiplicantes nec dividentes, neque communiter neque logisticè.[1]

277 Si verò etiam summam calculi prodituram statim initiò ob oculos habere expedit, oporteret etiam tabulam angulj elongationis de novo
170 computare et ad aequales excessus numerj F accommodare, ita fieret calculus geminus, unus similis operationj per sinus, formâ supra posita, alter similis pristino meo, per tabulam Indicis et Anguli, quem certè non expetet, quicunque tantùm exercitatus est, ut non facile sibi ab hallucinatione metuat.

Cum igitur Tabulae sint futurae opus publicum, magnam Cl: D. Praeceptor, gratiam et a me et a studiosis Astronomiae quin etiam a promotoribus operis inibit; si suum hic judicium interposuerit; quomodo sint scribendae tabulae hae Prosthaphaereseon orbis annuj seu, ut Ego, Elongationum a Sole; num una sola in tabulis sit tradenda forma
180 calculj, ad vitandam confusionem tyronum, an plures conjungendae; et si plures, quaenam ex his quatuor. Prima enim est forma, ut repetam praemissa compendio, quae operatur per sinus et Tangentes, quam reliquit Maginus in supplemento Ephemeridum. Secunda est forma, quae sublevat calculatorem onere multiplicationis et divisionis, per tabulas prolixas Indicis unam et Angulj alteram. Tertia forma est quodammodo similis primae, docens loco sinuum et Tangentum substituere Logarithmos et Protangentes, omnemque Multiplicationem et Divisionem in meras additiones et subtractiones convertere. Quarta forma est similis Secundae, per novas duas tabulas, Indicis et Angulj, in
190 quibus hoc commodj, quod statim ob oculos sistitur Elongatio, verae proxima, in area Tabulae angulj: illud vicissim incommodj, quod haec elongatio cruciformiter est corrigenda per geminam multiplicationem logisticam: ipsae duae tabulae erunt valdè prolixae, erunt et de novo computandae, non tantum tabula Proindicis seu Indicis (·quae certè omittenda non est nec in tertia neque in quarta forma·) sed etiam et maximè Tabula angulj. Et tamen hae tabulae non sufficiunt ut ex ijs etiam latitudo habeatur, sed oportet illam aut formâ Tertiâ computare, aut duas aequè prolixas tabulas addere. Obsecro D. Praeceptor tale judicium ferat, quale Iuridica facultas solet, quando ad narrata fert
200 sententiam expetitam, nihil sollicita de fide narratorum. Nam certò sibi persuadeat, non posse instituj ullam aliam rationem calculj, praesertim communem omnibus quinque, quàm istam, quae triangulum ☉ ⊕ ☿
277a solvit,[1] in quo omnia latera sunt variabilia, omnesque angulj. Nam ut coram dixj, si maximè vellemus omnia referre ad distantiam ☉ ⊕ mediam, tamen neque Terrae motus aequalis est circa punctum tale pro-

ximè Solem, quod illum nunc antecedit nunc sequitur, neque Planetarum Anomaliae regulantur ad tale punctum, sed ad ipsum Centrum corporis Solis, nec ulla aequipollentia potest instituj perfecta, hypothesis alius alicujus fictae, ut prolixè probavj in commentarijs Martis.

Sed exscribam ad meliorem informationem lineas ex tabulis meis, necessarias nostro Exemplo:

Commutatio vera 90. 52. 34.

Ex Tabula Indicis, quae habet in solo ☿ folia 12 Sc: a 30500 ad 47000		42800	42900	
	99300	39761	39663	Ex his cum distantijs supra positis elicitur 39717 Index
	99200	39719	39621	

Ex Tabula Angulj, quae habet in solo ☿ 33 lineas in qualibet columna, in singulis verò planetis 180 columnas cum totidem intercolumnijs.

	90		91	etc.
39600	23. 23. 48	0. 9. 19	23. 33. 7	
	17. 48		18. 1	
40200	23. 6. 0	0. 9. 6	23. 15. 6	

Typus Operationis.

Index 39717	Commut. 90°.	52′. 34″
39600	..... 23. 23. 48.	9. 19
11. 42	3. 19 —	7 53
17. 48	8. 10 +	17
3. 24	23. 28. 39. Elongatio quaesita	
5		

Hic statim initio apparet Elongationem esse circiter 23°. 24′. At si per Tangentes aut per Logarithmos operer, tabula quidem indicis exhibebit indicem (·vel Proindicem·) 92341, ex hoc verò nulla fit conjectura de elongatione, nec ex commutatione, sed formatur prius ex ejus dimidij Protang: 01529 ablatione, numerus 90812, quo cum excerpimus arcum 21. 57. 48, ne hunc quidem vicinum Elongationj quaesitae, nisi comparemus eum cum dimidio Commutationis: daturque crebrò hallucinarj inexercitatos et errare in addendo vel subtrahendo, cum periculo magni erroris; qualem magnum errorem facile excludit conspectus tabulae

angulj propter circumstantes multos numeros penè aequales in eodem folio.

Quod si solum tertiam formam praescribimus, Tabulae Rudolphj non erunt in hac parte, Tabulae, sed praeceptum solvendi triangulum; si verò proponimus tertiam et quartam formam simul, valde confundentur tyrones circa arcum I, quem crebrò pro ipsa elongatione habebunt: Si denique sola quarta forma ponatur, relinquetur in Calculo duplex illa multiplicatio logistica per cruciformem ingressum, ut etiam in formâ secunda: ita privabimur compendio expeditissimo calculandj sine multi-
250 plicatione et divisione. Nuspiam res caret difficultate et calumniae peri-
278 culo; quare summopere | mihi opus est authoritate tuâ, quid potissimum sit faciendum. Sed desino de 5 planetis.

† Lunarium verò motuum calculus sic habet.

Sit computandus locus ☽ ad annum 1583. diem 4 Martij Iulianj h: 9. M. 45. Vraniburgj, tempore aequalj.

		D. H.	Apogaeum	Nodus ☊
Ex Tab: I.	Compl: 1582.	22. 1. 28. 8.	7. 4. 43. 20.	9. 0. 46. 2.
	Comm: Februarius	59.		
	Compl: dies	3. 9. 45		
260	Summa	84. 11. 13. 8.		
Ex Tab: II.	Revolutiones III habent	82. 15. 55. 45.	0. 9. 12. 36.	0. 4. 22. 39. Sub:
	Residuum Post: Ap.	1. 19. 17. 23		
Ex Tab: III.	Horarius fictus	30. 27		
		8. 42		
		8		
Motus fictus dierum 1. H. 19 =		0. 21. 42. 57	12. 4 Ad:	5. 45. S.
	☽ fictè ab Apog:	0. 21. 51. 47	7. 14. 8. 0 Apog:	8. 26. 17. 38. locus ☊.
270	☽ Apogaej locus	7. 14. 8. 0	25	Correctio tabularum ultimo adhibenda ut perficiantur illae
	☽ locus ab aequinoctio fictè aequatus, vel primò	8. 5. 59. 47.	☊. 8. 26. 42. 38.	
	Verus Locus Solis	11. 24. 5. 0.	☉ 11. 24. 5. 0.	☉ 11. 24. 5. 0.
	Dist: ☽ à Sole	8. 11. 54. 47.	4. 9. 57. 0.	2. 27. 22. 28. ☉ à ☊ ☽
		Ergo senescit ☾	☉ ab Apogaeo ☽	

Ex tabula IV. Scrupula longitudinis ..... 19. 17 Latitudinis 0. 10″
haec scrupula sumunt portionem subtrahendam Borealem, quia Luna senescit.

Ex T: V. Abjice semicirculum ut sit

☽ ab ☌ ☉	2. 11. 54. 47 dat aeq.	4. 40. 6.	ut totam; hinc elicitur
	1. 29. 42	1. 17. 8	per scrupula suprascripta
280 ☽ a ☉, secundo aequat: dat	2. 10. 25. 5.	6. 16	
		6. 16	
		2	
	Aequatio Menstrua, 2da sc:	1. 29. 42	Aequatio Menstrua.

Erat ☽ ab aequin: 8. 5. 59. 47
☽ ab aequinoctio modo 2do aequato 8. 4. 30. 5.
Ex T: VI. Tychonis ipsius. Variationem Tych. 25. 34 Ad.
☽ tertio aequatus locus in Orbita 8. 4. 55. 39.
☊ 8. 26. 42. 38
☽ à ☊ verè 11. 38. 13. 0. dat lat: simplicem 1. 51. 15 Austr.
Et ☽ tertiò aequata distat ab ☌ ☉ 2. 10. 50. 39
quod dat latit: velut totam 4°. 43′. 20″ Ex T: VI.
Hinc elicitur per Scrupula suprascripta 47″ Portio lat: menstruae
Absoluta Latitudo 1. 50. 28 Australis
Reductio ad Eclipticam 5′. 9″ Add.
☽ in Eclipt: 8. 4. 55. 39
5. 0. 48. ♐.

Prolixitatem non miraberis, si perpenderis, ex praeceptionibus Tychonis Longitudinem ☽ quater esse aequandam, semel in Eccentrico soluto, iterum propter Ptolemaicam Πρόσνευσιν, tertiò propter Variationem Tychonicam, quartò propter reductionem ad Eclipticam: quin et Latitudinem bis esse computandam, primo in Eccentrico soluto, iterum ratione phasium Lunae: Et haec omnia semper fierj debere per motus Solis et Lunae aequatos aequationibus antecedentibus. Nam aequatio Menstrua quaeritur per locum primò seu fictè aequatum, Variatio per secundo aequatum, Latitudo et reductio ad Eclipticam, per tertio aequatum.[1]

Vides autem, quomodo tollam solutionem Triangulj a Tychone relictj in Calculo; et quomodo, quae sunt Artificibus tribus Menstrua vel semimenstrua, fiant mihi semestralia, effectu eodem satis praecisè. Maginus in supplemento Ephem: tabulam prolixam scripsit, in qua duae posteriores aequationes exhibentur in unum confusae: talem et ego habeo, sed meae Variationj accommodatam. Dubito an etiam illam debeam excudere in Tabulis Rudolphj, cùm sit potius pars Resolutarum tabularum. Rogo et hic tuum judicium. In illam fit apud me ingressus cruciformis, in fronte per Dist: ☽ primò aequatae a vero loco ☉ in margine per dist: ☉ ab Apogaeo ☽: et excerpitur aequatio menstrua, constans ex Prosneusj Ptolemaej et Variatione, cum suo titulo, seu affectione; ita fit calculus brevior. Cogito talem et pro latitudine facere, ut in illam ingrediamur in fronte per distantiam veram ☽ a ☉ vel ☌ ☉, in margine, per dist: ☉ a Nodo ☽ et excerpatur aequatio menstrua latitudinis, cum titulo suo: quae ubi maxima, est min: 18′.

Quod si est excudenda utraque in Rudolphinis, quaeritur, utrum nihilominus sint addendae tabellae Scrupulorum menstruorum longitudinis et latitudinis: ex ijs enim hic usus peti potest, ut intelligatur

hypothesis, et ut appareat, quomodo Eccentricitas menstrua cum suis aequationibus paulatim per unum semestre nascatur et emoriatur.

Habeo et alia scrupula longitudinis et latitudinis accommodata ad Eccentricitatem Compositam; cum aequationibus Apogaej et Nodj ad illam Compositionem pertinentibus. Vbi prius aequatur Anomalia, deinde per aequatam excerpetur aequatio longitudinis, illaque multiplicatur in scrupula: videtur quidem compendiosior calculus, sed non est. Nescio tamen an non etiam hanc tabulam debeam excudere sub alio titulo ad vitandam confusionem. Nam illa est utilis ad veram distantiam ☽ ⊕ et veras parallaxes quovis tempore mensis indagandas.

Hactenus de Tabulis Rudolphi; Obsecro verò, ut spacium sumas cogitandj, quid potissimùm authoritate tua firmandum sumas: utque primo quoque tempore super his tuam ad me sententiam perscribas. Nunquàm ita expetij literas tuas, ut nunc urgeo: neque metuam, ut a te deserar, cùm causa publica sit.

Haberem alia scribenda, sed brevis ero. Tres Cometae sunt visi, unus Augusto mense, ex medio ♌ retrogradus sub pedibus Vrsae in ultimas partes ♋ transijt, toto Septembrj valde obscurus; vidi illum ultimo circa $\frac{14}{24}$ Sept:

Alterius caudam solam, nec eam totam vidimus a $\frac{10}{20}$ in $\frac{19}{29}$ Nov: cujus pars ex aurora extans ad 40° gr: longa fuit, tendebatur sub Hydra, nam extremitas ejus promota fuit a stellis Crateris orientalibus pene usque ad cor Hydrae.[1]

279 Tertius totus, clarus ut triduana Luna, flavus subrutilus effulsit $\frac{19}{29}$ Novembris, ut uno tempore duos cernerem, proximè supra lancem boream.

Harmonica ex dimidio sunt excusa. Quintus liber inceptus est; mitto titulum superfluum; scio si te V Corpora in coelo delectarunt, haec jam multò magis delectatura. Mirabilia invenies axiomata Astronomica, sed certissima, quibus est utendum inter demonstrandum. Tu itaque hoc operum dej praeconium qua potes, adjuva, commendans librum, ut exemplaria inter idoneos lectores distrahantur quàm primùm. Expecto responsum Tampachij Bibliopolae Francofurdensis, an refusis sumptibus velit totum opus sibi vindicare: quod nisi fecerit, ipse meus ero Bibliopola. Sed duos jam menses emanet Tabellarius cuj negocium dedj, ut primum et secundum librum ad Schickardum Nürtingam transmissum ligneorum typorum causâ, ad me referret: nos interim in libro III incepimus. Si quid audieris de illo nostro Tabellario, Argentinam misso, id quaeso perscribas ad nos propter multos bonos viros, quorum negocia literasque curandas suscepit. Vale in Nestoreos annos, meque ama. III. Non: Decemb: M DC XVIII Lincij.

Cl: D. T. Off: J. Kepler

Hoc ipso mane 4 Dec. rursum vidj Cometam inter nubes, circiter 4 ♏, lat. 16 B. cauda ad 10 gr. longa, cujus linea quasi sub occidentalj crure Bootis transituriebat.

Clarissimo Viro, D. M. Michaelj Maestlino, Matheseos in Academia Tubingensj Professorj celeberrimo, D. Patrono, Hospitique meo colendo. Tübingen

279v

816. WILHELM RECHBERGER AN KEPLER IN LINZ

Wien, 6. Dezember 1618

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 94–95. Eigenhändig

Nobilis et Excellentissime Vir. 94

Tametsi coràm uidere tuam Excellentiam mihi hactenus non contigerit; tamen ob eximiam doctrinam et in rebus Mathematicis celeberrimam industriam et experientiam mihi iam pridem innotuit; ita ut à longo tempore magno et amore tuae Excellentiae, et desiderio tuae amicitiae flagrarem; nunc occasione huius tabellarij nolui intermittere, quin tuam Excellentiam perquam humanissimè salutarem, ipsius amicitiae me syncerè commendarem, ac quantulacunque officia mea deuotè offerrem: id quod me pro uoto assequutum esse mihi persuadebo, ubi tua Excellentia descriptionem et obseruationem suam Cometae nunc ab aliquot diebus in Horizonte nostro fulgentis, mihi per hunc nuncium transmiserit: non peto operosam illam, quae viro tam excellentis Doctrinae conuenit; sed simplicem tantum de situ, ortu, motu, parallaxi, magnitudine etc. indigitationem: mihi hactenus, cùm ob afflictam ualetudinem, tùm ob instrumentorum ad hoc opus requisitorum defectum, tum maximè quod coelum nocturnum hîc semper hactenus turbidum habuerimus, semel tantum intueri contigit, sed ob Lunae plenum lumen, aliorum syderum lucem offuscans, ualde exiliter. Si quid hîc Viennae sua Excellentia habet uel in Aula, uel apud Cameram uel alibi, quod effectum uelit, uicissim obsecro, ut mihi, pro nostra amicitia committat, | omnem dabo operam, ut sua Excellentia voti compos fiat, 94v ipsam enim, uti dixi, et amo et suspicio et veneror, semperque id facturus sum, ubi sua me amicitia, haud indignum iudicauerit. Vale Vir

praestantissime longumque nobis ac coelestibus uiue. Viennae 6 Decembr. 1618.

T. Excell. D. amantissimus ac studiosissimus
Guiliel. Rechperger
Philosophiae et Med. D.
in Archigymnasio Mathem. Professor

95v Nobili, clarissimo et Praestantissimo Viro, Domino Joanni Keplero, Sacr: Caes: Majestatis nec non inclyt. statuum superioris Austr. constituto Mathematico, Domino et Amico summa obseruantia colendo. Herrn Joan. Khepler zu Linz

817. HELMHARD JÖRGER AN KEPLER IN LINZ

Wien, 13. Dezember 1618

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 96. Eigenhändig

96 Edler hochgelerder freundlich lieber herr Khepler, wüntsch ihm von dem Almechtigen vill gesunt vndt alle wolfart.

Wegen der Hundert gulden anlehen hat mein Pflöger zu Steiröth befelch, bei dem ehrs wann ehr will abholen khan.

Den vberschikhten Defect, woll ehr nuhr bis ich wils Gott nach haus khum bei sich behalden.

Ich vernihm das heur mehr als ain Cometa gesehen worden, bit hierüber vmb bericht.

Hern Vngnaden schreib vndt bit ich den trukher anzuhalden darmit ehr seiner zuesag nachkhumme, vndt ihn befierder.

Hiemit sei ehr lieber herr Khepler neben freundlichem grues Gottes schutz befolhen. Datum Wien den 13. Decembris 1618.

Dienstwilliger

Helmhart Jörger mpp.

96v Dem Edlen vesten vnnd wolgelehrten Johann Kheplern, Einer Ersamben Löb: Landtschafft in Österreich ob der Ennß Besteltem Mathematico, meinem guetten Freundt zuhanden. Lintz

818. KEPLER AN ANONYMUS

[Linz, 1618]

Original unbekannt. Erster Druck: M. G. Hansch, Joannis Keppleri aliorumque Epistolae mutuae, 1718, S. 588f.

Quaeris quid sentiam de tuo interpretamento loci Ptolemaei Lib. III. Quadripartiti Titulo: De dignitatibus. Video duo vocabula disceptari; συσχηματίζεσθαι et δέξιοι: et in illo video convenire interpreti Graeco, quem pro te adducis; cum undecimviris Florentinis, qui putant hos συσχηματισμοὺς fieri posse per orbes Planetarum radiosos. Addis et rationem, ne nimis crebra evadat positio, quae orbis denotet imperium, si aliter Ptolemaeum accipiamus. Verum quod pace tua sit dictum, ego diversum sentio. Nam quicquid sit cum allata ratione, (de qua videris, qui Astrologiam mordicus defendis) Ptolemaeus certe per συσχηματισμοὺς non intelligit radios orbis, sed Aspectus. Primum ubique hac voce utitur hoc sensu, non est igitur consentaneum, illum hic usurum eadem alio sensu, citra admonitionem. Ad quid enim essent definitiones Libro Primo praemissae. II. Vox Graeca ducitur à σχῆμα, cujus major est emphasis quam Latinae, Aspectus. Illi igitur radii dicuntur σχηματισμοὶ, qui aliquoties repetiti circulum consumunt, facientes σχῆμα Geometricum. At hoc non faciunt radii orbis, qui planetis attributi sunt nullo aspectu alicujus figurae: sed tantum respectu oppressionis stellarum minutarum à luminibus planetarum. Tertio quod hic dicis, poni alternativam à Ptolemaeo, id mihi servit. Alibi enim est pro ἐπίκεντροι (cum non de centris, sed de mutua planetarum habitudine agitur) vox συζυγία, quae consistit vel in ἀποῤῥοίᾳ, vel in συναφῇ, cui contradistinguit συσχηματισμὸν non conjunctorum. Eodem igitur modo et hic conjunctioni planetae cum cuspide, unde ἐπίκεντρος dicitur, opponitur συσχηματισμὸς ejusdem cum cuspide, neutrobique aliud quid est, quam Aspectus. IV. Ptolemaeus τοὺς δορυφόρους Solis in angulis versantis ἐπικέντρους esse sinit in quacunque quatuor cuspidum: at si id non sit; ejus loco requirit συσχηματισμὸν, non cum quacunque, sed tantum cum Medio Coeli. At quomodo Planeta, qui est in δορυφορίᾳ Solis, versantis in ortu, septima, vel imo coeli, poterit radiis orbis sui attingere Medium Coeli. Doryphoria enim non extenditur ultra 30° gradus, radii orbis adhuc minus habent. Ab ascendente vero ad Medium Coeli sunt 90°. V. Suppeditat etiam ipsa vox δέξιοι validam objectionem. Sed de ea voce prius est agendum. Nego autem, hic dextrum et sinistrum esse respectu luminarium, ut Tu vis. Jam enim à principio textus hoc constitutum est à Ptolemaeo, ut Satellites sint Soli à partibus dextris, id est, orientales, Lunae a sinistris, id est, occidentales. Itaque situs ad Lunam, qui prius

electus erat, jam iterum repudiaretur, dum ei praeferretur orientalis ad Lunam situs. Quare utcunque textus habeat, certum est, intelligi vocem de configurationibus à dextra vel sinistra planetarum parte. Hoc sic constituto, cum commendentur partes orbis dextrae, in hac συσχηματίσει planetae extra angulum versantis, dicitur oppositum in adjecto. Sit enim Jupiter in principio Cancri, ut in Genesi Octavii Augusti, Sol in fine Cancri, et oriatur fortasse decimus Cancri. Hic Jupiter est satelles et extra angulum, ut ponit Ptolemaeus, (alias, si Jupiter esset in angulo, Sol fortasse non esset in eo, neque requireretur loco angulationis Jovis συσχηματισμὸς ejus) quomodo hic partes dextrae Jovialis orbis possunt tenere horoscopum? Cum sit illi horoscopus ad sinistras. Aut si orbis dextrae partes commendantur hic: quaeso, quomodo unquam Jupiter potest esse extra angulum? Semper quippe angulus cuspidem suam habet ad dextras: et si Jupiter habet cuspidem à dextris; erit igitur in illius cuspidis angulo, non extra. Certum itaque est, si quis haberet in Medio Coeli 4° ♐ Saturnum et Martem in 5° ♑, Lunam in 28° ♑, orientem 6° ♈, Solem in 12° ♈, (posito quod δορυφορία se per tot gradus extendat, quod solum hic deest,) verificari conditiones Ptolemaei Monarchicas. Sol enim in angulo et masculino signo et exaltatione sua. Satellites, Saturnus, Mars non quidem in angulo, sed tamen configurati Medio Coeli, per sextilem, et orientales ante Solem, et Lunam, Luna etiam prope cuspidem orientis. Ita sentio, qui te colo.

Jo. Keplerus

819. KEPLER AN DIE STÄNDE VON OBERÖSTERREICH

[Linz, 1618]

Linz, Landesarchiv, Landschaftliches Archiv, Akten: 1618 s. D.: G XII 2. Eigenhändig

Ehrwürdige Wolgeporne Herrn Herrn, Edle vnd Geſtrenge Herrn, Ehrſame fürſichtige vnd weiſe etc. Gnädige vnd gepiettende Herren.

Es haben E. G: auff Abraham Holtzwurmbs vnderthäniges anpringen, den 24. Aprilis dasſelbige mir vmb bericht zuezuſtellen, gnädig decretirt; drauff ſolches mir 26 dito abends, neben drinnen vermelter Landcharta zugeſtellt worden.

Wan ſich dan in dem Anpringen zwen punkten befinden: I. die praesentirung der Charten, II. das anerpietten ſeiner gehorſamer Dienſte zu ſolchen Geometriſchen vnd andern Architecturiſchen ſachen: Als hette ich mich zwar leichtlich zu beſinnen, das nur allein yber der Landcharta meins berichts begehrt wurde: wan nit auch die

Landcharta in mein bſtallung einverleibt, vnd dahero vor zwaien Jahren, meiner saumſeligkhaitt halben Mißverſtand vnd Clag fürgefallen wäre, wölche Clag mit Jetzigem gnädigem begehren meines berichts, gleichſam berühret ſein ſcheinet: Dahero mir gleichwol auch bey dem anderten punkten gepüren wollen, E. Gn: mein Gemüth, zu dero Nachrichtung, gehorſamlich zuentdeckhen.

Was nun die Charten anlanget, beruhet ſolliche auff vnderſchidlichen puncten. Das Essentiale iſt, Ob die Ortte wol eingetragen, Das nechſte, Ob die Gradus longitudinis et latitudinis recht gegeben, Das dritte, Ob Flüſſe vnd Berge wol proportionirt, Das vierte, Ob die Mappa groß vnd weitlauffig genug, Das fünffte, Obs wol vnd rain geriſſen vnd illuminirt ſey.

Vom erſten puncten kan ich aigentlich nit vrthailen, ich meſſe dan auch ſelber hinnach, oder examinire meine Perspectiviſche Abriſſe, ſo ich vmb diſe refier gehabt, aber noch nit eingetragen, auß Vrſachen der vor zwaien Jahren ervolgten gnädigen Translation diſes wercks | auff den verſtorbnen Holtzwurmb. So mir aber zimliche Weil gelaſſen, vnd es auch der mühe werth geachtet wurde, möchte diſer bericht mit gegenlegung einer andern Charta leichtlich beſchehen. 10 20 11

Dem Augenmaaß nach, hab ich, ſovil innerhalb des punctirten feldes begriffen, khaine mengel außzuſtellen. Was auſſerhalb der puncten iſt, gegen Efertingen vnd Aſcha, dahin iſt Holtzwurmb Meſſens halben noch nit kommen, derowegen Er auch nit zuverdenckhen, obſchon das Land ein wenig anderſt beſchaffen.

Der Anderte punct iſt Holtzwurmben gar nit zuezumuthen, das er die ware longitudinem vnd latitudinem einpringe. Dan wan zuvor die gantze Landmappa richtig nach dem Erſten puncten, ſo würt hernach diſem Anderten durch einen Astronomum vnd Geographum leichtlich geholffen. 30

Derohalben es khain bedenckhen gibt, obſchon dißmahls in Latitudine bey 10 Minuten abgehen, vil mehr aber iſt es an Holtzwurmben zu loben, das er auch in diſem puncten ſich vmb die fundamenten eüfferig anzunemen begehret.

Der dritte vnd vierte punct hangen aneinander. Dan wan E. Gn: ſich zuvor erclären, wie groß ſie die Mappam haben wollen, ſo mag hernach geurthailt werden, wie die aigentliche proportion getroffen. Soll ſie ſo klain pleiben, wie ſie hiermit vbergeben worden, ſo iſt nit wol müglich, die particularia ſo augentlich zuentwerffen, ſo ſie es aber gröſſer haben wolten, alsdan khönte man ja der aigentlichen beſchaffenhaitt näher kommen, die Berge in proportione klainer, die Flüſſe ſchmäler machen, vnd die Krümmen deroſelben aigentlicher einpringen, inmaſſen E. Gn: hiermit Litera A. in einem andern ſtuckh Landes, von mir vor vier Jahren eingetragen, zuſehen haben. 40

Was den fünfften puncten anlanget, Obwol ja der verſtorbne Holtzwurmb ſeliger ein außbündiger Maiſter hierzu geweſt, vnd diſer ſein Bruder jme in diſem ſtuckh noch nit | gleichet, ſo helt man doch diſe Malerey nit vberal für eine Notwendigkhaitt, dieweil man einem gepürg nur auff der Einen ſeitten ſein perspectiviſches Außſehen geben kan. 50 1 2

Darneben vnd weil doch auch ſonſten vil Reiſſens vnd Eintragens erfordert würt, Ob wölcher arbaitt nit allain ein geſtudirter, wegen verlierung der Zeitt, ſondern auch ein Mahler (·als wölche einer Freyen Hand gewohnet, vnd lieber etwas ſichtiges vnd ſchöns machen·) gar bald yberdrüſſig würt; Als wuſte ich ſelber zu entlicher ausſtaffirung einer Charta, in wölcher ſchon alberaitt der Geometra das ſeinige gethan, vnd alle puncten auffs gewiſſeſt eingetragen hette, dißmahls khain bequemlichere perſon zufinden: deren Hoffnung, weil ſein Vleiß vnd Gedult in dergleichen Arbait erſcheinet, wurde Er ſich von Tag zu Tag drinnen beſſern. Vnd ſo vil von der Charta.

Anlangend den Anderten Puncten des Anpringens, Ob ein Löbl: Landt: ſeiner
60 Holtzwurmbs angepottener dienſte zu diſem werckh der Landmappa bedürfftig: werden zwar E. Gn: ſich ohne Mich hierüber zu resolviren haben, Sonderlich weil Er auch der Architecturiſchen ſachen gedenckt; jedoch zu beſſerer Nachrichtung ſovil, Das, Obwol ich von zwaien Jaren hero auß obberüerten Vrſachen mich vmb die Mappen weitter nichts angenommen, auch noch nit eindringe; ſolches jedoch nit dahin zudeutten, als begehrte ich fürſätzlich wider diſen puncten meiner beſtallung zuhandlen vnd allein meines willens, den bloſſen astronomicis obzuligen: ſondern wan, vnd ſo offt ein Löbl: Landt: mir gegen verſprochener Liferung vnd erthailung Patents (·ſo mir noch nie zugeſtelt worden·) diß werckh wider aufftregt, darinnen eintweder per intervalla Temporum, wegen Mitforthelffung meiner Mathemati-
21 70 ſchen Editionum, oder auch vnausſetzlich biß zu end fortzufahren, | ſonderlich aber, ſo etwa die beraittung der Gränitzen, oder ſonſten des Landes vnvmbgengliche Notdurfft es erfordert, meinen Speculationibus vorzuziehen: Ja auch auff einen Andern, von mir privatim fürgeſchlagnen Weg: ſo offt einer auß denen Herrn vnd Landleütten, wölche die Landgerichte jnnen haben, zu eintragung desſelben in die Mappen auff ſeinen Vncoſten meiner begehret: Waiß jch mich jedesmahl mit ſchuldigem gehorſam zuerweiſen.

Es wäre aber gerathen auff wölliche Wege es gewolt, ſo hette jch doch mich ſelber vmb dergleichen perſonen eine eigens Vncoſtens bewerben müeſſen, jnmaſſen jch an ſtatt einer ſollichen, dißmahls mich auch vmb einen zun Astronomicis mir taug-
80 lichen Gehülffen mit nit klainem Vncoſten beworben: vnd ſo ein ſolche taugliche perſon fürkommen wäre, wölcher glegenhaitt nit geweſt wäre, einem privato auffzuwarten, hette jch ſelber für dieſelbige bey einer Er: Landt: vmb einnemung deren in Dero Schutz vnd etwas von Wartgelt, zu denen Zeitten aber, wan man dem werckh (·der Occasionum vnd studiorum halben·) nachſetzen hette müſſen, vmb gnädige erſtattung jren thails verſaumnuß anderer arbeitt, gehorſamlich intercediren müeſſen.

E: Gn: mit diſer meldung in praesentj im wenigiſten nichts fürgeſchriben: Denen jch mich zu beharlichen Gnaden vnderthänig empfehle.

E. Gn: Vnderthäniger vnd Gehorſamer Mathematicus

90 Johan Kepler

72) es erfordert *fehlt*

820. WILHELM SCHICKARD AN KEPLER IN LINZ

Nürtingen, 27. Dezember 1618 (a. St.)

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 219. Eigenhändig

Plurimam salutem, et Felicis Annj Votum. 219

Literas tuas, Clarissime et Praestantissime Vir, Domine Fautor plurimùm Colende, 6 Decemb. datas, herj demum $\frac{26.\ \text{Dez.}}{5.\ \text{Jan.}}$ sub vesperam, ab † Ecclesiasticis officijs è pago, satis madidus domum rediens accepj; quibus avidè perlectis, voluntatem tuam, de sculpendis in aere figuris, satis intellexj. Nempè sic places. Hoc majorj alacritate, feliciorj successu, et minorj Temporis dispendio expedire potero. Correctiones quod attinet, non equidem satis accuratè illas legj. differo in ociosius Tempus. nunc occupatissimus sum in Templo, et paucarum horarum intervallo octies concionandum, bis coena exhibenda, aliquot centuriae confitentium audiendae erant. Post tot ferias vnicè in Tuis exsculpendis desudabo, et quod multis nominibus debeo, quodque toties promisj, diligentiam meam, nisj me planissimè spes fallat, tibj comprobabo. Caetera omnia satis assequj spero. Illud solum de orbium proportione aliter depingendâ nondum planè teneo. alio tempore altius meditabor, forsan scibo. Interim tamen, si vacabit, et occasio feret, prolixius de hoc tuam mentem ad me perscribere poteris. De Cupro non sis sollicitus, parvj constat. libram nostratem sex ferè bacijs emere soleo, sed rudem adhuc; decedit nonnihil de pondere dum exactè levigetur. Precium politionis etiam mediocre est. Sed de hisce Dominum D. Besoldum audiam, et ipso conscio atque Teste omnia agam. Quis excusurus sit, nondum scio; quàm celeriter possim, etiam quaeris: Respondere possem illud vulgatum; sat citò, si sat benè. Sed seriò sic habe: non ero in mora. Sj mensis vnus non sufficit, sesquimensem adhibebo. Alloquar Geisslerum, Bibliopegam Tubingensem, quj haec tractare solet. fortassis, si resciverit, vltrò inhiabit huic praedae, est enim satis sordidus. Consultius esset, vt Atramentum et papyrus seorsim empta ipsj traderentur, et deinde pro numero Exemplarium cum ipso tractaretur. Quod sj vndique destitueremur, Ego ipse hîc Nirtingae ad paucos dies Mercenarios aliquos conducerem, quj meo prelo tabellas excuderent. Propriae enim manus meae vix sufficiunt huic laborj, ad vnum diem, nedum plures continuando, et semper maluj integram Tabellam exsculpere, quam vnicam centuriam excudere.

De Cometis brevior fuistj, quam vellem. sed festinationj imputo. Quid ego hîc observarim, et moliar, vides ex adjectis schedulis, quas † tamen nondum pro absolutis Schematibus habeas. Interruperunt

Feriae labores meos. mox absolvam, et alias quatuor adjungam, alioque tempore mundè excusas tecum communicabo. Illud me etiam tacente vidisses, quòd viam eius non satis accuratè expresserim. Causa est Festinatio mea. ex paucorum dierum observatis, à 27. Nov. ad 3. Decembr. aestimabam totum iter reliquum; loca priorum dierum ex meris ferè conjecturis inventa sunt: posteriorum verò paulatim et quotidie inter sculpendum addita. Nunc diligentior observatio, per majorem Radium bicubitalem, quem interim fabrefecj, aliud docet, et propius ad scopum collimat. Corrigam in melius.

Porrò illud miror, quòd ex hoc vno, adhuc spectando Cometa binos facias; Ego vnum et eundem hactenus putavj, quj vltra Eclipticam existens, Caudam dextrorsum jecerit, nunc citra eandem, sinistrorsum protendat. nec repugnabit, opinor, trajectionis linea. Sed nondum certj quid affirmo. disquiram studiosius. Observationibus hic destituor: solam caudam, aliquoties per nubes, instar trabis vidj, nullo capite adhaerente. Tu tuas observationes examina. Quod primum attinet, sub Vrsâ, equidem, vt ingenuè fatear, nunquam illum vidj, licet famâ eius excitatus, aliquoties ante diem sedulò coelum contemplatus fuerim. Forsan tunc jam evanuerat: aveo scire Apparentias eius. Sed cessandum nunc est, avocor. Hisce valeat D. T. quàm optimè, à meis quoque officiosè salutata. Raptim. 27. Decembr. stylj vet. 1618. Nirtingae.

Adhuc vnum, sj nondum ipse vidistj: edidit Hebenstreitius Vlmensis, vernaculo idiomate libellum de praesente Cometâ, in quo inter caetera crassa, vana, et Aristotelis dudum damnatos fumos redolentia, etiam ponit, Martem 27. Nov. sub Cauda incessisse. Proh pudor! inter ♂ et Arcturum non posse discernere, et haec publicè alijs obtrudere audere! Sines ne hoc tantum dedecus Astronomiae inultum? aut indignum fortè judicas Responsione. Ignosce quaeso tumultuariae scriptionj. Properandum erat.

D. T. officiosissimus

M. W. Schickhardt

219v **Dem Ehrnveſten Hochgelehrten Herrn** Johannj Keplero, **der Röm. Kaiſerlichen Maieſtät vnd dero getrewen löbl. Landſtänd jn Öſterreich ob der Ens, beſtelltem** Mathematico etc. **Jezund zu Linz wohnhafft, meinem großgünſtigen Herrn vnd Fautorn. Lintz**

821. THOMAS MINGONIUS AN KEPLER IN LINZ

Wien, 10. Januar 1619

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 24–25. Eigenhändig

Clarissime Vir mihi obseruandissime. 24

Recepi praeteritis diebus litteras D. V. C. una cum calculo planetarum pro genituris transmissis, cuius rei et laboris memor ero semper, et quacumque data occasione, recompensabo interim studio optimae voluntatis cum debita gratiarum actione. litteras pro D. Doctore Remo † retineo adhuc apud me, indies enim eius expectatur reditus ex Oenoponto et statim ipsi tradam, alias si audiero retardari longius, transmittam. Perlegi obseruationem Cometarum a D. V. factam. Certe Deum omnes rogare debemus supplices ut significationes istae ipsius irae, inanes sint uel saltem leniores. et qui Aristotelici sunt, obstupescunt quomodo tanta succensio exhalationum succreuerit ut totum Cometarum trabem, et Cometam circa principium huius mensis produxerit: literatorum ingenia satis nunc habent exercitationis. De Ephemeridibus seorsim | et 24v separatim imprimendis sicut hactenus, uel simul omnibus pro multis futuris annis, non est quod S. D. se torqueat, non enim in malam partem in aula Caesarea hoc fuit tractatum, sed boni amici dubitauerunt, ne aliquis mathematicus cum D. V. fundamenta calculorum fuerit expiscatus ex unius uel alterius anni ephemeride, auferat D. V. honorem et laborem, impressione multorum annorum simul, et his de causis consultius fore putauerunt, si totum opus unica impressione publicaretur, cuius rei arbitrium et iudicium erit penes D. V. cui omnia felicia a Deo optimo Maximo auguror et precor: una cum optimo currentis anni auspicio et progressu, et parcat mihi quieto si seriuscule litteris D. V. respondeo. Habemus caeterum semper | valetudinarium et plerumque infirmum, et in 25 ista carceratione aulica neque mihi neque amicis satisfacere possum. et iterum valeat feliciter. Datum Viennae die X Januarij 1619.

D. V. Clarissimae Addictissimus ad omnia

Thomas Mingonius

Clarissimo et Doctissimo Viro D. Joanni 25v
Kepplero Mathematico Caesareo et Amico
meo obseruandissimo. Linzij

822. CHRISTOPH BESOLD AN KEPLER IN LINZ

[Tübingen], 1. Januar 1619 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 251–252. Eigenhändig

251 Nobilis et amplissime Vir, fautor et adfinis suspiciende. Salutem et novi anni felix auspicium, si vota mea tibi conciliare queunt, est quod de ijs adipiscendis securus sies. Caussa scribendi est, vel praecipua,
† discursus meus de Insulis novis: nuper, cùm vice D. Sigwardi defuncti, Rectoris munus alteri traderem, tumultuariâ operâ conscriptus, et effusus potius quàm habitus. Sed vide temeritatem meam! ultra crepidam quod aiunt, alienis me immiscuj quaestionibus et etiam quorundam hortatu, passus sum conjecturas meas malè concinnatas lucem videre. Sed veniam eo solùm nomine spero, quia hoc quicquid est tibi inscripsi, qui pro-
10 fessionis et ingenij subsidio, hisce de rebus non ita vulgaribus et curiosis ut videtur (sed quae etiam ex parte concernunt fidej nostrae firmitatem) si ullus, dextrè judicare potes. Offero ergò mea tibi, non ut ea defendas et tuearis, quod vulgus litteratorum à Patronis suis sperare solet, sed ut triarius miles aciem inclinatam sustineas, et meliora nobis tradas, quod rogo et sollicitè exspecto. Aveo porrò videre tuum de
251v Cometa judicium, | sine dubio enim praelo vulgatum erit. Maestlinus noster antiquum obtinet; dubitat, timet et cunctatur, nec adhuc aliquid edidit: quamvis magnum et integrum de Cometis tractatum moliatur.

Si quae impressa turbas Bohemicas concernentia, quaeso meo aere
20 (quod mox solvam) emas, meque ejus participem reddas. Sic me semper ama, V. undecunque Clarissime et nos Deus sibi servet. ipsis Cal. Jan. 1619. St. Vet.

T. T.

Chr. Besold

252v **Dem Edlen vnnd Hochgelehrten, Herrn Johann Kepplern, Röm: Kayſerl. Majeſt: vnnd Löblicher Ständt in Ober-Öſterreich Beſteltem** Mathematico. **Meinem jnſonders geliebten Herrn Schwagern vnd Hochvertrautem freündt. Lintz**

823. FLORIAN CRUSIUS AN KEPLER IN LINZ

Rastenberg, 13. Januar 1619

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 326–327. Eigenhändig

Gratia, pax et gaudium Dominj nostrj Jesu Christj sit tecum, 326

Keplere charissime, ex literis Domini Gringalleti nostri, quas 26 Septemb. Linzio missas sexto die Novembris Viennae accepi à Cantore Herrnalsensj: (·qui eas cum me invenire non potuisset, tamdiu secum retinuerat·) ex schedula item tua quam ad civem quendam Viennensem misistj, cognovi te vehementer mirarj qui fiat quod tanto tempore tam diuturno usus sim silentio: sed si scires qua hactenus fortuna exagitatus fuerim, non invitus invito huic meo silentio veniam dares. Potuissem quidem tum cum literae D. Gringalleti mihi reddebantur propter intervenientem à molestijs meis respirationem brevem quidem illam, sed tamen aliquam, ad invitationem vestram tam amicam et mihi jucundissimam respondere: verum πολλὰ ἔχων ὑμῖν γράφειν, οὐκ ἠβουλήθην διὰ χάρτου καὶ μέλανος, ἀλλὰ ἤλπιζον ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς καὶ στόμα πρὸς στόμα λαλῆσαι ἵνα ἡ χαρὰ ὑμῶν ᾖ πεπληρωμένη. Attamen et hoc propositum hactenus à Deo impeditum est: nihilominus autem spes adhuc est brevi istud fieri posse: unde nihil jam de casibus istis quibus hactenus subjectus fui tecum agam, varij enim isti et molesti sunt vel ipsa recordatione. Hoc tantum scias, me graves quasdam ob caussas 13° die Novembris Vienna discessisse animo et consilio eo ut Linzium redirem: ast in itinere isto prius ad S. Hippolytum eundum fuerat, ubi per eos quorum causa Linzium abire debueram, per tres septimanas detentus sum, imò propter varia impedimenta demum plane à proposito avulsus. Vivo jam (·quod ut diuturnum sit Deus faxit·) in summa quiete apud insigni eruditione nobilem et generosum Dominum Michaëlem Zellerum Rudolphi quondam imperatoris Camerarium in arce Rastenberga medius inter exercitum utrumque, Caesarianum scilicet et Bohemum, sita enim est arx ista inter Zwetlam et Crembsium: et tuti hactenus per Dei gratiam ab utraque parte fuimus. Fama est hic status inferioris Austriae Evangelicos divortium Viennae fecisse à dictis Catholicis.

De Cometa proximè viso sententiam tuam ex animo scire desidero: fac proxima occasione breviter exponas, vel per hunc ipsum tabellarium. Astronomiae tuae primam partem quam dono à te acceperam magnis precibus D. Doctor Klopfingerus medicus familiaris quondam tuus et meus Linzij, adhuc Viennae à me extorsit: cui propterea libentius eam tum dederam, quod existimabam te brevi praesens videre, aliudque tuo munere loco prioris obtinere exemplar: verum quia praesens istud facere

jam non possum, quaeso ut per hunc tabellarium Astronomiae tuae (tam primae quam secundae, si jam impressa est, partis) exemplaria duo mihi mittas, unum quidem in meum usum alterum pro Domino Phandlero nobili qui dimidio miliari à nobis in Loschberg arce habitat: et simul precium indices, quod prima occasione tibi mittetur: est in gymnasio vestro puer nobilis qui in communi convictu vivit praedictj Phandleri agnatus, ad quem praesens tabellarius missus est, per eum occasiones in Loschberg mittendi literas habere poteris, unde nullo negocio ad me pervenient, familiaris enim mihi est Dominus iste. Calendarium etiam tuum et Ephemerida de anno praesentj fac ut habeamus, 326v nec non Harmonica quae praeterita aestate | sub praelo erant. Quod si à te impetratum fuerit, erit id nobis omnibus quam gratissimum. Libros tuos quos Domino de Grünthal tuo nomine offerri jussisti, statim ut Viennam veni, obtuli; gratum se erga te fore promisit, meque ad coenam pro praestito officio invitavit: et forsan cum nuper vobiscum fuit, promissorum memor tibi quoque satisfecit. Clarissimos Dominos M. Hizlerum, Rauschardum, meum D. D. Springerum plurimum à me saluta: hunc quoque me, Deo dante, vel data occasione ipsum visiturum vel literis compellaturum dicito. Vale vir clarissime cum Gringalleto nostro, conjuge filijsque tuis et omni familia quam diutissime: et vobis omnibus felix hujus anni novi principium, feliciorem progressum, finem verò felicissimum precor. Dabam Rastenbergae die 13° Januarij. Anno 1619.

T. Excellentiae observantissimus

Florianus Crusius

327v Clarissimo et Excellentissimo viro D. Joannj Keplero S. Caes. Majestatis Ordinumque Austriae superioris Mathematico, amico et fautorj meo plurimum venerando.
Linz in der Hoffgaſſen

824. JOHANNES LEHNER AN KEPLER IN LINZ

Steyr, 13. Januar 1619

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XIX, Bl. 48. Eigenhändig

48 Edler Hochgelerter lieber Herr Khepler, deme ſein meine gehorſambe willige dienſt vnd erindere dem Herren, wie es jme auch bewuſt ſein wierdet, daß ich vnlengſt an dem Herren begert, vnd gebeten, mein Natiuitet zuſtellen, iſt es beſchehen bitt ich dem Herren ſolliches bei Zeiger dits zuezueſtellen, wil mich gegen dem

Herrn der bezallung danckhbarlich zu meiner hinüber Khonfft einſtellen, wonit bitt ich dem Herren, er wolle ſolliches noch ins werckh richten, wiewol ich dem Herren auch vor dieſem mein geburtstag, ſtundt, vnd Zeichen geſchribner geben, vermein ich der wierd es verlegt haben, jberſents dem Herren hiemit wiederumb zu ſeinen nachſehen.

Bitt dem Herren freindlichen weillen ich in Erfahrung khomen, der Herr habe ein Tractätl laſen außgehen von den Cometen, mir ſolliches zu vberſchikhen bei Zeiger dits ſol dem Herren gleichsfalß fleiſig bezalt werden. Der Herr wolle nur ſchreiben was es khoſt. Neben einem freundlichen grueß Gott beuolhen. Steyer den 13 Januarj 1619.

D. H. Dienſtwilliger

Johannes Baptiſta Lehner

825. VINZENZ BIANCHI AN KEPLER IN LINZ

Venedig, 20. Januar 1619

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 189–190. Eigenhändig

Perillustris, et Excellentissime Vir. *189*

Optatissimas tuas litteras tandem accepi: quae mihi ultra, quàm credi potest, gratae, et iucundae fuerunt. Visoque exemplo tui rescripti, ad me traditi Id. Aprilis An. 1616. non potui non grauem capere admirationem amissionis illarum litterarum. Remque simul aegrè tuli, quoniam tibi ego nouae fui molestiae, et tu denuo negotium iam peractum suscepisti. Igitur tantò magis me tibi esse deuinctum confiteor. Respondendo autem superioribus, posterioribusque humanissimis tuis litteris, morem geram primò uoluntati tuae, et de me (quemadmodum iubes) deque meâ conditione, ac statu nonnihil breuissimè dicam. Tametsi essem arbitratus, te plenam adhuc de me notitiam habuisse: cùm illis, qui meas litteras tibi redderent, hanc instructionem potissimùm demandarim. Atqui homo ingenuus, se ipsum coactus describere, lubricam leuitatis, et iactationis uiam reformidat: uerecundiàque imaginem, similitudinemque non benè effingit suam.

Nos quotidie gratias Deo Opt. Max. agimus, quòd ex antiquâ, et equestri familiâ orti simus, quae ex privilegijs tum Imperatorum, tum Summorum Pontificum Coronam super gentilitia sua Arma gestat, ob dominatum diu à maioribus nostris habitum quorundam locorum, et terrarum Italiae, et extra Italiam. Comites quoque Palatini orti sumus: cùm Sigismundus Imp. totius nostrae familiae legitimos descendentes in perpetuum huiusmodi titulo decorauerit. Sed et Comes Alerani ego idem sum: ex inuestiturâ Caroli Quarti. Idcircò nescio, quomodo secundam illam genesim Senatoris Veneti, quam tu benignè in meam gratiam

supputauisti, ratus fueris, esse Comitis Alerani, cùm Comes Alerani ego sim. Perrexi in Galliam, et anno XXI. aetatis meae Theologiam Parisijs publicè professus sum: non quaestu, non largitionibus, non spe alicuius rei, sed solâ adolescentiae, atque adeò nominis gloriâ. Mox à Rege Henrico IV. unicus suus, supremusque Professor declaratus: et Eques Ordinis Sancti Michaëlis creatus sum. Alias Principum Aulas inuisi: celebrioraque Europae Gymnasia adiui. Nunc in Patriâ resideo, ab omni publicâ curâ, et ab omni rerum humanarum ambitione alienus: intentus solùm meis studijs, pro quibus caetera semper aspernatus sum. Existimo quae hucusque dixi, hactenùs fore pro tuâ de me notitiâ. Nam si longiùs procederem, modestiae fines fortassis excederem. Scies ergo in posterum, cum quo tu rem geres: neque enim is est homo obscurus, et gregarius, sed nobili genere natus, et duarum Italiae praecipuarum Ciuitatum Patricius, flagrantissimus, et studiosissimus tui. |

189v Sum mihi ipsi gratulatus, et adhuc gratulor de supputatione meae geneseos à te diligentissimè factâ. Cumque ex hypothesibus tuis Luna
† reperiatur in P. 4. 50′. 47″. ♐ et tu dicas – Duplicem esse in Lunâ inaequalitatem, unam scilicet sui iuris, ut in caeteris Planetis: alteram menstruam, quae ut Luna ipsa incenditur, extinguiturque, sic ipsa ab Apogaei, Nodique circumactu per phases Lunae uel excitatur, uel euanescit, ut non semper sit. – Velim absolutè scire, an illis partibus 4. 50′. 47″. Lunae in ♐ tu adderes ea 12. minuta, quae annuis in sequentibus illis uerbis – Quod si perpetuum id est in Lunâ, quod uideor in Eclipsi anni 1598. deprehendisse, erit locus eius circiter 12. minutis anterior. – Etenim, cùm per directionem corpus Lunae sit obuiam meo Ascendenti citò uenturo, exquisitissimum, si fieri potest, istius luminaris locum desiderarem. Atque ipso tempore quo Luna tanget Horoscopum, eodem radij sextiles ♃ ad ☽ peruenient. Quid uerò hae mihi directiones importent, te etiam, atque etiam rogo, consulas.

Trigonus ☿ in Horoscopum iam impegit. Sed huiusmodi directionis effectus adhuc frustrantur. Aut quia motus ipsius ☿ crescat aliquantulum: aut quia in directionibus aliquid lateat, quod ego ignoro. Eòque magis, quò etiam Tycho Brahe in suis Progymnasmatis pollicitus fuerat ueriorem, exactioremque dirigendi formam. Naturalis autem modus tuus directionum conficiendarum, me in eam deduxit cupiditatem, ut nihil ardentiori desiderio expectem. Obseruasne tu ullam in trigonis, hexagonisque radiationibus Planetarum latitudinem? Et de Progressibus illis annuis, ac menstruis à Ptolemaeo, et ab omnibus iam dudum receptis, quid quaeso arbitraris?

Motum tuum ♄ in meâ genesi, quem statuis in P. 13. 45′. ♈ ego grato animo, ut debeo, et omni officio ac modestiâ excipio: quodque

mihi abs te prouenit, puto, tanquam ab uno certitudinis fonte manare. Sed, cùm per integrum gradum motus tuus ♄ differat ab illo Copernici, qui est P. 14. 54.′ ♓, dubitarem quasi, quin calamus, ob scribendi celeritatem, unum pro alio numero posuisset. Directio quoque diametri † ipsius ♄ ad Medium Coeli tempestiuior est. Quam quidem direc- 70 tionem ego plurimi facio, cùm mihi ingentium calamitatum, amissionisque fortunarum ferè omnium mearum caussa fuerit. Si hunc motum tibi graue non esset reuisere, orarem, recenseres.

Aliorum Planetarum motus mihi egregiè satisfaciunt. Quemadmòdum etiam singularis est tua secunda supputatio geniturae Senatoris Veneti: cuius quidem euentus omnes astris perbellè respondent. Sed multos annos si tu in huius Senatoris familiaritate esses uersatus, non potuisses meliùs mores, ipsiusque animi qualitates describere. †

Prooemium tuum ad librum V. Harmonices Mundi, ostendi non modò Bibliopolis, uerùm litteratissimis quoque doctissimisque uiris: 80 qui omnes mox in incredibilem totius Operis curiositatem proruêre. Hieronymus Cardanus conquerebatur, se nunquam potuisse uidere libros Harmonicorum Ptolemaei: Latine tamen, ut audio, non multos annos ante ipsius aetatem fuerunt Venetijs excusi. Nunc ne uestigium[84] † quidem ullum est reliquum nobis horum librorum. In solâ publicâ 190 Bibliothecâ, quae prius fuerat Bessarionis Cardinalis, Graecum quoddam exemplar uetustissimum seruatur.

Volo tibi renunciare quae coram multis praestantissimis uiris generosus quidam, et Mathematicus insignis dixit de te, postquam ea, quae mihi liberaliter misisti, perlegit. Ego, inquit, Johannem Keplerum ipso 90 Tychoni Brahe, atque adeò Ptolemaeo, antepono. Suos enim libros omnes acriter contemplatus sum, comparatisque cum ueterum monumentis, nihil in illis inuenio, quod inter omnium Mathematicorum inuenta longè non emineat. Summâ, singulari pollet sapientiâ. Sed protractae quotidie magis dilationis suae edendi quae pollicitus est, quaeque maioris essent suae gloriae, et publici commodi, me, multosque quammaximè taedet. Neque opinor, me tandiu uiuere, quòd istius Authoris Tabulas Rudolphinas, aliaque id genus exoptata ego uideam. Haec de te nobilissimus, et eruditissimus uir.

Ergo non est uerendum, quaecunque typis mandaueris, grata omni- 100 bus, et acceptissima ne sint. Incumbe, ut, quemadmòdum caeterae nationes libris perfruuntur tuis, sic Italia quoque ex tuis fructibus uoluptatem, et utilitatem capiat. Mirum dictu, nec Venetijs, nec Romae, nec florentibus alijs in urbibus Italiae, Opera tua nisi maximo labore, uel casu reperiri. Mihi, tuas si ego uolui Ephemerides, fuit necesse scribere

84) excussi

Francfordiam. Huc si tui (non est ὑπερβολὴ) mille transmitterentur libri, magno omnes uenderentur pretio. Quia iam unus, mihi crede, et unicus, tanquam Phoenix, Mathematicus haberis.

De motu terrae nihil ampliùs, aut paucissima repeterem. Quoniam recens est in Copernicum animaduersio, et feruescente adhuc censurâ, ne libri mutilarentur Romae, praetermitterem hanc quaestionem. Illustrium tamen Authorum Germanorum libri, etsi quandoque uetantur, clàm nihilominus uenduntur, et attentiùs leguntur. Verùm disputare, an casus fortuiti significentur ab astris; et, si significentur, asserere, † Angelos custodes à genesibus suorum clientum impediri: negotium omninò arduum, et operosum est. Quod tamen arbitror, cùm tu praeclarâ eruditione, atque doctrinâ sis ornatus, sapientissimè, singularissimèque extricaueris.

Justum Lipsium in hanc eandem disceptationem descendisse, te non † praeterit. Sed ante Lipsium Suessanus, qui scripsit de caussis nostrarum calamitatum, rem hanc totam Theologicè perquisiuit. Neuter uerò satisfacit. Propterea quòd aiunt nonnulli, consequentiam hanc non facilè deduci, quòd casus fortuiti dummodò ab astris demonstrentur, geneses ergo nostrae sint praesidentibus Angelis impedimento. Quandoquidem substantiae intellectuales, ministerio, potestate, et arbitrio liberae, nullam cum astris habere affinitatem creduntur. Et qui affirmant, homini tantummodò interiori, hoc est, rationali animae, Angelos assistere, maiori obnituntur conatu pro immunitate, atque adeò praerogatiuâ Angelorum. Menandrianis, et Origenianis nihil hac quaestione esset inuisius. Sin autem Dionysius Areopagita, aut D. Bonauentura, *190v* aut Albertus Magnus, aut S. Thomas opinioni faueret tuae, nihil tibi[1] de scrupulosis hominibus in tam profundâ, ac tam reconditâ disputatione metuendum esset. Tractarem tamen ego seorsum in aliquo Dialogo hanc rem, non inter multiplices magni uoluminis propositiones; ne perdifficili unius controuersiae articulo totum Opus à censoribus argueretur. Ingens est tibi, immensusque coelestium, naturaliumque rerum campus, in quo eximia tua uirtus excurrere, cognoscique potest: his recessibus, ac Labyrinthis posthabitis rerum penitus abstrusarum, quae cognitionem excedunt nostram, quaeque magis creduntur, quàm probantur. Neque est dubium, quin pulcherrima, altissimaque haec tua sit contemplatio: qua profectò docti uiri omnes admodùm delectabuntur. At, cùm uacua praestantibus uiris, exhaustaque sit nostra aetas, doleo uehementer, paucos fore, qui quod disserueris, intelligent. Affluunt undique ignari: qui prodita sapienter ab alijs non modò per inscitiam negligunt, sed malignè uellicant. Tantâque petulantiâ, et procacitate, ut saepe disciplinas, interdum rationem, non semel ipsam quoque ueritatem peruertant.

Non igitur infelix hoc seculum est tot tuis dignum, tamque egregijs sermonibus. Veruntamen quae aggressus essem, perficerem. Mihi enim polliceor, te tuam de Angelis custodibus sententiam eâ dexteritate, eâque uirtute esse explicaturum, ut solus omnibus aetatibus, harum quaestionum pertractatione dignus uidearis.

Cometae illius in ♌ uisi praeterito mense Augusti, aliorumque duorum, qui mense Nouembri fulsêre, expectabo hanc gratiam à te, ut loca exactissima mihi tradas, tuasque obseruationes, et prognostica mecum communices. Ego enim aduersâ ualetudine impeditus, non potui nisi unâ nocte ultimum Cometam uidere. Obseruationibus uerò quorundam nostrorum Mathematicorum parùm credo. Tu etiam, si mihi faueres impartiendi aliquid noui impressorum tuorum Operum, praesertim libros primos Harmonicorum, aut quidpiam de Directionibus, haberes discipulum, qui tuis monumentis maximè uacaret, horumque plurimis desiderium cupiditatemque accenderet. Et cuicunque mandaueris, persoluendum esse quod debuero, omnes sumptus continuò reddentur. Sed mihi uideor, nimis prolixus fuisse, et fortasse nimis appetens. Parce, obsecro, amanti. Ardor enim mei erga te animi, ulterius me rapuit, quàm, cùm scribere coepi, opinabar. Reuertendo ad primum propositum, et hîc finem faciendo, si uis scire quinam ego sim, iube me aliquid magni tuâ caussâ obire: mox ab effectibus conditionem agnosces, qualitatesque meas. Vale. Venetijs XIII. Kal. Februarias MDCXIX.

Excellentiss. Dominat. Tuae Addictissimus

Comes Vincentius Blancus

826. VINZENZ BIANCHI AN KEPLER IN LINZ

[Venedig], 1. Februar 1619

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 193. Eigenhändig

Perillustris, et Excellentissime Vir. *193*

Superioribus diebus respondi litteris tuis, et gratias tibi egi de supputatione duarum illarum genesium. Aliaque plura scripsi. Litteras meas per mercatorem Andream Super tibi misi. Existimo, te adhuc illas habuisse. Nunc per aliam hanc uiam uolui salutem tibi dicere; cùm singularis ardeam uirtutis tuae amore. Teque rogo, ut librum tuum de Nouâ Stellâ ad me tradas: hîc enim illum inuenire nunquam potui. Persoluentur statim quae debebo. Et aut hîc Venetijs à praefato merca-

tore Super, et à me: aut Augustae à Consiliario Ducis Pomeraniae, cum quo intimus quidam meus negotia gerit, quique has litteras tibi reddendas curabit. Expectabo etiam quae ultimis meis litteris abs te maximè contendi. Meam operam, meaque studia tibi omnia polliceor. Propterea gratissimum semper mihi feceris, si me absolutè, et familiarissimè in quacunque re fueris usus. Vale. Calendis Februarij MDCXIX.

Excellentissimae D. Tuae Addictissimus

Comes Vincentius Blancus

827. KEPLER AN VINZENZ BIANCHI IN VENEDIG

Linz, 17. Februar 1619

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 195–199. Abschrift

195

S. P. D.

Binas abs te, Comes illustrissime, literas accepi, priores XIII Cal: ultimas Cal: Feb: scriptas; ad quas respondebo breviter. Primum quod stemma tuum recensuisti, id in beneficii parte pono: fecisti enim, ut intelligerem, quantum ego patronum in illa Regina Vrbium provinciae nobilissimae totiusque adeo orbis habeam. Ipsa philosophia, quae hactenus rusticano habitu mecum conversabatur, postquam intellexerit, ad quantae nobilitatis virum mihi posthac futura sit internuncia, honestiorem hodie togam induit. Excitavit etiam spiritus in me nonnullos Imperator Sigismundus: sic enim a maioribus meis habeo: progenitorum meorum unum cum fratre, Henricum illum, hunc Fridericum, inter alios, qui erant in comitatu eius equites Suevos anno 1430 Romae in ponte Tiberino creatos equites auratos. Verum inopia proximos ante me iam a centum annis abiecit in Mercatorum et Opificum humiles ordines, itaque documenta primum neglecta denique omissa sunt, donec Maximilianus II anno 1564 avo meo testificationem qualemcunque generalissimis verbis traderet. Sed ad rem.

De loco Lunae in tua Genesi etsi non opus esse puto subtilitate ad Astrologiam et Directiones: morem tamen tibi geram et scrupulos consectabor. Quam dixi menstruam aequationem Lunae, ea nihil attinet negotium illud, quod scripsi in Eclipsi anni 1589 animadversum: illa enim nota fuit etiam Ptolemaeo diciturque πρόσνευσις ἐπικύκλου: Cum hoc, quod in Eclipsibus observo, sit nihil aliud, quam aequatio temporis. Nam nisi fallor, computavi ego ad horam 3. 45′ aequalem Venetiis,

27. 22. 0.	Arcus ☿ correctus.
14. 22. 17.	* Aequatio secunda Add. loco Eccentrico.
2. 30. 11.	Vltima Aequatio similiter Add. loco Eccentrico: quia Tangens 4366.
0. 6. 9. 56.	Verus locus ☿ in Eclipticâ.
0. 11. 40.	Latit. ☿ Sept. Ascend.

Rescripsi Principi, me gratias sibi plurimas reddere pro supputatione, sed unicis praestantissimi uiri Joannis Kepleri Tabulis uelle credere. Petiuit formam tui computi. Ego, cùm non habeam, te rogo, ut à tuo Amanuense illam (si non grauaris) facias transcribi. Eòque magis Principi, et mihi erit grata, quò distinctior, et exquisitior. Tot tuos labores perpetuâ tuarum laudum, et meritorum praedicatione compensabimus.

M. Antonius de Dominis uiuit; et uiuit, ut et suos conatus, et tuum prognosticum impleat. Vox quoque hîc erat, illum obijsse: sed ex ultimis litteris Oratoris nostri in Britanniâ, nihil est. Prognosticum tuum de aliquo Haeresiarchâ iam uice Oraculi pono, tametsi nondum legerim. † Nihil enim tu mihi uideris sine fortiori aliquâ ratione loqui. Quod si omnes ita facerent, non tot emanarent futilitates, et fallaciae. Vale, Vir sapientissime: et dies super dies tibi Deus Opt. Max. adijciat. Venetijs Prid. Id. Martij, 1619.

Excellentissimae D. T. Perillustr. Obseruantissimus

Comes Vincent. Blancus

835. KEPLER AN MATTHIAS HAFENREFFER IN TÜBINGEN

Linz, 11. April 1619

Tübingen, Acta Universitatis V, 23. Bl. 25–29. Eigenhändig

S. P. D.

Dignissime D. Cancellarie, Reverende et Clarissime Vir, Praeceptor et Fautor colendissime. Literas Dig. T. à M. Wagnero accepj: ad quas responderem, nec ne, certarunt inter se Modestia et Pudor: illa parcendum eminentissimo viro, parcendum existimationi meae, ne dicax videar; iste excusanda dictitabat, quae secus quàm à me profecta sunt, fuerint accepta. Vicit Modestiae pudorem, dolor ex pudore oriturus, si Virum

benevolentissimum mihi, in sinistrâ de meis dictis factisque opinione relinquerem; à quo damnarj, id verò perire est. Obsecro blando vultus lumine Epistolam hanc irradies, ut eo fotus et recreatus animus saucius, mitescat aliquatenus. Nunquam mihi videor adeò fuisse amens, ut non viderem arrogantissimum facinus, solius delectationis causa, Virum amplissimae dignitatis ad commutationem literarum provocare. Itaque longè aliud sibi vult querela mea. Consolationem per hujus annj spacium expectaveram, non voluptatem curiosam. Illâ, illâ me hactenus caruisse doluj. Cùm Tubingae praesens essem, intercessionem ad hujus locj Ministrum primarium Verbj Dej meis ad Dig: T. Ampl: scriptis literis expetij; ut ne ille me diutius Sacra Communione excluderet propter unicam exceptionem contra propositam subscriptionem Libri Concordiae. Cùm verò per id quadriduum, quod morae meae Tubingae adjecj, nihil hujus mihi neque promitteretur, neque praestaretur: memini, Dig: T: in ipsa ultimâ valedictione mihi hoc dicere. *Caetera, de quibus rogastj, rectiùs per schedulam expedientur, quam post abitum tuum proximâ occasione mittam.* (*Randbemerkung Hafenreffers:* Ego Expectavi ipsius literas; ne novarum scriptionum initium facerem.) Hic ego spem concepj, fore ut Dig: T^{a} scriberet D: M. Hizlero; rogavique ipsum semel atque iterum, Nihilne abs Dig: T: literarum accepisset, quibus mej fieret mentio. Cùm igitur nihil tale acciperet M. Hizlerus, ex hoc Dig: T^{ae} silentio conjecj: Dig: T^{am} propterea abstinuisse, quia si
251 quid | etiam scribendum esset ad D. Hizlerum de hoc exclusionis negocio, id mihi adversum, eoque ingratum futurum existimaverit, quia scilicet videbat ex meâ schedâ Tubingae ad se missâ; me nolle depellj ab exceptione meâ contra librum Concordiae. Perpende occasionem querelae, et cognosce obsecro, illam immodestam non fuisse, nec petiisse literas, quasi ad me ipsum exarandas; sed profectam esse ex animo saucio, propterea quod spe excidi intercessionis.

Quod igitur dolere te ais, quod auxiliatorem excipiam verbis acerbissimis: acerbitatem ego nullam recognosco, quae directa sit in R. Dig: T^{am}, at talem omninò acerbitatem fateor, qua animi mej dolor exprimatur, conceptus ex ratihabitione hujus meae exclusionis. Si falsa imputavj, non renuo plectj; sin vera, quod scilicet Theologj, qui Formulae Concordiae subscribunt, faciant ex S. Caenâ tesseram particularissimae illius confessionis, quae est comprehensa in libro concordiae; illa equidem Theologis, qui se rectè facere arbitrantur, acerbitas aut exprobratio viderj non debet: aut si acerbitas ipsis videtur; possunt eam ipsi mitigare, concedentes mihi beneficium illud, quo gaudent plerique laicorum simplicium, qui non jubentur subscribere. Quid pecco prae illis? Stultescere oportet, inquis. Facio, quoties ad sacra me compono, valedico

omnj acuminj humanj ingenij. Cur non ut simplex laicus recipior? Si hoc Theologis movet suspicionem, quod recuso subscribere, quod non facit simplex laicus: Theologj mihi prius suspicionem movent, quod me jubent subscribere, cùm non jubeant laicum simplicem. (*Randbemerkung Hafenreffers:* Magna differentia.) Simplicitas non permittitur ei, a quo judicium requiritur, quod ille testetur subscribendo. Subscriptio praesupponit comprobationem omnium et singulorum, quae sunt in libro perscripta. Atqui multa sunt non directè dogmatica, quae non opus est subscribere, nisi illum qui concionabitur populo, ut caveatur Schisma in Ecclesia. Sunt etiam plurima in quibus dubia est constructio, dubiae particulae relativae; de quibus si quaeram, curiosus habeor, si non quaeram, ignoro, quî igitur subscribam. Collegi talium dubiorum LX ex articulo de personâ Christj. Non impedit me haec ignorantia, quominus bonâ conscientiâ possim communicare; cùm sufficiant verba Christj Bibliorum brevia et pauca numero: at impedit me, ut non debeam subscribere, ut ne videar authoritatj potius subscribere quàm veritatj.

Celebrat R. Dig: T[a] κατὰ θέσιν meam in Astronomia cognitionem, ut κατ' ἄρσιν Theologiam mihi neget. Vtinam etiam illius oblivisceremínj; nam videtur illa vobis incentivi loco esse ad me suspectum faciendum. Quare non vult | subscribere? Nimirum quia astronomicas subtilitates in *26* Theologiâ quaerit. Obsecro parcite vobis ipsis, ne insontem hic cum exclusione puniatis. Non subtilitas est ingenij, sed aestimatio charitatis fraternae (· in qua nulli parcendum est acuminj ·); quòd eos qui cum Antiquitate loquuntur et argumentantur (· quid enim cum antiquitate sentiat quisque, deus καρδιογνώστης judicet ·) damnare nolo, sed illos potius loquendo imitarj, quàm formulam Concordiae, sicubi diversitas est, idque in uno articulo de persona Christj. Scio quid adversarij vestrj contrà peccaverint in charitatem, sed id nihil ad me; scio benefaciendum hostibus, amandos odientes; id est, examinandas ipsorum phrases, seposito jam respectu laesae ab ipsis charitatis. Si vos Theologi hic me non potestis imitarj laicum; hic ego vestrum officium rigidè non excutiam, et si quid unquam curiosè dixi, paratus sum tandem post factam admonitionem omittere, silentioque involvere: tantum ne et Theologj me laicum impediant in diligendo eo qui vel cujus antecessor totum coetum laeserat, ejusque phrasibus Scripturae non adversis, antiquitatj verò conformibus imitandis, idque non quia ipse illis utitur, sed quia antiquitas illis est usa.

Formulam Concordiae, cur Vestram vel tuam appellaverim, spero circumstantibus verbis satis fore declaratum: obsecro ne hoc mihi pro sarcasmo imputetur, quod certè non fuit. Interdum studio brevitatis,

currente calamo, loquimur minus usitatè. Amo librum in quantum, quod scribis, fundamentum caelestis veritatis ex scripturis sanctis fundamentaliter tractat, et in quantum mihi non obstat pro fratribus agnoscentj illos, qui in articulo de personâ Christj cum antiquitate loqui malunt: nec me pudebit subscriptionis, si vos vocem istam in quantum, non rejiceretis a subscriptione, tanquam subdolam et illusoriam. Certè hac cautela dissolverentur compendiosè omnia mea LX dubia. Imputat mihi R. Dig: Tua, quod ad illam cum stomacho scripserim: aegro sanè scripsi animo, at non ideò stomachantj, differentia est. Rogo autem R. D. T. mihi ignoscat, quod non ita sum moderatus verba, ut facilius esset inter illud et hoc distinguere. Excuso me etiam solenniter, me Theologis non exprobrare juventutem, cùm professionem faciunt: nam id eo pertinet, et ut ratio constet meae recusationis, et ut R. Dig: T. objter injiceretur haec consideratio; num forte hoc ad rem faciat, quod juvenes sine tali cautelâ subscribunt.

Si dolet vaticinium infaustum de Ecclesijs Germaniae legentj, doluit certè et mihi scribentj: sed acerbitas utrinque litigantium tanta est, ut non possit non esse loco malj | ominis. Et quis tristissimum illum eventum in ditione Neoburgensi adeò iniquis oculis intuetur, ut non videat, etiam alibi esse homines non minus quàm in familia Palatina, et plurimum naturaliter ab uno homine pendere, et deum eundem esse in Germania, conniventem et permittentem ut vult, qui fuit, connixit et permisit † in Palatinatu. Nec adeò malè sum ominatus, sed ni fallor, bonum eventum, qui dej mos est, inde sperandum dixi: ut cessent lites. In Stiria certè omne malj initium est ortum ex eo, quod Fischerus et Kellinus exquisitis acerbitatum aculeis usi sunt in suggestu; et Fischerus quandoque pallium suum de suggestu protendit, rogitans quàm hoc decens fuerit, si mulieres sub suum repant pallium, atque longè absurdiùs monachos pingj sub pallio Mariae. Ita etiam nunc puto me qui Conjector audio et esse jubeor, officio fungj optimè, si talia mala vaticiner, talibus moribus oritura, quae emendatis moribus caverj possunt. Hunc meum optimum animum si fueris intuitus, succensere mihi desines male ominantj. † Si bellum in Belgio potuit orirj inter ejusdem sectae homines in duas divisos: quid non poterit olim fierj inter Lutheranos et Calvinistas, si, quae nunc aliquibus nutare videtur, Domus Austriaca Papatuj impensissime dedita, sceptris excidat? Interim tecum ego Christum servatorem precabor, ut cohibeat hostes veritatis suae, cohibeat et me ipsum, si in veritatem ejus peccem, non tantum, ne publicum dem scandalum, sed etiam ne mihi ipsi noceam; cohibeat et Zelum qui non est secundum scientiam in dictj Fischerj similibus, et aperiat ipsis oculos, ut non minus judicio prosint ecclesiae, quàm voluntate optimâ nituntur.

Et quia R. Dig: T. dolorem fatetur, ejusque mitigationem à me petit, dextram explicationem dicti, Verbum caro factum est, tentabo, faveat ipsum de quo agimus: Verbum caro factum. *Verbum*, id est, intra omnia, non tamen inclusum in illis, extra omnia, non tamen exclusum ab illis; *Caro*, id est aliquid minus puncto. Illud infinitum est ultra circulum, hoc infinitae parvitatis, neutrum igitur circino meo aptum. Hoc verbum totum non pars una, quia non est partibile, totum quantum quantum est in sua ubiquepraesentia, non deserens ea quibus erat praesens, sese tamen totum demisit in uterum Virginis (· ut me non Keplerus, sed Damascenus loqui docet·) nec tamen illum uterum ubique praesentem fecit (*Randbemerkung Hafenreffers:* Mathem. stultescis.): accidit nempe hic aliquid ultra meum captum Geometricum, quod fidei oculis intuendum est, quia finitus uterus, factus est ad hoc opus infinitj verbj capax. Idem | planè verbum, 27
nec magis totum et omnipraesens, nec minus, assumpsit carnem in unitatem personae (*Randbemerkung Hafenreffers:* Omnipraesentia ex Unione personalj resultat.), unitus carnj infinitis modis propius, quàm utero, quae unionis ratio in quo consistat, ne Angeli quidem penitus explicaverint, nedum ut per infinitatem praesentiae in et extra creaturas definiatur, et rursum finita carnis circumscriptio facta est infinitj Verbi omnipraesentiae capax. Si rationem geometricam intueor, videor mihi contradictoria dicere, Non deserere ubiquepraesentiam, et tamen totum in uterum descendere, totum uniri carni circumscriptae, totum Verbum habitare in nobis, totum verbum, etiam quod in coelo est, etiam quod in supermundanis locis est, pendere in una localj cruce pro salute hominum, nec tamen crucem, in qua suffixa omnium peccata, alibi nisi in Judaea defixam. Haec tamen omnia credo quia praescribit clarum Dej verbum, interpretaturque Dej Ecclesia, Patres ex ordine omnes, non excluso neque Luthero, neque Hafenreffero, et si quid etiam adhuc addi potest, quia thesaurj verbi Dej sunt inexhaustj: tantummodo ne quis meliori allata interpretatione, damnet illam, quae longius abest à divitijs verj sensus; neque ex sua interpretatione locutiones caeteras rerum affinium Nestorianismj coarguat, quas adhibuit vetustas. Ut cùm Gregorius Nazianzenus ait Christum in cordibus nostris habitare non secundum visibilem naturam, sed secundum invisibilem. Liceat cum Fulgentio dicere, Non deseruit coelum, cùm in Terrâ carnem accepit, et carne conscendens in coelum, suos in terrâ divinitate non deserit. Hoc enim promisit, dicens, *Ecce ego ero vobiscum.* Similia Origenes, Vigilius, Damascenus, Cyrillus. Putabant discipulj, multorum sibi incommodorum causam futuram absentiam Christj, ut hominis dico, Deus enim ubique adest: sed oportebat non solum in carnem Christj, sed etiam in deitatem ejus respicere: ineffabili deitatis potestate semper unâ cum eis futurus

erat, etiamsi carne abesset. Liceat cum Vigilio argumentarj. Si verbi et carnis una natura est, ut vult Eutyches, quomodo, cùm verbum ubique sit, non ubique inveniatur et caro. Namque quando in terra fuit, non erat ubique in coelo etc. Quia verbum ubique est, caro autem ejus ubique non est, apparet, unum eundemque Christum utriusque esse Naturae. Talia cum scribant Patres, non tamen negant Filium hominis et de caelo descendisse et in caelo esse. Neque tamen vel Christus, vel Apostolj, vel patrum ullus Geometra fuit, neque nobis ortu posterior: et ecce Kep-
180 lerus Geometra clausis Geometriae oculis, fide adhaeret scripturae, loquiturque cum illis, qui sanctè scripturam sunt interpretatj (*Randbemerkung Hafenreffers:* Quisquis Kepplerj somnijs ὅμοια λαλεῖ, est sanctus Scripturarum interpres.), seu antiqui sint, seu nuperj, ut M. Antonius
† De Dominis, qui sic scribit. *Idem Christus, vivus adhuc, et corpore dun-*
271v *taxat, non spiritu absens per Ministros regit Eccle*l*siam, neque gubernationem variat aut mutat corporalis ipsius praesentia vel absentia, item, Solo corpore, non item animo, neque internis monitis et consilijs absens, sed spiritu suo perpetuo praesens.* Hae et hujusmodi Patrum locutiones et dictorum scripturae interpretationes si vel insertae essent formulae Concordiae ut au-
190 tenticae, vel si liceret illas excipere subscribentj, non renuerem et ego subscribere, quantum opus est subscribere Laico: nam damnationes Doctoribus relinquerem, et similia. At subscribendo mihi privato religio est rejicere phrases patrum, imputare illis phrasibus Nestorianismum, quod 15 saeculis nulli illarum fuit imputatum, dividere Ecclesiam Christj, abalienare illos damnando, propter usurpata haec dicta patrum, quos ego privatus charitate complecti debeo etiam errantes.

† In pagellis meis de Caena Dominj cognosce quaeso integritatem et factj et sensus mej. Impressae sunt Pragae ante duos annos, quando omnes ministrj Verbj qui sunt Lincij publicè pronunciarunt et addi-
200 derunt etiam illa verba **vnd dieſen Zaichen die Er hie von Chriſto empfahet,** idque ex formula Agendae Austriacae. Cur ergò ego illo tempore illa verba omitterem, quasi correcturus Agendam publicam? Cum domesticis meis id inculcarem, quod audiebant in templo? Et cur suspicionem moverem pessimam, qualis R. Dig: T. obrepsit, quasi posita sint in contrario sensu verbis prioribus et Christj ipsius, cum possint habere sensum optimum, imò non possint habere malum. Primùm enim si maximè panis hic signum diceretur corporis, cùm in antecedentibus sit etiam communio realis corporis; quis aliter intelligat, quam inde signis exhibentibus; quam ego doctrinam non hausj (· ne quaeso me hic re-
210 spuas cum mea Theologiâ ·) sub sphaerâ fixarum ullibi, praeterquàm Tubingae in lectionibus Theologicis. Corpus nempe invisibiliter praesens, (*Randbemerkung Hafenreffers:* Ergo praesens, non absens.), signo

indiget visibili, quo mediante possit sensibus fides fierj de exhibitione. Deinde jam in illo loco sermo est de manducatione spiritualj fidej, qua fit ut maneamus in Christo et Christus in nobis: fides verò habet objectum, verba Christj, secundum Lutherum promittentia nobis remissionem peccatorum, cui concioni appensum est totum sacramentum constans pane et corpore pro signo vel sigillo: dicit igitur responsio illa, quod qui et Verbis Christj, et sacramentj sigillo a Christo accepto (· cur à Christo, nisi quia Christus est, qui corpus addit panj?) credit, is in Christo maneat. Ego certè non puto, quod ista sint contraria superioribus, et verbis Christj. Sed spero te ista recogniturum nec improbaturum. Certè si tam attenti fuissent au|ditores caeteri Lincenses (*Randbemerkung Hafenreffers:* Solus Keplerus attentus.) in omissionem horum verborum veteris Agendae, quae apparet in nupera agenda excusâ Tubingae pro nostris Ecclesijs, quae nunc eâ utuntur; ego metuissem, ne omissio rej usitatae, cujus fuit sensus optimus, scandalum apud infirmos pareret. Sed sufficit de hoc: utinam in prioribus de generali praesentiâ tantam abs R. D. T. facilitatem sperare possem, quantam hic. Sed forte haeret adhuc suspicio aliqua erroris circa caenam domini ex scheda illa mea, quam ex aedibus Maestlinj ante annum ad R. Dig. T. misi, super qua memini te in colloquio subsecuto valdè scrupulosè quaerere, neque tamen quicquam accusare. Repetam igitur: Cum in libello Chemnitij extet integrum † caput, adhortans ut verba Christj institutoria scrupulosissimè et concisissimè per omnes apices consideremus: idem ego quoque faciendum ratus, diligenter notavj, Christum in caenâ non dicere continuâ oratione *Edite corpus meum*, nec *Panis est corpus meum;* sed cum prius porrexisset panem, et seorsim jussisset *accipite*, *edite*, tum demum et rursum sejunctim pronunciavit, *Hoc est corpus meum* (*Randbemerkung Hafenreffers:* Stulte, quodnam Hoc est corpus Christj?): et id observavit religiosè Paulus, *Panem quem frangimus*, *est communio corporis*, *Poculum Benedictionis cui benedicimus*, *communio sanguinis est*. Haec igitur non est † scrupulositas Mathematica sed origine Chemnitiana, exemplo Paulina, usu vulgaris Theologorum Augustanae confessionis, qui ex hoc loco argumentantur contra Pontificios, Panis caenae, quamvis consecretur, si tamen non edatur ex praecepto Christj, non est sic corpus Christj. Imò Hunnius adhuc scrupulosius loquitur, Negat corpus Christj manu † ministrj ferri de loco in locum, sed dum panis inseritur in os communicantis (· hoc est edere ·) Christus ipse citra locj rationem praesens exhibet unâ (· hoc est communio ·) corpus suum. Dicimur igitur edere corpus domini, quia si panis iste ex praecepto Christj editur, certò et realiter est communio corporis ejus. Haec erant, quae tunc R. Dig: T^ae^ suspicionem moverant: quae certè non in meo cerebro nata, sed ex Theologorum

nostratium scriptis si non de verbo ad verbum hausta, saltem occasionaliter derivata sunt: curiositas ipsa mea non est. Quanquam non meminj te apertè quid reprehendere.

Sed jam concludam. In negocio S. Caenae spero vos nihil habituros, quod in me desideretis (*Randbemerkung Hafenreffers:* Maximè desideramus. Si enim generalis omnipraesentia nulla est, nulla quoque in caena.); in Articulis caeteris omnibus acquiesco Augustanae confessionj et Formulae Concordiae; in Solo articulo de generalj praesentia carnis non possum damnare illos, qui loquuntur cum Patribus supra citatis, ipseque adeo illis phrasibus utor: si hoc licet excipere, paratus sum subscribere Concordiae ut laicus, et qui fateatur, se hinc inde haesitare circa constructionem et relativa vocabula, non liquidae relationis. Jam Theologi suam conscientiam super functione sua à Christo sibi commissa, dispensandj illius Mysteria, examinent; an jure et ex voluntate Christj me ar'cere velint a S. Caenâ. Et quia R. Dig: T. Tubingae mihi dixit, negocium esse plurium, rogavitque an patiar, id cum illis communicarj, spem igitur fecit mihi advocationis apud Theologicam facultatem et Consistorium (*Randbemerkung Hafenreffers:* Erranti pertinaciter nunquam sum Advocatus.): illâ spe fretus ego adhuc insto submissè apud R. Dig: T. rogoque ut in sacro negocio, propter Christum, cujus corporis membrum uti me esse spero, ita etiam ab alijs ejus membris haberj cupio, uti hoc patrocinium meum in se suscipiat, mihique responsionem impetret, non quae evagetur aliaque crimina cumulet (· nam si qua erunt, possunt mihi objici ante definitivam sententiam, egoque aut diluam aut deprecabor probata et agnita ·), sed quae hisce a me confessis et suppositis (· in sensu quem verba ferunt, et non in alio detorto sumptis ·) innitatur. (*Randbemerkung Hafenreffers:* Si intelligeret: Verbum Caro factum est, nihil pateretur torturae.) Rogo iterum propter Christum, ut hanc meam exceptionem aequis censeatis oculis, neque superbiam interpreteminj contra Praeceptores, aut contumaciam contra monitores, aut pertinaciam in errore etiam agnito: cùm manifestum sit ex hac meâ denunciatione sive promissione, rem agi longè aliam. Ex quo enim non hujus tantum saeculj Theologos audivi et legj, sed tot concionibus et scriptis refutatorijs in sollicitudinem conjectus, et ad antiquitatem etiam audiendam, librosque eorum legendos adactus sum: jam porrò competentia apud me oritur inter Ecclesiam et Ecclesiam. Fateor aliquid debere curiositatem meam authoritatj Ecclesiae; at illa authoritas non moritur, ubi divinâ dispositione, extat illa consignata in scriptis Patrum. Debeo aliquid meis praeceptoribus quos audivj, debeo plus Veteribus, qui erant positj extra aleam nostrarum contentionum. Hoc meum debitum sic dispertior inter illos; ut facilè cedam accusatione modernorum, si ipsi protestentur, se non sentire

contra Patres in fundamento (*Randbemerkung Hafenreffers:* Non dissentimus contra S. Scripturam.); at vicissim retineam locutiones Veterum in hoc uno articulo de persona Christi et Carnis omnipraesentiâ, non curans, quales sint in caeteris dogmatibus, qui ijsdem hodie utuntur: cùm sciam, Patres illos, habuisse sua aetate manifestos Nestorianos et Eutychianos, neque tamen in despectum quasi Haereticorum, aut ad cavendos illos, abstinendum sibi censuisse locutionibus illis suis. Itaque per hanc unicam concessionem DD. Praeceptores mej facilè efficient, ut exhibeatur ipsis à me omnis reverentia et obsequium Ecclesiae debitum, si me patiantur phrasibus Patrum et Ecclesiae Veteris in hoc uno articulo uti, nec propter hoc me excludant communione. Nam uti sola haec mea Exclusio inquietudinis mihi omnis causa est, tranquillissimo aliâs futuro; ita exclusionis hujus nullam me causam praebere scio aliam, praeter hanc exceptionem. Si alia mihi generalibus verbis intentata fuere crimina (*Randbemerkung Hafenreffers:* De nullis mihj criminibus constat.), illa neque probata sunt factis dictisve meis, nec qualia sint, citra talem probationem ego agnoscere aut cavere possum: et si quid ego vel minimum potui subodorarj dictum factumve, quod citra meam inten'tionem offensionem parare potuit, quodque salvâ hac unicâ meâ exceptione potuit omittj; id hactenus sedulò intermisj: speroque si vel ad hanc horam usque non planè id fecissem, si tamen ex hoc tempore id me facturum promittam, paenitentiae locum iri relictum. Quòd si etiam publicâ deprecatione opus est, eam non recusabo, dummodò crimen aliquod manifestis meis dictis factisve probetur, et auditores, coram quibus deprecandum sit, de omnibus criminis circumstantijs sufficienter à me possint informarj, ne quid meo nomine proponatur Ecclesiae, quod ego non agnosco, quae hypocritica deprecatio esset.

Et quia jam annj sunt septem integrj, per quos durat haec suspensio; cùm semper praetendant hujus locj ministrj, se paratos esse me admittere, si à Consistorio vel Facultate Theologica Wirtembergicâ hoc impetrem: nec unquàm mihi categoricum responsum à quoquam Theologorum fuerit datum, ex quo scirem, an finaliter exclusus sim, nec ne: nam Responsio Consistorij Stuccardianj primo anno data, profecta est ex mala informatione, et si quid in ea mihi criminj datum est verè, id spero hactenus emendatum esse; itaque mihi jam iterato responso vel tandem opus erit, neque mihi erit committendum ut sim perpetuo vivum scandalum, sed occurrendum erit et huic et famae plurium haeresium, medijs ijs, quae sunt meis conditionibus consentanea.

Ut autem omnis difficultas, omnisque perplexitas tollatur, facile potest dividi quaestio. Scio vitam meam non posse examinarj in Wirtembergiâ (*Randbemerkung Hafenreffers:* Vitam accusare non possum.), ubi nec

accusator nec reus praesens est. Nec de hac quaestio est, sed de hoc solum; Ut meae praesentis confessionis (· ut sonant verba Rectorum hujus Ecclesiae ·) approbationem (· an scilicet stante eâ admitti possim ·) ab Ecclesiâ Wirtebergicâ afferam. Hac obtentâ, postea
340 hîc quaeretur, num quid aliud sit, quod Communione me arceat. Illam verò Confessionem seu declarationem potius habere poterunt DD. Theologi ex hisce literis, si Rev: Dig: T^a voluerit. Vale clarissime Vir, inque amore mej vel unum hunc, licet ingratum aliquatenus, progressum facito: ut sciam, eo me non excidere. Dabam Lincij 11 Aprilis Anno 1619.

R^mae Dig. T^ae Observantissimus

Jo: Keplerus

291 Reverendo et Clarissimo Viro D. Matthiae
Hafenreffer, SS. Th: Doctorj et Professori,
350 Ecclesiae Tubingensis Praeposito, et Cancellario Academiae dignissimo, D. Praeceptorj et Promotorj meo colend^mo.
Tübingen

836. KEPLER AN VINZENZ BIANCHI IN VENEDIG

[Linz], 14. April 1619

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 347–348. Abschrift

348 Illustrissime Comes. Literas tuas Pr. Id: Martias scriptas accepj circa finem mensis: ineuntibus nundinis nostris, quae solent esse perquàm tumultuosae. Quae igitur Illustrissima D. T. petijt, statim, ut potui, effecta dedj, quae accipiet in adjectâ chartâ. Plura nunc in turbis Nundinarum nequeo. Addo residuas paginas, usque ad finem lib.V. Liber I et II. propediem sub praelum mittetur. De appendice verò mihi renunciavit Typographus. Itaque cogito illam mittere Francofurtum. Vale decus nobilitatis. Postr. Id: Apr: 1619.

Ill^mae D. T. Observantissimus

10 J. Kepler

347 De Directionibus.

Planeta in 11° 41′ ♋ versante cum latit: 2°. 54′, quaeritur in quod punctum Eclipticae incidat radius eius Trigonus, qui in signo ♏ terminatur. Quia Trigonus habet gradus 120°, plus scilicet quam gradus 90°; ideo computetur in quod punctum incidat Sextilis gr. 60°, ab 11°. 41′ ♌ in ♏ extentus; quia 60 est ipsius 120° complementum ad semicirculum.

Ergo Gr. 60° – secans 115470,00000 | Dividendus
100128 | Divisor

153420
100128

532920
500640

322800
300384

224160
200256

115322 . . . . . Quotiens

Hic est secans arcus Eclipticae ab 11.° 41′ ♎ retro extendendi.
Arcus 29.° 52.′ 20″ auferendus
ab 11.° 41.′ 0 ♎

Restat 11. 48. 40 ♏ Huc terminatur Trigonus quaesitus.
Haec divisionis molestia tollitur per facilitatem unius subtractionis Logarithmorum sic
Arcus 60° – Logarithmus 14384
Arcus 2°. 54′. Logarithmus complementi 128 subtrahe. Restat Logarithmus 14256. Per hunc ostenditur Arcus 29.° 52′. 20″ ut supra.

Est enim Regula, quod in rectangulo Sphaerico Logarithmus lateris, quod obducitur angulo recto componatur ex laterum, quae rectum angulum formant, Antilogarithmis.

Fundamentum naturale ad hanc extensionem radij Trigonici in ipsam Eclipticam est hoc, quia ipsa Ecliptica est quidam quasi circulus stellaris vel stella in circulum extensa. Ex hoc fundamento sequitur stellam, quae non est in ipsa Ecliptica per coniunctionem vel oppositionem, vel non dirigi vel causam habere aliam efficaciae. Si enim est efficax directio stellae, quae habet latitudinem, tum oportet | vim Apheticam inesse toti 347v
latitudini Horizontis etiam extra Tropicos.

Ponitur quidem iam antea per modum dirigendi, qui utitur Ascensionibus Obliquis, vis Aphetica in tota amplitudine Ortiva, inter utrumque Tropicum intercepta. Sed planetae evagantur extra Tropicos, ut Luna potest habere latitudinem in o ♋ septentrionalem, in o ♎ Australem utrinque $5\frac{1}{3}^{\circ}$ gr: Ita vis Aphetica extenditur ultra amplitudinem Ortivam Eclipticae graduum.

Quod si totus Horizon habet vim Apheticam, cur igitur non dirigimus ad ipsam planetae alicuius radios (· verbi causa ·) sextiles, omnes, sive ij in Eclipticam incidant, sive longe ab illa recedant? Cur tantum illi tribuimus

28) extentendi 45) Aphelicam

efficaciam, qui incidit in Eclipticam? An vim radio conciliat Ecliptica. At corpori planetae vim non conciliat, cum distat corpus ad alterutrum polorum? An corpus ipsum tam est forte, ut ei non sit opus adiumento ab Ecliptica, ob id ipsum, quia corpus non radius? Quid igitur opposito fiet. Quis huic radio non corpori vim conciliat, cui Ecliptica subvenire non potest? An ideo radij caeteri non efficaces nisi in Ecliptica, quia orbiculariter fusi circa planetam, ut necesse sit unius sextilis directionem ad horoscopum durare per 150 continuos annos scilicet tam diu donec planeta ex profunditate 60° gr: infra horizontem in circulo verticali enitatur in altitudinem 60° gr: supra horizontem rursum in circulo verticali? Esset igitur ideo separatim aliqua vis radijs in Ecliptica, quia iuvat Ecliptica tanquam per Aspectum, cum sit linea stellaris in effectu. Oppositus vero ideo efficax esset, quia unicus est non in orbem diffusus, ut et corpus utrumque sine adiumento Eclipticae.

Quod vis Aphetica ex uno puncto, in quo planeta vel oriens Eclipticae gradus diffundatur in totum circulum declinationis, id rationibus naturalibus non est ita conveniens, ac cum talis vis Aphetica in Horizonte diffusa statuitur. Horizon enim determinatur manifesto et aspectabili discrimine; quo aspectu natura occultis modis movetur: Meridianum motus ipse cuiusque sideris monstrat: aliter enim movet naturam surgens ad visum, aliter cadens ad circulum declinationis, nihil monstrat naturae nisi si ei tribuas Astronomiam discursivam; aut nisi sit in sphaera recta, tunc enim Horizon circulum declinationis designat gradui Orienti et in omnibus sphaeris circulus Meridianus.

Tycho Brahe consideravit, quantos diurnos Sol faceret in quovis arcu directionis. Tanta enim portio aequatoris ipsi significabit annum. In caeteris secutus est Regiomontanum. Dominici Mariae modum dirigendj Lunam libenter videbo. Haesito enim etiam ipse circa Lunam, potiusque ducem sequor, quàm rationem propriam.

Blanchini modus ad naturae leges examinatus utitur planetae Eccentrico, qui Eclipticam secat in locis duobus: et habet speciem. Nam sicuti Eclipticae toti vim tribuimus stellarum, quia Sol illam quotannis terit tota sui longitudine vim suscipere stellae et sic configurari certis punctis cum planeta suo, exque eo concipere in punctis illis vim stellae. At contra hoc, si non erant planetae considerandi cum sua latitudine visa, sufficeret adhibere latitudinem simplicem, quam ego inclinationem appello. Nam latitudines visae nec ordinantur sub circulo magno nec in omni planetae circumactu sunt eiusdem magnitudinis, aut in idem punctum circuli declinationis aut circuli latitudinis incidunt, sed variant

59) qui corpus minae . . . ocultis 62) Arbicullariter . . . planetae 70) qua 72) Aphelica 74) discri- 76) at circulum

illa reversi. Deinde consentaneum est vim Eclipticae eximiam inesse, propterea quod vel Sol vitae dator illam impraegnat vel Tellus domicilium nostrum sub illa invehitur. Tale quid esto etiam Saturni incolis sua Ecliptica, sub qua scilicet Eccentricus Saturni ordinatur, nos illa vis si qua est non ita attinet. Cum igitur directio praesupponat configurationes radiosas et configuratio duo configurata requirat; illa penes nos sunt Saturnus et aliquis gradus nostrae Eclipticae.

Antiscijs ego sane non exiguam vim tribuerem, si cum aspectu essent coniuncta ut ☌ ♊ cum ☌ ♌ aut 15 ♉ cum 15 ♌ aut ☌ ♉ cum ☌ ♍: an vero etiam intermedia antiscia vim habeant non videtur quaerendum, cum figura absit verbi causa a 3 ♊ in 27 ♋. Est quidem in illo puncto Horizontis, ubi ☌ ♍ ♉ oritur, geminata vis Aphetica, seu patiendi respectu ☌ ♍, quia cum totus Horizon hanc vim habeat, maxime illud punctum habet in quo tam oriens Eclipticae gradus quam Anaereticus oritur. At in planeta in 3 ♊ versante, non est in 27 ♋ locus Anaereticus, nulla vis agendi; non igitur 27 ♋ debet tribui vis talis, qualis sextili vel quadrato. Sed latius etiam extenditur vis Aphetica Antisciorum; nimirum in exemplo si oriatur 3 ♊, cum omnis radius post 3 ♊ quocunque Horizontis loco oriatur vim anaereticam habeat, maxime illam habebit ille radius, qui ab aliquo planeta in 27 ♋ cadit, quia hic illo Horizontis loco oritur, ubi est duplex vis Aphetica.

Veruntamen haec ego non ex plerophoria disputo nec ut authoritate mea cuiquam persuadeam, sed quia, quae maiores de directionibus tradiderunt, multa eminus ad Naturae modum alludere video, nec libenter igitur reijcio, ne illa quidem, quae conciliare omnimode cum Natura nondum possum, sed omnes verisimilitudines expendo. Si ad naturam penetro, bene habet; sin minus possum, fides igitur dogmatum sit penes antiquos magistros. Nam possibile est aliqua vera esse, quorum causas ne minimo quidem cogitatu possim assequi: possibile vicissim est paucas gemmas aurique grana in ingenti cumulo inutilis terrae esse abdita, ijsque erutis et conservatis caetera utiliter abijci omnia.

Subiungam hic calculum Mercurij qualis fuit ante triennium cum thema computarem.[1] †

Anno 1583. 23 Janu:	H. 18 ☿ in	12. 17. 5 ♂ eccentrica in orbita	348v
Tempus datum 4 Martij	H. 9. 45		
Anticipati dies 39.	H. 15. 46		
Ergo die min.	39	148. 35. 35. Distantia	80551
Diurnus Eccentricus hic	6. 12		

96) quid 104) videtu 108) quam anaeret oritur. 111) Archisciorum; 123) cognitatu 124) gemas . . . ingeniti

Ergo Horarum	15	3. 52. 25			
Minut.	45	11. 52			
Locus ☿ Eccentricus		14. 56. 57	♉		
Nodus ☊		10.	♉		
Argumentum inclinationis		4. 56. 57			
Inclinatio		35. 35		Sept: Curtatio	4
				curtata	80547
140 Sol in		23. 48. 48	♐	valet	312572
Anomalia commutationis		51. 8. 9	☉	Distantia	996005
Elongatio		11. 31. 5.			52306
Ergo Mercurius in		5. 19. 53	♈		

Pro latitudine

Anguli commutationis	51.° 8.′	Elong.	11. 31.	
de Inclinat. Sept:	35. 2.	dant	8. 58	
	33.	dant	0. 8	
		Latit.	0.° 9.′ 6.″	Bor.

837. CHRISTOPH BESOLD AN KEPLER IN LINZ

[Tübingen], 25. April 1619 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 253. Eigenhändig

253 S.

Nobilis et Clarissime Vir, fautor et adfinis suspiciende! Voluit et pro amicitiae mihi jure injunxit Lansius noster, ut meam tibi aperiam sententiam, in negotio matris tuae. Ego facti ex quo jus sumam, plane ignarus, certi nil, hâc praesertim in re lubrica statuere queo: et nescio, quâ ex diffidentiâ soror alijque tui, clam me, omnia agere videatur. Unum hoc pro ingenuo candore dico: Vidi novum libellum seu actionem, quâ tua mater impetitur: perpendi indicia et media, quibus petitionem roborare nituntur: ea verò talia sunt, ut speciem prae se ferre
10 videantur veri. Vera esse, nullus ego credo: sed probabilia et hoc in casu, admittunt nostri Jureconsulti. Inimicitias et adfectus Judicum vel Consiliariorum, non est quòd verearis: sed scrupulum inijciunt ea, quae in similibus caussis, me praesente, conclusa fuerunt. Gravitas caussae, et etiam consequentiae multiplices, quae eam subsequi possent; hoc exigere

videntur, ut Bidembachij consilium expetas, qui tibi tuisque impense favet, et qui Principi nostro à consilijs est: sed acta praesertim novae litis necesse est ut videat, et etiam audiat defensiones ac refutationes tuorum. Sic vale, et festinationem excusatam habe meam. Nosque sibi servet summus Deus. Raptissime 25. April. 1619.

T. Exc. addictissimus

C. Besold

838. JOHANNES LANZ AN JOH. BAP. CYSAT IN INGOLSTADT

München, 12. Mai 1619

München, Staatsbibliothek, Cod. lat. 1609, Bl. 11. Eigenhändig

. . .

Joan. Kepplerus misit suum de cometis tractatum hûc Monachium, ad D. Herwart, Cancellarium, cum hac inscriptione: De Cometis libelli tres etc. Misit autem tractatum illum ideo huc, ut aut hic, aut Augustae imprimeretur, imprimetur autem Augustae, ubi elegantius descriptus fuerit, cum hûc missus esset, remittendus illi fuit, ob nimiam characterem inelegantiam. Vbi redierit dabitur mihi legendus antequam Augustam mittatur, cuperem igitur ut R.ª V.ª cum suo scripto properares, ut praeuenire Kepplerum potest, et nihilominus scire quid ille habeat; nam quam primum legero, mittam praecipua ad R.am V.am.

839. JOHANN BAPTIST HEBENSTREIT AN KEPLER IN LINZ

[Ulm], 7. Mai 1619 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 365. Eigenhändig

S. à Servatore. Arctat me, vir Nobil. clarissime intra spacium semihorae affinis meus, qui tibi has reddet. Ergo duo agenda, et definitiva chalcographi saepius à me frustrà appellati, collecta tibi hîc concipienda, et de caeteris mens animj aperienda. Chalcographus noster suus non est. stipendium enim annuum à Magistratu nostro accipit. Πολύτεκνος praeterea: Vini non nimis, lucellj autem nimium appetens. Scripsi tamen, lucelli. non est enim sordidissimus. Typos habet sumtibus nostratium paratos, quos paulatim per angariarum successus redhostit, donec paria faciat. Ergo, si maximè vellet, typos tamen secum asportare haud posset: aliâs satis elegantes illi. cape sis exemplum ex istis nostris.

inter quae et character ὁλοκαθαρός, an mavis Gar-mundum. Si quid potero, abs te acceptum, hominj insinuare, aut sumtibus ipsius, aut tuis mediocribus excudendum, mone, jube. faxo quod potero, quod debebo. Chartae nostratis precium, figurae terminos, colorem ex adjunctis exemplaribus capere licebit. De me retrimento pullorum Apollineorum, te μουσαγέτην tantopere laborare, duco maximum. majores ago gratias. Sed, quod mones, τὰ παρόντα nunquam susque deque tulj: Conjunctionem cum tanto Viro ambivi. quis istum ambitum culpet? καίπερ ἐὸντ' ὀλίγος, quaererem et adorarem tamen apicem Mathematicae arcis. Sed labitur hora. Ex fasciculj μορίοις ὑπὸ μίαν σύνοψιν nostrae et nugae et typi venient. Voluntatem nostram et affectum habebis gratum, et me, qui te colo, amabis, Vir praestantissime. Dabam raptim postridie Ascens. Anno MDCXIX.

T. Ex. Dign. suspiciens

M. Hebenstreitt R.

365v Nobili Cl. viro, Domino Joh. Käpplero, Mathematico Caes. et Procerum Illustr. superioris Austriae dignissimo Domino et fautorj certissimo. Ad Lenzios

840. JOHANNES LANZ AN JOH. BAP. CYSAT IN INGOLSTADT

München, 16. Juni 1619

München, Staatsbibliothek, Cod. lat. 1609, Bl. 13–14. Eigenhändig

13 Reuerende Pr. Nescio an nota, an ignota: grata, an ingrata R.ae V.ae scripturus sim, qualiacunque autem sint scribenda, non silentio premenda sunt. Promiserat mihi noster Typographus, ut aliàs R.ae V.ae scripsi, se mihi Keppleri de Cometa scriptum, quam primum Lincio huc ueniret, inspiciendum exhibiturum ante, quam Augustam ad praelum mitteretur. Quod ante paucos dies diligenter praestitit. At ego totum ob temporis tum angustiam, tum incommoditatem, percurrere, ut uoluissem, non potui. Praecipua tamen lustraui. Igitur ut primùm scriptum in manus sumo, et quae se fortunâ obtulit, pagellam explico: ecce occur- † 10 runt haec uerba: *Obseruator Ingolstadiensis*. Pergo pagellas euoluere, passimque reperio Ingolstadiensis, Ingolstadiensis. Mirabar essentne obseruationes Ingolstadienses à Kepplero toties citatae R.ae V.ae, an fortasse alicuius studiosi, aut R.di D. Joan. Freund Sacellani collegii Georgiani, qui Mathematicis apprimè delectatur. Ergo catalogum obseruationum à

R.ª V.ª mihi missarum inspicio, uideoque quas meus habet catalogus per omnia cum Keppleri Ingolstadiensibus conspirare obseruationibus. Cum igitur iam certus essem obseruationes illas Ingolstadienses, esse obseruationes R.ae V.ae disquiro mecum quis Kepplero illas miserit, quod dum facio, pagellasque lustro, incido in haec uerba: *Transmisit ad me uir amplissimus, literisque iuxta clarissimus D. Georgius Herwart ab Hohenburg Bauariae principi à consiliis etc. consignationem obseruationum cometae Ingolstadii habitarum, à quo non erat additum, nec quando primum omnium ibi uisus sit cometa. Prima tamen obseruatio astronomica exprimit diei* 1. *Decemb. horam* $5.37\frac{1}{2}'$ *in altitudine cometae* $12\frac{1}{2}°$. *Distabat ab Arct.* 27°. 6'. *à Spica* 24°. 48'. *etc.* At unde illas D. Herwart accepit Monacensine ex collegio, an ex Ingolstadiensi? Non ex priore; ergo ex altero; sic enim ipsemet testatur. Sed quo in precio sunt obseruationes illae apud Kepplerum? Hic arrigat P. Cysatus aures. Habet quinque praecipuas Mathematicorum obseruationes, exclusis propriis, quorundamque aliorum paucis. Joan. Romaei, Rodii, professoris Academiae Wittenbergensis, † Habrechti professoris Mathematicae Academiae Argentinensis, Welperi, Ingolstadienses. Sed quod Keppleri de illis est iudicium? omnium ait esse crassas, proprias quoque damnat, culpamque in oculos ad obseruandum minus idoneos reiicit. Quando horum quinque Mathematicorum obseruationes, uel certè quorundam, ponit, primo loco semper ponit, cuius? Poneret fortassis Romaei, si in stabili loco fuisset; sed quia suas obseruationes partim Romae, partim in Tyroli, atque etiam Oeniponti habuit, primo loco eum ponere non potuit: cuius ergo primo loco ponit? Audite caeli quae loquar. Ingolstadienses: in illis uerò diebus, qui Ingolstadiensibus obseruationibus destituuntur, sine discrimine iam hunc, iam illum primo loco ponit. Deinde potissimum argumentum, quo Cometam Lunâ altiorem fuisse ostendit, desumit ex obseruationibus Ingolstadiensibus dierum 17. et 18 Dec. Sed, quaeso sciuitne R.ª V.ª Kepplerum habere suas obseruationes, an non? meum certè catalogum nemo hactenus, nisi P. Tanner, de quo tamen etiam dubito, uidit. D. Herwart obseruationes, ut R.ª V.ª suspicari posset à me non habet. R.ª ergo V.ª uideat, cui illas Ingolstadii describendas dederit, et facile suspicari poterit à quo illas acceperit. Sed uideo R.am V.am auidè expectare quid Kepplerus de cometa tractet. Habet ut alias scripsi tres libros. . . . †

Haec sunt quae R.ae V.ae scribere uolui de Cometa, auidè interim *14* expectans commentationes, quas iam pridem promisit. Materiam cometarum esse maculas Solares, multo mihi probabilius uidetur, quam sunt illa, quae Kepplerus confingit, quae plane falsa puto.

841. CHRISTOPH BESOLD AN KEPLER IN LINZ

[Tübingen], 10./20. Juni 1619

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 254. Eigenhändig

254 S.

Accepi literas tuas Nobilis et Clarissime Vir, adfinis honorande et inprimis quod attinet negotium matris tuae, de eo amplius nihil mihi constat. Velim autem ut Domino Bidembachio, et Domino Vicecancellario illud de meliori nota commendatum esset, ne fortè, machinis adversariorum et praefecti Leonbergensis, judicium civile, in criminale convertatur: quod inscio Senatu, seu consilio Aulico fieri nequit: et ij facilè impedient.

Harmonica tua Domino Schikkardo ipse tradam: nam est ille jam designatus Hebraicae Linguae professor, et ejus adventum indies exspecto simulque curabo ut formae cupreae emantur: quod jam facerem si spissitudinis aliarumque dimensionum mihi ratio constaret: sed praesens ipse expediet omnia facillime, eique sumptus lubenter suppeditabo. Nunc attamen nil volo, quam ut ambo valeamus in Christo, et tu me semper ames. $\frac{10}{20}$. Junij 1619.

T. observantissimus

C. Besold

842. CHRISTOPH BESOLD AN KEPLER IN LINZ

[Tübingen], 25. Juni 1619 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 255–256. Eigenhändig

255 Nobilis et clarissime vir, fautor et amice suspiciende, affinis colende. Adhûc Schikardum exspecto, qui ultra spem et promissum, adventum suum suspendit: qui si se sistet, curabo quae mihi injunxisti. Non autem is erit Maestlini collega, utpote qui parem non ferre potest; sed Beringeri, lecto perpetim adfixi successor, et contubernij Rector. Exemplar harmonicorum, apud me depositum, maculis aliquot conspicuis conspersum, et in extremitatibus contritum, à morum illo Magistro Polheimiorum accepi; vereor ut id Bibliothecae inseri queat. Aliud ergò mitte, et hoc ego vendam, vel cui mandaveris tradam. Maestlino petita tua aperui, qui eo nomine tibi ipse scribet. Sic vale, et Deo fide, qui nos eripiet ex praesentibus malis, quae Christianum orbem urgent ex parte; ex parte majori, instare videntur: Jubet nos Christus non timere instantia bella, sed exindè praesagire liberationem adpropinquan-

tem. Fiat nobis secundum misericordiam Dej. Cui nos humillimè commendo. 25. Jun. St. Vet. 1619.

T. P.

C. Besold

Nobili et undecunque Clarissimo Viro, 256v
Domino Johanni Kepplero, Mathematico
Regio etc. amico et adfini meo colendo.
Lintz

843. ERASMUS GRÜNINGER AN LUKAS OSIANDER IN TÜBINGEN

Stuttgart, 1. Juli 1619 (a. St.)

Tübingen, Acta Universitatis V, 23. Bl. 36. Eigenhändig

Salutem per Christum plurimam Reuerende et clarissime Domine Doctor, 36
Affinis et Frater honorande. Diſe beylagen ſeind im Consistorio durchſehen worden, vnd laſſen wirs bey dem ienigen intent nochmahlen bewenden, davon Dominus Frater mit mir geredet hat, das namlich D. Mentzerus getrewlich admonirt werde, mit bitt, afflictissimae Ecclesiae mit ſolcher newerung zuverſchonen, vileicht er, si rationum pondera uideat, durch Gottes gnad ſich wenden möchte. Thete ers nicht (ſo doch Gott verhüte) So haben wir Caluinianis ihre trennungen in Belgio et alibi fürzuruckhen nicht große vrſachen etc. Qui autem conturbat Ecclesiam, portabit iudicium, quicunque est ille.

Betreffend Kepplerum, hat man nunmehr mit ſelbigem Schwindelhirnlin lang gehandlet, aber vergebenlich, vnd laſſt er ihm nit ſagen. Wir haben nit vnderlaſſen wöllen, den Herrn Theologis Tubing. zu communicirn, was ihme vom Consistorio auß vor ettlich iaren eben de hac ipsa materia zugeſchriben worden, ob es den Herrn belieben möchte, ihne vff gleichen ſchlag abzufertigen, man kan doch keiner andern meinung vmb ſeines letzköpflins willen werden. Wir hetten aber gern, das vns diß concept ad Acta gehörig, wider zugeſchickht wurde: möchten hingegen, si ita placeret Dominis nostris, gar gern auch leſen, was dieſelbige et D. Mentzero et Kepplero zu antworten gemeint weren. Damit vil gnad vnd ſegen von Gott. Stutg. 1. Julij. Anno 1619.

R. D. T. studiosissimus

Erasmus Grüninger

Dem Ehrwürdigen Hochgelehrten Herrn Lucae Osiandro, Der H. Schrifft Doctori vnd Professori, Ecclesiae Decano, vnd deß Fürſtl. Stipendij Superintendenten zu Tübingen, meinem günſtigen vnd vertrawten lieben Herrn Schwagern vnd Brudern etc. Tübingen 36v

844. JOB HARTMANN VON ENENKEL AN KEPLER IN LINZ

Wien, 13. Juli 1619

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 104–105. Eigenhändig

104 Salue Domine Keplere, amice perchare.

Eius sum animi quod amicis meis haud de facili grauis esse soleam, ut etiam epistolis meis, quibus nil nisi uerba contineantur, istos oneratos nolim. Cùm uerò est, quod operâ amici utendum, talem ego de illa liberè pro iure amicitiae, interpello, praesertim cùm mihi nihil gratiùs, quàm si quispiam amicorum meorum uicissim operam meam expetat. Amicus habetur uti alter à Deo, quem nostri amicissimum cùm sciam experimento multiuario, nunquam non in subsidium necessitatum mearum cieo. Quare amici si indigeam, de auxilio amicum non appellem? eum praesertim quem facilem expertus sum, etiam in re, in qua sine expensis cum uoluptate fortè, mihi gratificari potest.

Tecum clarissime uir, nunc ago, quem Ingenij excellentia antè plurimos annos mihi commendauit, et Pragensis conuersatio antè XIII. annos amicum mihi conciliauit. Et ideò te appello, quod operam tuam mathematicam insigniter mihi praestare possis neque denegaturum putem.

Priore duodecennali coniugio, cum Generosa Lapizia mea, usus sum planè sterili, quo nunc uerò utor cum Barone Traunia, quam tu olim puellam non semel uidisti, triennale est, et suprà, quod toto illo tempore nihil prolis mihi contulit. Cùm uerò de benignitate Dei nunquam desperauissem, et Genesis meae praedictioni non parùm tribuerem, licet hoc anno, suprà XLII. annos aetatem agerem, ecce Dei beneficio hoc anno, 28. Junij, horâ usuali matutinâ $5\frac{1}{4}$, mihi ex coniuge mea nata est puella, prima liberorum meorum, quos plures adhuc spe concipio, et quidem hîc Viennae, inter strepitus armorum et turbas ciuiles. Peto ergò mi Domine Keplere, tantum mihi et communi amicitiae dare uelis, ut pro ocio, quod alijs negocijs subtrahere potes, huic meae filiolae
104v Judith-Elizabethae, ad tempus | praescriptum, thema natalitium Astronomicè ex arte, quâ princeps es, quam primùm erigere et mihi communicare uelis. Nolo te occupari in praedictionibus, quae ad Astrologos pertinent, sed uolo, ut ad tempus natae, dispositionem coeli istius momenti, mihi solùm describas et cum consuetis reuolutionibus et directionibus, iuxtà diligentiorem calculum, uerifices. Thema illud exacte et diligentia ita constructum, mihi postmodùm instar speculi erit, in quo ipsemet contuebor, quid de puellae genio et humanis accidentibus expectandum sit.

Nihil hîc praescribo, qui noui, quàm insignis artifex sis, et de tua amicitia nihil nisi insigne mihi promitto. Id quam primùm si habuero, tanto gratius mihi est futurum: daturusque sum operam, ut hoc quod in gratiam meam praestaturus es, demereri possim. Vale ita amicissime mi Domine Keplere et horam unam atque alteram huic meo negocio impende. Si libet licebit uicissim meâ operâ, ubi necesse habes, liberè uti. Dabam Viennâ, Anno 1619. 13. Julij.

Tui amantissimus
Jobus Hartmannus Liber Baro Enenkelius

Dem Edlen veſten Herren Johann Kepplern Kön. 105v
May. vnd Landſchafft ob der Ens Mathematico
etc. **meinem ſonders geliebten Freundt. Linz**

845. JOHANNES REMUS QUIETANUS AN KEPLER IN LINZ

Wien, 23. Juli 1619

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 123. Eigenhändig

Clarissime D. Keplere. 123

Scripsi nuper T. D. sed responsum habui nullum, acceperam quidem paulò ante literas suas 1. Decembr. datas mense Martio demum: putabat enim Mingonius me statim aduolaturum ad officia Caesaris ideoque eas secum retinuit, respondi ibi breuiter, sed hucusque alias suas videre non licuit. Galilaeus sub nomine Guiduccij edidit dissertationem Italicam de Cometis (8. folior.) dedicatam Serenissimo nostro Leopoldo, † ubi varia paradoxa, sed mecum quasi conuenit; si certò scirem, quod T. D. adhuc Lincij maneret, ego summam ipsi transmitterem. Desiderat Galilaeus habere librum tuum Copernicanum quia est prohibitus et Florentiae non haberi potest, unde petijt à Serenissimo nostro eundem librum, se enim facilè habiturum licentiam asserit. Ille exagitat Apellem, improbat Aristotelicos et impugnat eos longe alijs argumentis usitatis, asserit motum non producere nec frigus nec calorem sed attritionem; Professorem Mathematum Collegij Romani confutat cum Tychone et ipsum Tychonem accusat, quod inutiliter Ephemeridas et Tabulas Cometicas construxerit. Dicit esse fallacissimum, velle judicare altitudinem cometae ex Parallaxi, dicit enim in realibus unicis veris et immobilibus subjectis valere parallaxin, sed in apparentijs, reflexionibus luminosis, imaginibus et simulacris vagantibus nullam posse Parallaxin esse validam vel certam: et Cometam (·est enim in opinione Pythagorica, et mecum, uti video: sed parum diuersa quod scilicet reflexio luminis ○

medio materiae cujusdam in aethere extensae, uti vidisti in meo tractatu Cometico·) in elementari regione ubique sub eodem loco coeli conspici posse affirmat, ut Halones, Parelia, Irides, radij Solis ex nubibus per mare instar gladij discurrentes ubique ijdem videntur. Dicit etiam falsum et dubium esse argumentum à multiplicatione tubi in stellis sumptum, nec verum esse absolute vicina multum remota parum multiplicare.

Vexat Romanum Mathematicum quod illum posuerit circa Solem ♀ et ☿ cum tamen ultra 90° deuenerit, sed an non ♂ ♃ et ♄ etiam in Tychone agnoscunt ☉ pro Centro? Tandem dicit, cometam ascendisse in linea recta et aequalia confecisse spacia linearia; refutat Tychonem in Cometa 1577. propter caudam ad ♀ directam. Curuitatem caudae ex Refractionibus deducit, praeterea nihil novi habet. Eclipsin hujus anni non vidi, fui à Brugk in Styria, coelum per totam noctem nubilosum, secundum meum Calculum Duratio 1^{H}. 1′. Commisi in Alsatia cuidam ut obseruaret eandem, sed adhuc non habui literas. Legi tuam Ephem. 1617. Moltzhemij, et valdè placuit. Certè in ☿ crede mihi ♂ quod haereamus adhuc forte per 2°, ex obseruationibus Meteorologicis. Quaeso aperias mihi tuum judicium de nouitate illa Paralattica Galilaei, ego capere non possum. Benè valeat et saepius ad me scribat, fortè enim manebimus Viennae usque ad natalem Christi, vel donec omnia componantur. Viennae raptim 23. Jul. 1619.

Inueni Genesin Neostadij Maximiliani p. m. antiquam ubi hora, non 9. antemeridiana, sed 11. 37′ pom. adscripta erat, ascendente 8. 30′ ♌, M. C. 21°. 13′ ♈, quod adhuc nemo ut credo sciuit.

T. Clarissimae D. paratissimus

D. Jo. Remus Quietanus
Serenissimo Leopoldo
Med. et Math.

846. KEPLER AN JOHANNES REMUS QUIETANUS IN WIEN

Linz, 4. August 1619

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 124–125. Eigenhändig
Florenz, Biblioteca Nazionale, Mss. Gal., P. VI, T. XIV, Bl. 38–39. Abschrift

124 S. P. D.

Redditae mihi sunt literae tuae, Excell^{me} Vir, et quas Martio vel Aprili et quas 23 Julij scripsisti. Causas, cur non responderim facile tibi est conjicere. Cum priores meae ad te quartum in mensem errassent,

verebar ne nunc multò magis idem meis eveniret, cum ex Diurnis actis intelligerem, Ser^mum Leopoldum nuspiam consistere, sed circumcursitare, exercitusque traducere. Lincij ego etiamnum haereo, necessitate magis quam voluntate per has turbas. Spero me tutum fore studiorum innocentum honestissima specie, et si qui casus ingruat, tuâ pro amico Vranico vigilantiâ. Plura possem, sed tempus alienum videtur. Primam ex tuis literis accipio famam, librum meum Romae et Florentiae esse prohibitum: nec satis capio, quem tu librum Copernicanum dicas; omnes enim mei sunt copernicani, etiam Ephemeridum Prolegomena. Harmonica quidem nondum sunt edita; nisi forte titulorum ad te missorum libri V unus Romam perlatus, censuram subiverit. Suspicor igitur, de Epitoma Astronomiae Copernicanae tibi sermonem esse. Ejus igitur unum exemplum, 30 cruciferis à Librario emptum (·Argentorati pro 80 cruciferis venit·) Magistro cursorum tradam, si quidem ipse sarcinam non detrectaverit. Abs te verò majorem in modum peto, ut descriptum mihi mittas formalium verborum censurae illius; et ut significes, num ea censura authori, si in Italia deprehenderetur, fraudi esset futura; et num palinodia deprehenso imperaretur. Illud etiam ad me pertinet, scire, utrum in Austriâ locus eidem censurae sit futurus. Nam hoc si esset, non tantum in Austriâ typographum nullum invenirem posthac, sed etiam Exemplaria, quae Mercator, qui sumptus refundit, in Austriâ ad meam instantiam reliquit, in periculum venirent, tandemque damnum in me recideret. Quin imò dabitur mihi intelligendum, renunciandum mihi professioni Astronomicae, postquàm jam ferè consenui in hujus dogmatis doctrinâ, nemine tamdiu contradicente; tandemque renunciandum ipsi provinciae Austriae, si in ea non sit futurus locus libertati philosophicae.

Quod Tychoni vitio datur Ephemeris motus Cometici, non magnum crimen est; abundavit ille ad hoc ocio, demonstravit ipso facto, Cometas exleges non esse. Fallacissima sanè res est, ex observationibus arguere parallaxin parvulam, puta unius minuti aut duorum: at ex parallaxi, ut verâ positâ, arguere altitudinem corporis, id ne Guiduccius quidem fallax esse contendit. Hoc solum caussatur, si te bene percipio: Cometam non esse corpus, amplitudine, seu angustiâ luminis, sed esse reflexionem | luminis. Tunc sanè verum esset, ex parallaxi de ejus altitudine nihil concluderetur; imò si corpus, radios Solis repercutiens, esset aequabiliter planum, planè nulla esset parallaxis: omnes enim in toto terrarum orbe cometam in eadem à Sole remotione eodem momento cernerent (·qui quidem cernerent·), quia terrae quantitas ad Solis distantiam non est sensibilis. Sic iridem quilibet suam videt, distantem à Sole per gr: 135°, non quidem, quia aliqua plana superficies est, sed quia aër

124r

seu vapor in rotundas sphaerulas coactus est, quarum singularum refractiones singuli vident oculi. At ut Cometam ἔμφασιν visoriam efficiatis tu vel ille, hoc opus hic labor est. Docui quidem ante annos 15, in † Paralipomenis ad Vitellionem, cometam in pariete repraesentare; at requiruntur globus vitreus aqua plenus, et paries, res per se visibiles et à Sole illustrabiles, quale quid praeter vel juxta cometas nihil videtur in coelo. Et cui bono pro corpore cometae parvulo substituitur nobis superficies repercutiens, immanissimae magnitudinis; si ad cometae apparentiam conferatur? Anne ut obtineamus Cometas in coelo non esse? Hoc verò ausum impervium est. Nam aut supra Solem erit materia repercutiens, et sic in coelo; aut infra Solem inque aere, et sic pars corporis, quae mihi cometicam facit emphasin repercussione radij Solis, eadem alij loco teget Solem ipsum. Et quia Cometa toto orbe penè ijsdem in locis apparuit, oporteret superficiem planam aequabilemque fuisse, quae radios Solis repercussit. At quae causa quis Architectus tam exactae figurationis? Nonne vides, ut miraculi magnitudinem extenuemus, multò nos incredibiliora et plura introducere miracula? Rursum quia Cometa visus est oriri et occidere, oportet, corpus repercutiens, si eo uti volumus, unâ ortum vel delapsum esse, et sic in coelo collocari, non in aere.

De tubo quid alter pro Cometae altitudine, alter contrà arguat, id non capio; non enim vidi librum Romani Mathematici. Quae verò dicit Guiduccius de ascensu cometae aequabili et rectilineo, illa contraria sunt superiori sententiae, quod cometa existat ex repercussu radiorum; mihi verò placent unice. Haeret liber meus de Cometis annorum 1607–1619 jam quartum in mensem Augustae, in quo sunt Theoremata ad 30, quibus, posito motu terrae, omnes apparentiae cometarum, etiam via flexuosa, per talem ascensum rectilineum ordinatissimum (·si quisquam rectilineus motus in naturalibus ordinatus est·) demonstrantur. Pollicitus est excudere Sebast: Mylius, sed diu nihil scripsit. Tycho non rigidè contendit, caudam cometae anni 1577, a Venere fuisse formatam, sed id demonstravit, deflexisse illam ab opposito ☉ ad oppositum Veneris; suspicatusque est aliquid de Venere, ut causâ, sed id sanè fuit per accidens: forte enim contigit, ut ibi ♀ esset, unde egrediebatur cauda, † ut pleraeque à Solis opposito solent deflectere parum.

L. M. Maximiliani Genesin Tycho à Caesare Rudolpho ex libello patris Maximiliani exscripsit H. 9. 30. Ego ex Röslini relatu H. 10. 15. Ex Mosellano d.12 H.3 antemer. Ex polonia d. 11 H.12. Ecce varie- *123* tatem. Mihi sanè verisimilima etiam Astrologice traditio | prima, ut oriatur 14 ♋ vel circiter, locus ♃ Patri, et locus ♀ ☿ Occidentis, Rudolphi; sufficere enim in hac aetate puto Dir: Asc: ad ☌ ☉ longum. Nisi

malis 5 ♋ Horoscopum constituere pro ejus directione ad □♄ □☿. Id esset hora $8\frac{3}{4}$.

Eclipsin sic observavi; ante horam $12\frac{1}{2}$ urbis videre Lunam per nubes non potui, inde si quando transivit per raras et albas nubes, de rotunditate nihil videbatur deesse: sin autem eniteretur in sudum, videbatur quasi rasa vel dedolata superius; vix agnoscebatur, illum defectum deflectere ad sinistram, quasi versus Lyram. Post quadrantem rursum prodiens praecisè sursum vertebat defectum; eratque propter diminutionem splendoris luminis, in sudo notabilior quàm prius, et satis latus a cornu orientali, usque in occidentale: at defectus quantus esset aestimandi ratio iniri nulla potuit. Secutae nubes pluviae. Erat ut apparet, paulò ante medium, quia ☉ in 4 ♋, et hora post mediam noctem $0\frac{3}{4}$, itaque in ipsissimo medio debuisset jam ad dextram parumper annuere defectus.

Pone lineam inter cornua aequasse partem tertiam diametri ☽, ut ferè dictat memoria, defectus erit unius minûti, quantum dat meus calculus si augeam diametrum Lunae uno minuto, ut cogitare me passim in Eph: praefationibus dixi. Pone lineam illam inter cornua aequasse planè semidiametrum Lunae, erit in defectu digitus unus cum parte duodecimâ; nec potuit in medio sensibiliter fieri major, quia proximè medium observavi.

Harmonica paginas 83 habebunt. Typographus Francofurtensis, qui sumptus mihi refundit, aestimat Exemplar $2\frac{1}{2}$ florenis Francofurti. Desunt mihi adhuc pauculi typi aenei inserendi. Si tamen jubes, mittam exemplar: imprimis rogo me officij admoneas circa Ser^{mum}, cui titulum placuisse scripsisti. Nam quia Copernici sententia defenditur alternativè juxta Tychonicam, et quia superior Austria rea agitur, in cujus servitio perduro necessariò, quia nemo quicquam praetereà solvit, unde vivam: his de causis dubito, num offeram Exemplar. Quod si omnino offerendum, quaero utrum cum dedicatione, quae mihi demum est expectanda Francofurto, cum ipsis etiam typis aeneis, quam audisti, ex voto fieri Regi Angliae, an potius mittam sine eâ, quia singuli libri singulos habent titulos, adeo, ut I. II. III. possint etiam in Italia vendi, forte et IV. si maximè V. prohibeatur.

Ephemeris imprimitur, nondum plus unâ paginâ confectum est, quam adjunxi ob praefationem. Vale et rescribe celeriter. Literas posses mandare curialibus, ut eas involverent fasciculo qui ad Legatum Regium Teufflium mittetur. Nam tuas heri demum accepi ex incuriâ Magistri cursorum. Dabam Lincij 4. Augusti 1619.

Ex. T. Off:

J. Kepler

847. MATTHIAS HAFENREFFER AN KEPLER IN LINZ

Teinach, 31. Juli 1619 (a. St.)

Tübingen, Acta Universitatis V, 23. Bl. 30–34. Eigenhändiges Konzept

30 Salutem in Christo, Domino et Salvatore nostro.

Procul dubio mirabere, clarissime vir, Amice mihj charissime, tarditatem Responsj mej ad literas tuas, quae superiore proximo Maio abs te mihj redditae sunt: sed ponderata tum Argumentj, tum reliquarum Circumstantiarum gravitate, facilè diminuj poterit, quicquid vel fuit vel est admirationis. Quoniam enim seriam et necessariam ad me perscripsistj petitionem (·vtj D. T. verba habent·) vt totum negocium cum Facultate nostra Theologica et Consistorio Stutgardiano communicem, vtique moram aliquam interijcj necesse fuit, antequam adornarj ad te posset Responsum. Legerunt itaque, quicquid in illis ad me perscriptum fuit, Dominj mej collegae: cognoverunt idem, Dominj Consistoriales Stutgardianj; qui communicarunt nobis, tum Epistolam T.D. quam $\frac{10}{20}$ Augustj Annj 1612 ad illos exaraveras vnà cum causis negatj Sacramentj, inter D. Hizlerum et te eodem Anno ventilatis tum etiam Responsionem suam ad iam dictam Epistolam tuam de Dato Stutg. † 25. Septembris Anno dicto exaratam communicarunt: de qua postea.

Jam ad Responsionem tuam ad meas; in qua quidem plurima continentur, ad quae plurima quoque respondere possem, sed illud Responsionj deligam, quod et caput rej, et ita comparatum est, vt hoc vno expedito, reliqua omnia explicatus suos facilè habitura videantur. Quod 30v ipsum caput tu quoque primarium esse statuis, dum ante | finem Epistolae ita scribis: in negotio coenae spero vos (·Wirtembergenses·) nihil habituros, quod in me desideretis, in Articulis caeteris omnibus, acquiesco Augustanae Confessionj et F. C. in Solo Articulo de generalj praesentia Carnis, non possum damnare illos, qui loquuntur cum patribus supra citatis, ipseque adeo phrasibus illis vtor. etc.

Quod ipsum illud caput est, cuius in praecedente mea Epistola fundamentum ante oculos depinxj, dum vt hoc aureum dictum Johannis pressiùs pensitares, obnixè sum obtestatus: Et Verbum caro factum est. Quod dum in responsoria tua tentare adnisus es, in duobus quidem prioribus vocibus non improbo quae es meditatus, sed in tertia (·factum est·) vel combinando (·verbum·) Caro factum est: ignosce singularis Amicj integerrimo candorj, haud parùm es hallucinatus. Scribis enim (·et sanè illam non Kepplerj, sed Damascenj phrasin esse·) totum quidem λόγον sese demisisse in vterum virginis; nec tamen illum vterum vbique praesentem fecisse. Quod sanè verissimum et aeternum verum

esset, si maximè non Damascenus, sed Keplerus etiam, et quivis Geometra dixisset. Quis enim vnquam Theologorum sensit, dixit aut scripsit, virgineum Deiparae vterum factum esse vbique praesentem, quia in eodem λόγος omnipraesens, carnem nostram assumpsit? Quis Theologorum vnquam sensit, dixit aut scripsit, crucem in qua omnipraesens λόγος in Judaea pro omnium hominum peccatis hostia pependit, factam esse vbique praesentem; quam | quaestionem paulò post subijcis. 31
Cuiusmodj millies mille ἀτοπίας accumulare liceret, si tempus et otium perdere inaniter luberet. Nam λόγος omnipraesens et infinitus incarnatus et natus Bethlehemj in praesepio reclinatus et finito purificationis tempore oblatus est patrj suo in Templo Hierosolymitano: postea inchoante ministerio hospes fuit in aedibus Matthaej, Zachaej, Principis Pharisaeorum et sororum Lazarj, ex navicula etiam Petrj concionem dedit ad turbam littorj insistentem; et quis omnes consimiles actus recenseat? Quis hominum autem imaginetur sibj, vel praesaepe, vel Templum Hierosolymitanum, vel Matthaej, Zachaej, Pharisaej aut Marthae aedes, vel Petrj denique naviculam, factam esse omnipraesentem! Apage sis, cum omnibus eiusmodj phantasijs, quibus dijudicandis et eludendis, neque Theologorum, neque Geometrarum acumine nihil quicquam opus est: Damascenum igitur in eiusmodj quaestionibus phraseologum citare, totum supervacaneum fuit. Illud autem ἀθεολόγῳ tuae hallucinationj tribuo, quòd tu tibj falsissimè imaginaris, eandem esse rationem vterj virginej et vnionis personalis, qua infinitus λόγος, in suae personae vnitatem personaliter assumpsit carnem humanam. Sed dices forsan: haec tibj praeter mentem et sensum attribuj, cum in haec verba scribas: Totum et Omnipraesentem λόγον in vnitatem personae suae assumpsisse carnem, et vnitum Carnj, eidem infinitis modis propiorem esse, quàm vtero! Fige pedem Amice, et haec effatus, primùm intellige, quàm infinita sit differentia, inter vterum virgineum, in quo λόγος carnem adsumpsit; et inter ineffabile illud mysterium, quo infinitus λόγος intra infinitae suae hypostaseωs vnitatem, finitam carnem assumpsit.

Secundò palpa (·circinj pede fixo·) quae, qualis, quanta isthaec sit hallucinatio: ita ratiocinarj: Vterus Virgineus finitus non factus est omnipraesens, licet in vterò Virgineo, incarnationis opus perfectum sit: Ita quoque finita caro non facta est omnipraesens, licet infinito assumentj λόγῳ in vnam et infinitam eiusdem ὑπόστασιν sit personaliter vnita. Jurem, si faciem tuam in polito speculo contemplans, non erubescas. Ipse fassus es, | inter vterum virgineum, in quo mysterium in- 31v
carnationis perfectum est, et inter ipsum mysterium, quo finita caro, infinito λόγῳ personaliter vnita est, infinitam differentiam esse: quae

igitur Amentia (·ne dicam furor·) est ex rebus infinitis modis differentibus, similitudinem concludere! Quis eandem dicat esse rationem; sicut virgineus vterus non factus est omnipraesens, licet omnipraesens λόγος in illo carnem assumpserit: Et sicut crux Hierosolymitana non omnipraesens facta est, licet omnipraesens λόγος, pro totius humanj generis salute in ea suspensus pependerit: ita quoque finita caro non facta est omnipraesens, licet ab infinito λόγῳ in ὑποστάσεως infinitae vnitatem personaliter sit suscepta. Quae illationis ratio, nullam verisimilitudinem priùs habitura est, quàm rerum infinitis modis differentium, eandem rationem esse tibj fueris imaginatus. Quod spero, nunquam conabere, licet in quaestionibus Theologicis, multas tibj res, quarum nulla tamen vnquam vel fuit, vel futura est veritas, fortissimè tibj imaginarj possis! Sed quàm graviter hallucinatus fueris, hactenus satis planum atque perspicuum tibi factum esse arbitror.

Jam propiùs rem aggrediemur. Si cogitationes tuas ad contemplationem mysterij, quod Johannes tribus verbis complexus est, dirigere velis ὁ λόγος σάρξ ἐγένετο, verbum caro factum est, nihil opus | est, vt vterum virgineum, in quo Incarnationis mysterium, inceptum et perfectum est, aut crucem Golgathanam, in qua λόγος, vita aeterna exaltatus pependit, dimetiare, crassae istae, et erroneae Geometricae sunt Imaginationes, ad quas ipse tu oculos claudendos esse, spontè fateris, sed in medio meditationum cursu itentidem tuj ipsius oblivisceris: quin potius triverbij istius mysterij (·verbum caro factum·) D. Apostolum Paulum, interpretem audis, ita de illo commentantem: ὁμολογουμένως μέγα † ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον. Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί. Deus manifestatus est in Carne. Quibus verbis, mysterium illud, quomodo verbum Caro factum sit, nonnihil depingitur. Non ita videlicet, vt falsò tibj imaginarj posses, ita λόγον assumpsisse carnem, vt illam quidem in infinitae ὑποστάσεως vnitatem susceperit, illa verò infinitae personae eiusdemque proprietatum nullatenus facta sit particeps; inde tibj imaginaris, sed falsissimè, λόγον quidem vt ab aeterno infinitum, in omnibus quidem locis vbique praesentem esse, Carnem verò, licet cum infinito λόγῳ personaliter vnita sit, non nisj in vnico semper loco praesentem fuisse, esse, futuram. Physica tibj imaginaris et Geometrica. Magnum illud citra controversiam Mysterium, carnem assumptam non ita adsumpsit, ut etiam extra illam esse velit, quod tuae imaginationes somniant: in vno | quidem loco esse in Carne, vt in vtero virgineo, in Cruce, in Galilaea, Judaea, in caeteris infinitis locis (·quia λόγος infinitus·) esse extra Carnem. Ergò ne non totus λόγος erit incarnatus? Ergò λόγος partem habebit extra partem? Ergo alicubj λόγον monstrare licebit incarnatum, alicubj non incarnatum? omnia absurda, ἄτοπα, ἀθεόλογα! Quin ergò mysterium adoras,

Carnem suae Naturae proprietate esse in vno loco; sed respectu vnionis personalis, qua λόγος extra suam carnem nunquam et nullibj est, esse omnipraesentem. Lutherus ait; **wo du mir Chriſtum Gott hinſetzeſt, da muſtu mir auch Chriſtum den Menſchen hinſetzen.** Haec enim Caro ipsius τοῦ λόγου Caro est, et vbi λόγος, ibidem eiusdem est Caro. Vel soluta est vnio personalis, et divisus Christus. Sed age sis! Ex vniuersa scriptura S. vnicum produc locum, quo probare possis, λόγον post incarnationis mysterium vel semel extra Carnem suam fuisse! Id quod citius praestare non poteris, quàm vnionem personalem semel fuisse solutam probaveris: quam probationem nulla vnquam visura est aeternitas! Quoniam igitur hac imaginativa tua opinione, (·quòd λόγος Carnem Humanam in infinitae suae ὑποστάσεως personalem vnionem assumens, nihilominus ille, pro essentiae suae infinitate, vbique praesens; Humana autem Natura, licet infinito λόγῳ personaliter vnita non vbique praesens, sed in vno tantùm certo loco sit·) totum incarnationis et | vnionis personalis, sicut etiam 33
consequenter communionis mysterium totum evacuatum: impossibile namque est, (·servatis scripturarum fundamentis·) vel fingere, λόγον extra suam Carnem esse, hoc est, impossibile est (·salva veritate scripturarum·) fingere, λόγον incarnatum esse vbique, carnem autem λόγῳ personaliter vnitam, in vno certo tantum loco esse; quae res totum ingenium tuum, rerum sacrarum adorandis mysterijs non subditum, miserandum in modum perturbat: Eam ob causam neque Ego, neque Dominj Collegae et fratres mei, absurdas et blasphemas imaginationes tuas approbare possumus, sed potius, vnâ cum Consistorio Stutgardiano, et cum Rev. et clariss. viro, DD. Hoë, piè et christiana ex charitate tibj suadentes consulimus, vt abiectis stultae rationis imaginationibus, veritatem coelestem vera fide apprehendas, et divina mysteria simplicj fide, quod omnes verj christianj faciunt, pio obsequio adores ac venereris; quod si feceris, et Ecclesiam pio assensu exhilarabis, et tuam ipsius Conscientiam restitues tranquillitatj: sin fraternis nostris admonitionibus diutiùs etiam refragabere, nos infelicis istius uulneris, (·stultitiae humanae rationis gladio tibj inflictj·) neque medicinam videmus, nec, qua ratione offendiculum Ecclesiae sanarj possit intelligimus. | Qui enim cum Ecclesia Orthodoxa 33v
non eandem Fidem et profitetur et colit, quomodo ijsdem cum Ecclesia, à cuius Fide dissentit, Sacramentis vtatur.

Haec Dom. T. ex Amico et christiano Corde scribo, sed ne putes privatas esse cogitationes, scias haec omnia cum DD. collegis meis me communicasse; qui quod eadem mecum sentiant, idemque Consilij habeant, vt aut erroneas et multum fallaces imaginationes abijcias, veritatem divinam humilj Fide amplectaris; aut Consortium nostrae Ecclesiae et Confessionis vites, fraternè suadent et exhortantur. Nam Chri-

stus non irridetur: neque idem purissimus Ecclesiae suae sponsus cum vanis et blasphemis opinionibus amorem suum partitur. Quem in finem, vt in omnibus hisce capitibus pium suum contestentur consensum, hanc ipsam quoque Epistolam proprijs manuum subscriptionibus communiverunt.

Eandem ob causam, hanc communem nostram Epistolam, Consistorio quoque Stutgardiano communicavimus, vt testatum redderemus, nos illorum Consilio, quod D. T. 25. Septembr. Anno 1612. exararunt, in omnibus consentire.

Coniunctis igitur votis obtestamur, vt Rationj, quae in rebus divinis caeca et stulta est, nuncio misso, piscatoriam simplicitatem, quam scrip-
34 tura sacra | nobis dictat, humilj Corde venerarj tandem incipias; quod si feceris divino verbo debitum honorem, conscientiae tuae tranquillitatem, Animae salutem dederis; sin quod Deus paternè prohibeat, humanas imaginationes (· vanas et stultas ·) tot fraternis pijsque admonitionibus praeposueris, metus est, vt à Deo, verbj ipsius protervus contemptor, in reprobum tandem tradare sensum; quae poena infinitis alijs, nunquam finiendis malis, inexplicabiliter intricata est. Perfer quaeso dolores, quos tibj medica manus, fraterno ex affectu denegare non potuit: et ex ipsa interiecta mora Responsionis, quanta fidelitate totum negotium pertractare voluerimus, amicam fac coniecturam. Hisce te animamque tuam preciosissimam, Christo omnipraesentissimo tuo Salvatorj, devotissimè commendo. Exaravj Thainacj, cuius Locj Acidulis tum, Valetudinis curandae causa vtebar. Vltimis Julij, Anno 1619.

Nobilj et clarissimo Viro, Domino Johannj Kepplero, Sacrae Caes. quondam Maiest. Ordinumque Austriae supra Anisum Mathematico praestantissimo, Domino et Amico suo singulariter colendo.

848. JOHANNES REMUS QUIETANUS AN KEPLER IN LINZ

Wien, 13. August 1619

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 128–129. Eigenhändig

128 Clarissime ac Eccellentissime vir amice Vranice Carissime.

Tuas 11. Augusti accepi literas, una cum Epitome Astronomiae Copernicanae, et prima pagina Ephemeridis 1620. et omnia diligenter refundam, modo aliquem habeam cui tradam pecunias tuo nomine et

avidè expecto Harmonicorum expeditionem; Epitome rectâ cum literis Serenissimi ad Galilaeum quamprimum perferetur, nec alio modo ut credo prohibitus erit iste liber quam quod Contra Diploma Sancti Officij ante biennium affixum loquatur (· In causa erat quidam Religiosus Neapolitanus qui Italicè spargebat in vulgus hanc opinionem publico scripto unde periculosae consequentiae et opiniones nascebantur, tum Galilaeus etiam nimis rigorosè causam suam pertractabat eodem tempore Romae ·). Eodem modo et Copernicus correctus est saltem in † principio primi libri per aliquot lineas, possunt tamen ijdem et hic quoque liber (· uti puto ·) Epitome scilicet legi cum licentia à doctis et peritis in hac arte Romae et per totam Italiam. Vnde non est quod tibi timeas nec in Italia nec Austria modo intra tuos limites te contineas, et affectibus proprijs imperes, nescio enim quae visa sunt de Cometa in Germanico Idiomate (· si modo tua sunt ·) quae aliquibus magnis Dominis non admodum placuerunt. Astra jam Harmoniam instituerunt more Syrenum, auertenda ea est non promouenda, succedet enim lethalis somnus. Putas nos nuspiam constitisse sed semper circumcursitâsse, scias quod majori ex parte in Alsatia haeserimus et inde rectâ Viennam peruenerimus ubi nunc omnes inuiti manemus, et ego maxime cui eodem die quo sponsalia mea in Alsatia contrahebantur ex ipso prandio discedendum erat. Gratias ago Turriano. Hoc anno non plus quam 625 mill: Germ. confeci, sed tandem post remum quies erit licet vix intra biennium. Milites enim vocati sunt ad coenam magnam, vereor quod non discedent ante epulas et donec inebriati fuerint. Parallaxin hujus Cometae satis praecisè dimensi sumus 13. Decembris, cum Cometa ad paucula scrupula transiret prope sequentem et inferiorem in Ventre Bootis, sic Oeniponti sic Romae sic Antuerpiae obseruatum est; Romae quoque distantia Arcturi (· sed alio die ·) et Cometae 10°. 55′. Ego eodem tempore 10°. 55′. Exemplar Romanum non habeo ad manus, mittam tamen Oeniponto. Habebis ibi in 5. aut 6. Collegijs diuersas obseruationes et tres Cometas distinctos. An Cometae tam constantem tueantur motum ut vult Tycho vix credo; Meam sententiam rectè capias (· si aliâs legisti meas obseruationes hujus Cometae Oeniponti impressas et quas tibi mense Aprili misi ·) ex maculis Solaribus colligitur et coaceruatur corpus vel simile quid extensum in aethere, siue sit congelatus aër supra sphaeram (· semitam ·) ♄, ille enim locus aptissimus, quia radij Solis valdè debiles ibi sunt uti vides ex pallore ♄[i] et debili illuminatione Solari; densior igitur ibi erit materia coeli propter quietem etiam majorem, aër enim fortius atteritur et attenuatur prope ☿ et ♀ quam ♄. Habebis igitur ibi parietem, habebis etiam commodum ad lucendum locum: lux enim non lucet nisi densa recipiatur materiâ, sed non eo modo quod

radij Solis debeant transire per stellulam Cometicam et refrangi de nouo, nam accipe lentem concauam, transibunt radij Solis non saltem in oppo-

situm verum etiam versus Solem, ergo Cometae deberent habere semper duplicem caudam, 2. ubi sunt parietes, receptacula lu-
50 minis? si manum admoues colliges quidem lumen et visibile illud reddes, igitur ego pono ad extremitatem caudae meam lentem vel qualemcunque figuram quae tandem vi caloris et propter naturam coelestium corporum in sphaericam vel Ellipticam degeneret, uti in meo tractatu fusè. Et inde ut in speculis vstorijs, per demonstrationem, generationem Capitis et Caudae eruo; Vides igitur me non ponere phantasticum corpus vel meram reflexionem, imò quid si eam plane poneremus, an non suos haberet termi-
128v nos commensurabiles et distinctos? | Si esset planum corpus radios ☉ repercutiens, tunc radij repercussi non coirent, angulus enim incidentiae et reflexionis nullus esset, sed una linea recta et omnes parallelae. De
60 Iride Halone res longè difficiliores sunt cujusquam opinione, dentur enim primò certae obseruationes in horis et minutis et magnitudines, quod nemo adhuc tentauit, latet et alius nodus de halonibus parelijs etc. Vtinam tuus libellus Cometicus prodiret; nam et ego circa finem flexuosum ductum obseruaui, quem ex motu Terrae defendi posse statim animaduerti, et hunc si ponamus de ortu et occasu nulla difficultas erit nec de caeteris.

Quod Eclipsin attinet procul dubio exactam habebimus Romanam obseruationem, nam aestate Romae ferè semper coelum serenum; Grienbergerus procul dubio obseruauit. Imò te non capio, die 26.
70 Jun. in ☽ cum ☉ configuratione ponis ♂ ☉ ☽ $12.^{H}$ 27′. Eandem et ego 12^{H}. 28′ $\frac{1}{2}$ ex Tychone; atque in principio et calculo eclipsium ☽ ponis 12^{H}. 38′. vel 36′. aequatè Vranoburgi; ego puto Lincij esse legendum; secundum meum calculum finis Lincij debebat esse 12^{H}. 59′. Tempus emersionis 0^{H}. 23′. (· Incidentiae 0^{H}.38′. Ego miror quod semper ponas haec duo tempora aequalia ·) et scrupula deficientia $\frac{1}{20}$ diametri (· vel $\frac{1}{18}$. si benè recordor ·) scilicet $1'\frac{1}{2}$. paulo plus circiter, jam tu obseruasti 14′. ante finem. Ergò si 23′. horae dant 90″. quid 14′? habebis 55″. Vel 1′. proximè in defectu horâ obseruationis 12^{H}. $\frac{3}{4}$. planè prout obseruâsti nec opus est ut augeas diametrum ☽. Tuam latitudinem ☽ in ♂. ♂. quam
80 credo, maximam assumis 5°. 18′. non benè capio, legi quidem obiter
† Prolegomena. Quaeso examines Eclipsin ☉ 1612. mense Majo ea non saltem inueniebatur Romae excedere finem, verum etiam longè anticipare principium et magnitudinem aequare 5. ferè digitos, fuerint 4°. $\frac{3}{4}$. Finis erat in Sciotericis diuersis magnis Collegij Romani per tubum 12^{H}. 24′. Mihi etiam praecisè 12^{H}. 24′. Hora horologij Italici 19^{H}. 0′. in Sciotericis, sic in Via Julia 12^{H}. 28′. per Astrolabium et Mathematicum Belgam, sic

Ingolstadij, lege Scheinerum in maculis Solaribus. Mihi principium per obseruationem quasi H.10. antemerid. Duratio 2^{H}. 24′. Ingolstadij 2^{H}. 45′. Quod si tuus consenserit et satisfecerit calculus, eris mihi magnus Apollo, prout et reliquis duabus Centralibus Solaribus Eclipsibus Clauianis.

Hae nostrae inter has turbas sint deliciae et refectiones carissime Kepplere, utinam te juuare possem me semper promptissimum haberes; Quod dedicationem attinet suadeo et hortor prout etiam D. Tennagel ut Regi Angliae librum inscribas, nam non solum Rex verum et filius maximoperè delectatur in Vranicis, uti vidi ex libro Neperi Logarithmico quem Basileae nuper inueni et auidissimè perlegi, noster Serenissimus jam inter arma et labores ac expeditiones tot negociorum prouinciarum vix respirare potest, imò nec Galilaei vel Guiduccij librum percurrere potuit, differemus ea in commodius tempus, et in alia materia. | Imo ipse D. Tennagel recommendatitias tibi obtulit ad Regem *129* Angliae, ut qui diu ibi haesit et humaniter ibi tractatus fuit. Nunc ad tuam Ephemerin. Optimo et maturo Consilio sententiam mutâsti, nam non omnes callent Cautelas additionis et subtractionis in Logarithmis, imo me ipsum saepè fefellerunt et ancipitem reddiderunt. Sane ante omnia deberet extrui nouus Canon ut et secunda haberentur cum differentijs et p. p. ut in Pythisci Sinibus. Ego cum differentias colligerem in principio, inueni aliqua errata Typographica scilicet in primis minutis. Tempus est ad aulam et praeterea nihil occurrit. Benè vale mi Carissime D. Keplere et quamprimum mihi rescribe et indica per quas vias tibi inseruire queam, me habebis semper promptum et paratum. Dignus sane es ut pro Coryphaeo et Patre nostro jam ab omnibus Mathematicis habearis. Benè vale. Viennae raptim 13. Augusti 1619.

T. Eccell. D. studiosissimus

Jo. Remus Quietanus
Serenissimi Leopoldi Medicus à Cubicul. et Math.

Nobili ac Clarissimo D. Joanni Keplero *129v*
olim S. C. M. nunc Ordinum superioris
Austriae supra Onasum Mathematico Domino amico plurimum colendo. Linz

849. GEORG CHRISTOPH VON SCHALLENBERG AN KEPLER IN LINZ

o. D.

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 346. Eigenhändig

346 S. mi amantissime Domine Keplere, T. Dom. officiosissime dicatus: quaeso per hunc meum famulum mihi significare velis: an sit Cometa (de quo Rumor) visibilis: et in qua plaga, quibus syderibus vicinus: percepi herj de eleganti tractatu quem de hoc composueris negotio, si ad horulae vsum adipisci possem, tua benignâ concessione, esset mihi longe gratissimum, quem sine jacturâ, restituam, et nunquam non tibj promptissimus ero. Vale à Tuo

Georgio Christophoro à Schallenperg mpp.

Si certa occasio Tubingam vel Viennam, tibj constat, quaeso aperi diem et locum.

850. KEPLER AN JOHANNES REMUS QUIETANUS IN WIEN

[Linz], 31. August [1619]

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 287–291. Abschrift

287 S. P. D.

Nob: et Cl: D. D. Amice honorande. Responsorias tuas 13 Augusti datas ante octiduum accepi. Quo minus responderem, fuit impedimento editio Ephemeridis, quae plus mihi typographicorum exhibet laborum, quam typographis ipsis; quamvis typos proprios habeam domi meae. Alter labor extrusio Exemplarium Francofurtum, cuius causa et praemisi tres paginas in classe funaria (· tu mihi dicito aliud vocabulum quo exprimam Ein hohe naue ·) et postridie summisi quartam, ut primum a praelo siccata fuit, et cum in navem venissem duobus ab hinc milliaribus invenissemque baptisata mea exemplaria a nocturno Jove: biduum siccando inserendisque paginis insumpsi dum interim Aschavium ventum: et denique ut habeas quod rideas tertius dies Aschavij consumptus exterminandis aliquot centurijs pediculorum, qui me per noctem in navi invaserant. De libris meis ita est; cum festo Paschatis misissem quosdam Mediolanum, bonus vir Barbavaria qui iam solverat multatus est eorum uno.

15) mediolarum

De Cometa peculiari scripto nihil a me hactenus editum est. At in Prognostico ordinario anni huius 1619 paucula de tribus cometis adieci: potiora quae scripsi nituntur ominosa illa obversione oppidi Plurs et Aspectibus anni. Quare gratam et salutarem mihi collocaveris operam, si fueris percontatus ex idoneis, quaenam illa verba sint, vel quibus affectus meos, et quos illos inseruerint, vel quae magnis viris, et quibus ijs minus placuerint. Nam ex generali illa quam scribis censura praeter sollicitudinem inanem, utilitatis nihil capere possum. Mitterem exemplar, si haberem vel unicum residuum. Nam Decembris penultima demum absoluta, intra dies 8 fuerunt omnia distracta. Spero tamen te Viennae posse potiri uno vel apud secretarium Polzium vel apud L. B. Ennekelium vel apud D. a Mekaw; qui quidem lecto prognostico et rescripsit et nihil redarguit.

In latino opusculo quod Augustam misi, congessi quotcunque potui nancisci observationes, quas inter et tuae sunt ex germanico transmisso et quas allegas Romanas. De tribus distinctis Cometis prima haec tua mentio quam ego quidem viderim. De tribus sane distinctis scripsi, sed uno antiquiore, mensis scilicet Septembris. De maculis assentitur tibi Marius, caetera vates invisus et audax [1] et plus quam prognostes, ut quidem et fatetur. Habeat sibi res suas seorsim; ne gravis sit amicis. 287v



Hypothesin tuam cometicam non recte examinaturus sum, prius quam illam observatis applices et demonstrationibus intexas. Videor tamen praesumere animo motum parietis illius motu Saturni celeriorem multo.

De Halone et Iridibus aliqua plana iam sunt. Nam Iridis semidiameter (· primariae ·) est 45°. Halonis $22^{\circ}\frac{1}{2}$ Gr. Iridis secundariae 11 Gr: amplius. Ratio petenda ex refractione maxima in aqua: nam ubi maxima refractio, ibi colores oriuntur. Iris enim constat ex guttis rotundis. Itaque dato angulo ad oculum ex una sphaerula, datur circulus Iridis ex infinitis guttis compositus. In Pareliorum tamen (· quae sunt latera halonis ·) causis eruendis adhuc haereo. Video aliquid quasi per crepusculum quod exprimo hac definitione: Parelium est sectio

17) scriptio 23/24) solicitutinem 25) domum 30) coniessi 54) compositis

mutua halonis et Columnae, ubi Columna plerumque seipsa praeterquam in illo concursu est inconspicua: Reduplicatio vero luminis in concursu facit enitere parelium. Jam explicet quis mihi causas columnae; cur vel Horizonti parallela per centrum Solis, vel ad Horizontem perpendicularis, qualem vidi triduo ante mortem Caesaris Mathiae, dixisses Solem cornutum. Erat Parelium altius Sole gr. $22^{\circ}\frac{1}{2}$. Visum olim et Moguntiae tale, ut † scripsit ad me Mathematicus P. Ziegler. Erat igitur Halo eversus et in concursu Halonis et Columnae parelium. Tales et in Luna plena interdum visuntur columnae, et quod magis mireris, Halo circa oppositum Lunae.

Eclipsis Lunaris observationem avide expecto. Nam mea observatio nulla est, de tempore quidem testari posset, si usus instrumentis fuissem; quod intermisi propter nubes: at de quantitate testatur plane nihil. Vidi enim per raras nubes integram: at in sudo deficientem. Id vero certo scio esse accidens visus mei: quia ubi Luna clara, diffundit se in visu meo per multiplicationem plurium circulorum invicem implexorum in speciem maioris orbis; ubi vero pallet, ibi sistitur illa multiplicatio. Jam dudum in opticis questus sum de hoc visus vitio.[1]

288 Argumentatio tua nescio an circa extremam oram ☽ tolerari possit: in magnis certe defectibus non procedit, ut tempora sint scrupulis deficientibus proportionalia.

Quod inter Eclipses tardius mihi Luna venit ad punctum obscurationis maximae, quam inter Phases ad punctum Soli oppositum, causae duae sunt. Prima, quod Luna descendens ab Apogaeo tardior est in priore semisse diei quam in posteriore: ego vero, ut fieri solet inter Phases, usus sum diurno Lunae proportionaliter ac si aeque velox fuisset in utroque semisse. Altera causa, quod locus obscurationis maximae fuit per 2′. 34″ promotior opposito loco Solis. Jam Phasis refertur ad Solis oppositum, maxima obscuratio est praecise medium Eclipsis, quatenus horarius ☽ insensibiliter a proportionalitate recedit in tam brevi temporis spacio. Et haec simul est causa, cur mihi scrupula incidentiae et emersionis aequalia sint. Nec ego latitudinem ipsam adhibeo, sed arcum latitudinis, vel arcum inter centra appello ad discrimen. Errorculus sane fuit hactenus in constituendo argumento huius arcus, quod debet incipere a Nodo vicino et terminari in ipso opposito Solis, et per hoc excerpi arcus, non ad Eclipticam, sed ad viam Lunae rectus. Si taedet te novitatis et scrupulositatis, scito me taedere inaequalitatis scrupulorum incidentiae et emersionis. Et quale medium Eclipsis, quod nec temporis medium nec obscuratio maxima est, si accurate loquamur? Certe nuspiam maior obscuratio, quam ubi perpendicularis ex centro umbrae secat viam Lunae.

69) cerdo 74) tollerari 75) sunt 85) recidit 91) taetet 93) quid 94) est scias curate

Eclipsis Solis anno 1612. 30 Maij duratio fuit Linzij H. 2. 28; per tubum defecit minus dimidio parum admodum. Vobis Romae defecerunt digiti 5 vel minus et duratio ponitur H. 2. 24 satis bono consensu. Defectus enim septentrionalis fuit, maior igitur Linzij quam Romae. Noster igitur consensus redarguit Monachiensem durationem H. 2°. 45. ut nimiam. Finem Romae observastis H. 12. 24. vel H. 12. 28. Ego Linzij H. 12. 52. Differentia minutorum 28 vel 24 suspecta, quia parallaxes tantum non videntur posse, ut ex 10 Minutis (· quam differentiam elicui ex anni 1616 Eclipsi ·) fiant 24. Videamus tamen parallaxes.

AR ☉ 9⅛ II fuit H. 4. 29′. 43″. Ergo

In Linzensi initio AR. MC. H. 2. 53′. 43″.			In Romano H. 2. 29′. 43″.		
Oriebatur ergo . .	26° ♌		19° ♌		
Nonag.	26° ♉		19° ♉		
☽	8½° II		8½° II		
Dist. à Non. . .	12½° . . .	Log. 153044	19½°	Log. 109719	
Dist. à Vertice . .	30°. 6′. .	Log. 69013	25°. 24′.	Log. 84645	
Ang. Orientis . .	59°. 54′. .	Log. 14485	64°. 36′.	Log. 10166	
		153044			109719
Parallaxis ☽ à ☉ .	56′. 53″. .	Log. 410170		Log.	410170
Parallaxis Long. .	10′. 46″. .	Log. 577699	17′. 10″. . .	Log.	530055
Parallaxis Latit. .	28′. 30″. .	Log. 479183	24′. 26″. . .	Log.	494815

Ergo in Principio Visibilis Lunae latitudo fuit 4′. 10″ minutis maior Romae, quam Linzij: fuit et visibilis longitudo 6′. 30″ minutis ulterior H. 10 quam Linzij H. 10. 24; quia ☽ utrinque erat in quadrante orientali. Cumque sit verus horarius ☽ a ☉ 31′. 36″, veniunt pro 6′. 30″ minuta 12′. 20″ temporis. Ubi ergo fuit Luna Linzij Horâ 10. 24. vere, apparens apud oram Solis, ibidem fuit Romae Hora 10. 12′. 20″ vere, apparens ultra oram Solis per 6. 30. Hinc differentia meridianorum Minuta 11′. 40″. Ecce quantum possint parallaxes; ecce quam certa differentia Meridianorum Romae et Linzij 10 circiter minutorum.

Accipe nunc calculum huius Eclipsis.

Pro Sole

Anno 1612. $\frac{17}{27}$ Junii H. 1. 56′. ☉ in 5°. 55′. 59″ ♋
30 Maii

D. 28 Motus respondens 26. 39. 43 seu Anomalia coaequata.

Ergo D. 30 Maii hora eadem in 9. 16. 16 II

Semidiameter ☉	15′. 3″	Pro horis	1. 56 P.M.
Diurnus	57. 17	et	1. 36 A.M.
Horarius	2. 23	id est	3. 32
Aequatio mea	12. 56	veniunt minuta	8. 25
addenda tempori medio ut fiat apparens		Locus ☉ H. 1. 56′ P. M.	9. 16. 16 II
		Locus ☉ H. 10. 24′	9. 7. 51 II

102) nimium. 121) horatius

Pro Luna ex fide Tychonis

Ante finem anni Apogaeum Lunae in	$10^{S}.16^{\circ}.38'.18''$	☊ ex mea Corr.		
Anno 1611	$5^{D}.13^{H}.14'.10''$		$2^{S}.9^{\circ}.25'.0''$	
April. biss. D.	121			
Completi D. Maii	18. 22. 24			
	145. 11. 38. 10			
Revol. V sunt	137. 18. 32. 55	0. 15. 20. 59 Ad.	0. 7. 17. 44	Sub.
Residui dies	7. 17. 5. 15	11. 1. 59. 19	2. 2. 7. 16	
Horarius ☽ fictus	33. 20	3. 6. 39. 41	24. 31	Sub.
	2. 46. 40	2. 8. 39. 0	☊ 1. 42. 45 II	
	8. 20	☽ in 8. 39. 0 II	ficta seu simplici	
	3. 6. 36. 47	☉ in 9. 7. 51 II	aequatione, sed quae	
Anomalia aucta motu Apogaei	3. 6. 39. 41	Dist. 0. 28. 51 ☉ a ☽	a vera parum differt.	

Distat autem Sol ab Apogaeo ☽ circiter 97°. quare primus gradus dist: ☉ a ☽ jubet addere 46″. Ergo scrupulis 29′ veniunt 22 auferenda ante Solem. Ergo ☽ in 8. 38. 38 II verè.[1]

289

Pro Parallaxibus

AR ☉	$4^{H}.29'.43''$	
Aufer H.	1 . 36	Ante mer.
AR MC	2 . 53. 43	Hora aequalis Vranib.
	10	Linzii
	12 . 56	Aequatio
	3 . 16 . 39	

Sed parallaxes supra sunt quaesitae ad Horam 10. 24. apparentem Linzii, ergo ad horam 10. 1. 4. aequalem Vraniburgi, et debuerunt vera loca Solis et ☽ ad hanc horam computari, quod faciam hic.

Anno 1611	$5^{D}.13^{H}.14'.10''$	☊ $1^{\circ}.42'.45''$ II	
April. Biss. D.	121	☽ 8 . 25 . 56 II	
Completi D. Maii	18. 22. 1. 4	6. 43. 11 dat	
	145. 11. 15. 14	Latit. 37. 9 Sept.	
Revol. V sunt	137. 18. 32. 55	Parall.Lat. 28. 30	
Residui dies	7. 16. 42. 19	Latit. visa 8. 39 Sept.	Antil. 0. 318
	33. 19	Longitudinis visibilis	Antil. 3. 893
	21. 10	Dist. centrorum 31′. 27″	Antil. 4. 211
	2. 7	Cum sit semidiam. ☽ 16.10 vel 16. 40	
	14	☉ 15. 3	15. 3
	23. 31	Summa 31.13 vel 31. 43	
D. 7 H. 16 dant	3. 6. 3. 28		
	3. 6. 26. 59		
Apog. ☽ ut supra	11. 1. 59. 19		
	2. 8. 26. 18		
Scrupula aufer.	22		
☽ in	8. 25. 56 II		
Parall. Vranib.	10. 40		
Centrum ☽ visae	8. 36. 36 II		
Centrum ☉ ad H. 10.1.4	9. 6. 56 II		
Differentia long. visibilis	30. 20		

Vides quod distantia visibilis centrorum aequet summam semidiametrorum, est igitur ipsissimum principium. Mihi quidem tantus consensus non valde placet, quia non est perpetuus in aliis omnibus.

AR ☉	4°. 30′. 7″				
Adde	0 . 52				
AR MC	5 . 22 . 7				
Oritur	22 . 48 . ♍				
Nonag.	22 . 48 . ♊				
Non. Dist. à Vert. . . .	25 . 0.	Log. 86129	Verus ☽ Horarius	33′ . 59″	
Angulus Orientis . . .	65 . 0.	Log. 9838		2 . 28	
Dist. ☽ à Nonag.		Log. 149187		1. 14	
Parall. ☽ à ☉		Log. 410170		9 . 50	
Parall. Longit.	11 . 34	Log. 569195	jam in occas.	1. 23 . 50	
Parall. Latit.	24 . 4	Log. 496299		6. 43 . 11	
Luna prius	8 . 25 . 56 ♊		☽ à ♌	8. 7 . 1	
Ex vero ☽ hor. pro 2′. 28″	1 . 23 . 50		Latit.	44 . 51	
	9 . 49 . 46 ♊		Parall. Latit. . .	24 . 4	
Parall. Longit.	11 . 34		Latitudo visa . .	20 . 47	
Motus ☽ visus in . . .	9 . 38 . 12 ♊		Lat. Antilog. .	1 . 836	
☉ in	9 . 12 . 51 ♊		Antil. 25′. 21″	2. 715	
Superatio visa	25 . 21	Dist. Centr. 32′. 48	Antilog.	4.551	
		Summa semid. 31 . 43			
Prodit duratio duobus vel tribus minutis brevior.		1 . 5			

Pro maxima obscuratione, quae non integra 15 scrupula de diametro speciei Solaris visa est occupare Linzij, ubi tubus nihil peccat quippe terminus hic in centro speciei erat, ubi distortio ex refractione vitri nulla talis ut in marginibus. 289v

Hic possem uti methodo in opticis tradita, viam visibilem centri ☽ reputare lineam rectam, exque initio et fine computare perpendicularem ex centro ☉ in viam ☽. Sed quia parallaxes circa MC cito variantur, ut via visibilis non sit exactè linea recta: computabo igitur ad momentum intermedium H. 11. 37.

Cum Horis 1. 13. de vero motu ☽ competat				41′. 21″	
			☽ à ♌ initio . . .	6. 43 . 11	
☽	8°. 25′. 56″ ♊		In Medio . . .	7. 24 . 32	
	41 . 21		Latit.	40 . 59	
Med. ☽	9 . 7 . 17 ♊				
AR ☉	4ʰ.29′. 55″				
Aufer	0 . 23				
AR MC	4. 6 . 55				
Oritur	9°. 8′ ♍		Nonag. . .	9°. 8′. ♊	
Dist. à Vert. Non. . . .	26 . 48	Log. 79656	☽	9 . 7 . 17 ♊ praecisissime in Non.	
Angulus Orientis . . .	63 . 12	Log. 11363	Dist. à Non.	0 . 0	
Dist. ☽ à Nonag. . . .	0 . 0	Infinitum			
Parall. ☽ à ☉		Log. 410170	☉ in	9°. 9′. 50″ ♊	
Parall. Longit. . . .	nulla	Infinitum	☽ visa in	9 . 7 . 17 ♊	
Parall. Latit.	25 . 38	Log. 489826	Distant. ☉ à ☽	0 . 2 . 33	
Visa Latitudo	15 . 43	Quae eadem est distantia centrorum fere,			
Computetur tamen. Latit. visa		15. 43	Antilog.	1.045	
Distant. ☉ à ☽		2. 33	Antilog.	0.027	
Distant. Centrorum		15. 55	Antilog.	1.072	

Cum vero semidiameter ☽ fuerit 16. 10. vel 16. 40, plus igitur texisset Luna quam semidiametrum disci. Nam porrexisset oram suam vel 0′. 15″ vel 0′. 45″ ultra centrum ☉. In hoc igitur superat calculus observationem.

Imo nihil est erroris. Nam ut recurri ad chartas sic inveni scriptum: Divisa erat diameter schematis Solaris in Particulas 30, et defectus aequabat non integras particulas seu minuta 16. Excessit igitur ora ☽ centrum ☉ fere minutum unum.

An hoc ipsum momentum obscurationis maximae? Omnino. Nam inter initium et finem ☽ motus visibilis fuit 55′. 41″ in longum et 12′. 8″ in latum versus septentrionem. Ergo ex centro ☉ in viam ☽ visibilem ducta perpendicularis cadit ante locum long. ☉. In adiecto schemate si AB, vel GF 55′. 41″, dat FH 12′. 18″. igitur DC 14′. 43″ dabit CI 3′. 12″. pro eo vides supra 2′. 33″ differentiae ☽ ante ☉. Itaque duobus forte minutis temporis aut minus antecessit obscuratio † maxima.[1]



I Centrum ☉. G. D. H. centrum ☽ invisibile in principio medio et fine, ut IG. IH utrumque aequalis sit summae semidiametrorum.

De reliquis Centralibus Clavij Eclipsibus exscribam, quod iam dudum per calculum inveni. Assumpta diff: Merid: inter Conymbriam et Vraniburgum H. 1. 38: Prodit maxima obscuratio circa H. 11.10 apparenti, latitudo visa 2′. 52″ Sept: ut superesse debuerit in Meridiana ima Solis ora 0°. 46′.

Id non sollicite excutiendum sum ratus: quia habeo observationem Coloniensem, ubi in eadem Eclipsi superfuerunt fere 2 digiti, et tamen Stellae toto coelo visae et sacerdotes in templo canentes se mutuo non agnoverunt. Sed tamen sunt in suspicione remedia. Nam diminuta parallaxi ☉ vicissim augenda est parallaxis ☽ a ☉ propter Lunares Eclipses, ut illae loco suo maneant. Id si fiat erit hic parallaxis ☽ a ☉ duplo eius maior, quod demitur parallaxi ☉ et portio huius augmenti competens latitudini facile consumit hoc residuum scilicet 0.46″. Deinde pone Conymbriam 6 solis minutis Orientaliorem, iam consumptum est hoc residuum, quia oriente ♏ valde augetur parallaxis latitudinis. Tertio nondum confirmatissima est mea aequatio temporis, quam hic usurpo Min. 19 auferenda a tempore medio, quod dat hunc motum Lunae, ut fiat apparens; si non tantum auferam, si plus in apparenti habeam, tempore transactum est. Viennae computo initium circiter H. 12.38, quod Tilemannus Stella observavit H. 12.52. Id confirmat hanc coniecturam.

265) est parallaxi ☽ 267/268) compedens 272) aufferenda 273) aufferam

Super illa 1567 publice Clavium allocutus sum in Opticis (·an in Epistola Ecliptica? quod iam non occurrit·) et privatim in Literis, ut dicat ex memoria, qualis circulus superfuerit, num igneus sine certo termino an accuratus certae latitudinis. Nam Eclipsis anno 1598 Witebergae aliquid infra lucidum reliquit: et tamen Lunam circulo circumdedit lucido sparso. Eclipsis 1605 Neapoli nihil reliquit, sed nec stellas detexit et Solem Lunamque splendor ambibat nec introrsum terminatus nec extrorsum, sed erat vera phasis quam pingunt, Sol ater, radij scilicet ex atro prorumpentes. Nam cum Luna in Apogaeo certo invenerim 31. hic certe anomaliae ☽ tempus fuit d.7 H.10 circiter. An igitur totus Sol Romae tectus fuerit, an tantum ut anno 1598, in dubio erat. Ita hanc Eclipsin ut incertae observationis tolerandam censui. At ex eo tempore diversas nactus sum eiusdem Eclipsis descriptiones. Itaque computabo sic.

	Lovanii	Duispurgi	Tubing:	Gorlic:	Vranib:	Romae
Initium	H. 10. 30. circ.	H. 10. 23.		H. 11. 25. circ.		
Medium	H. 11. 49.	H. 12. 1.	H. 12. 16.	H. 12. 44.	H. 12. 34.	H. 12. 29.
Finem	H. 1. 15. circ.	H. 1. 21.		H. 2. 3.		
Lat. vis.	4′ 33″ Mer.	4. 24. Mer.	1′.52″. Mer.	2. 17. M.	6.21.Mer.	4. 41. Sept.
Obs. dig.	9 fere		10 fere	8½	7 cir.	0

Ad finem propero, ubi unicum adhuc monuero. Nimium audacter tu geometricas rationes deificastj praeter et contra Dei verbum: Ratio quidem curiosa ita tibi suasit. Homo ad imaginem Dei et praecipuè anima eius condita est, et quemadmodum in anima hominis archetypi sunt harmoniarum omnium, sic et in Deo: quod autem in Deo est, est Deus ipse. Ergò harmoniae et geometricae rationes Deo sunt coaeternae et Deus ipse. Plausibilis quidem ratio, qua et ego motus olim eiusdem eram sententiae, et hanc insignem esse sapientiam credebam, qua omnia † deificare poteram: in ipso enim Deo scilicet (· inquit Apostolus ·) sumus et movemur et genus ipsius sumus. Ergò et Deus sumus: quid enim est in Deo quod non sit Deus ipse? At cum has rationis tenebras Deus Spiritus sancti sui gratia in mente mea dispulisset, aliter tantis de rebus sentire didicj. Deus enim ipse in verbo suo proportionem creaturae ad creatorem expressit, et dixit, quod eadem sit quae Nihili ad aliquid. Qua igitur fronte eam deificabimus? aut quomodo rationi nostrae tantum fidemus, ut quae ea nobis de Deo extra manifestum revelationis verbum suggerit vera esse credamus? cum ea sit coram Deo tota cum tota hominis substantia et viribus damnationis et tenebrarum abysso immersa, et propterea Dei inimica, nihil quae spiritus Dei sunt intelligens. Creatura Dei sumus et genus: verum est: sed fuimus et imago Dei: jam perdita Dei imagine, larva Sathanae per naturam facti sumus, quos Deus immensa bonitatis suae misericordia tolerat et propagat ex semine perdito et mortuo perditos et mortuos, non Dei imagines sed imagines Diabolj coram justissimo et severissimo legis divinae examine penitus cum omni substantia et viribus damnatos: magnum enim est et ab omni captu rationis abstrusum peccatj mysterium: magna lapsus primj poena, nec tam levis ut multi doctorum nostrorum existimant: totus homo ex forma optima in pessimam transformatus, ex imagine Dei in larvam Sathanae, hinc filius irae est per naturam: Nec solus homo ita perditus lapsu primorum parentum, sed et terra maledicta, imò tota creatura pereunte Domino suo in cuius ministerium creata fuit, perijt teste Apostolo Rom. 8. tota, inquit, creatura vanitatis servitio et corruptionis malo, à qua antea libera fuit, subjecta est, sed tamen in spem etc. Hinc non est ut in creatura, in homine quaeramus Deos vel Deum vel bonum divinum et verum: licet enim Deus omnia impleat et omnipraesens sit, omnipraesentia tamen ista tam longè omnem captum nostrum excedit, ut ab ea nihil planè extra verbum revelatum inferre verè queamus. Imò ista harmoniarum Deificatio cognitionem Christi obscurat, mysterium meritj eius evertit, mysterium regenerationis nostrae eludit, et multa in vera Theologia absurda parit: una enim absurda ratio in veritatis album recepta innumeras alias ad se trahit falsitates, quibus veritatem pro eo

quod in eam fovet odio opprimere vel saltem obscurare nititur. Possem haec omnia pluribus et clarissimè ex divinae veritatis fonte demonstrare, verum haec ὡς ἐν παρόδῳ dicta sufficiant: tu plura meditare. Quae autem harmoniarum quantitatis est ratio in magnitudinibus, eadem in numero etiam, quod ad essentiam eius attinet, ut ex ijs quae de Harmonia supra attuli colligere licet. Sed omnia haec eò scripsi, ut te ad penitiorem rerum istarum indagationem excitarem; principia sunt quae indagasti, et quidem maxima: majora tamen fient si principijs non immoratus ad perfectionem scientiae de rebus tam abstrusis perrexeris, et nobis harmoniarum rationes non tantum in quantitatibus sed et in qualitatibus et quidem cum quantitatum rationibus congruentes demonstraveris: quo labore incredibiliter rej medicae profueris.

Aiunt hoc quoque tempore cometam, quidam verò duos viderj: ego nullum observare potuj: unde num vera sint quae dicuntur, et num à te quoque observatj sint, nescio: tu si quid est veri in rumore hoc, me moneas oro. Monstrum Herrnalsense ex sue prognatum facie humana † sed larvata cum cucullo monachi (· Sawmunch oder Münchſaw ·) proboscide elephanti, cauda pedibusque draconis, procul dubio jam vidisti. Certus etiam rumor Viennâ ad nos attulit, milites qui ante portam quandam urbis (· nec enim ita accuratè ut de nomine portae inquirerem inciderat ·) in excubijs erant nocte quadam audivisse vocem clamantis, hinweg von hinnen: eamque cum existimassent esse eorum qui intra urbem in eadem porta vigilabant, causam cur inde discederent ex ipsis quaesierunt: sed cum nihil responsj ad interrogatum accepissent, acquieverunt tum: sequente nocte eandem vocem iterum audierunt, et simul sonitum in aëre tanquam magnae cuiusdam avis circumvolitantis: eadem vox simili cum strepitu et proxima tertia nocte audita est ab ijsdem. Quid ista portendant eventus probabit. Vale et me de tuis laboribus quibus jam vacas certiorem facias. Saluta meo nomine conjugem tuam charissimam, filium et filiam tuam Susannam si tecum est. Domino item Gringalleto nostro osculum pacis et pedum cum salute multa à me nunciato. Dominum M. Rauschardum Rectorem et DD. Persium et Dominum M. Danielem, Dominum Megiserum meo etiam nomine plurimum salvere jubebis. Dabam Rastenbergae die 13 Octobris Anno 1619.

T.

Florianus Crusius

Clarissimo et Excellentissimo Viro Domino Joannj Keplero Illustr. superioris Austriae procerum etc. Mathematico celeberrimo, amico et fautorj meo charissimo.

Linz in der Hoffgaſſen

331v

857. JOHANN BAPTIST HEBENSTREIT AN KEPLER IN LINZ

[Ulm], 6. Oktober 1619 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 366. Eigenhändig

366 S. à Servatore.

Fecit humanitas opt. cujusdam Viri, bis ad me divertentis, qui ajebat, negotia sibi esse Argentorati, quique te familiariter uti affirmabat, ut hoc tempore non potuerim facere, quin te Nobilis Magnifice vir, literis meis, tanquam tralatitio sermone appellarem. Et quidni istuc facerem, quem in Cometographia, nuper ad nos quae delata est, semel atque iterum deprehendi non obscurâ erga me quamvis alucinatum, esse benevolentiâ: quo nomine, et quod tuâ operâ immortalitati nostrum jam nomen consecratum est, immortales quoque virtuti et amori tuo grates exoluo, daboque operam, ut si quid ingenij mei nervi proficere potuerint, ejusce fructus aliquis ad te quoque redundet. Misi puto pridem ad te nonnulla Faulhaberiana: nunc nostra accipe, ex quibus scopum scriptionis, vel superiorum jussu à me extortae, percipere licebit. Dona Dei, fateor, et quidem προσωπικὰ neque hodie sterilescunt: sed jactare revelationes de summis et antè-ignoratis, aut à nullo mortalium προληφθεῖσι, aut praegustatis, et tandem easdem ex textu vocum ab Algebraicarum aestimationum disjectione, et ad literas Alphabeticas agglutinatione producto, demonstrare velle, quid est aliud, quàm coelum terrae miscere? Et tamen non cum nullo periculo nostro fabula illa hactenus agitata est: tantopere furebat Spiritus Nutantis-campi in adversario nullarum planè literarum, praeterquam quod Arithmeticum laudant, et Agrimensorem. Sed quid minuta haec ad te tantum virum? Addebat Lenzius ille, animum tibi esse, qui studium tuum probes Senatui nostro, Inscriptione operis alicujus, meumque adeo exposcere te consilium. Vtinam (appello ad τὴν τῆς ἀληθείας πηγὴν) tantopere nostratium laudare possem profusionem, quantopere tuam in re literaria, et ingenij munere cum omnibus φιλομάθεσι communicando liberalitatem! Sed quid si Meridianus nostrâs à tuo non adeò alienus sit? Promitto hîc omnem tibi operam: fac edatur, quod Vlmanorum Duumvirûm, Consulum, totiusque Senatus honori serviat in publico: reddam literas tuas, exemplariaque (forte XII. quotve volueris; si opus grandius sit, sufficit unum eleganter Involucro exornatum et conglutinatum) ipse Consulibus offeram, responderi tibi petam, perque Senatorem Vitum Marctalerum, Austriacis omnibus cognitissimum, forsitan digno te mactabo ἀντιδώρῳ. Certè non abludunt, qui Vlmanorum aerarium à copijs

commendant; sed juxtà scis, Clarissime Kepplere, quanto studio Dracones ignivomi, aut canes vigiles thesauris soleant apponi. Haec ex animo tuis commodis et honori amplificandis paratissimo depromta benignè, spero, accipies: et in gloriam Dei, Reique publicae emolumentum quàm diutissimè valebis. Vtinam autem ad fores tui ἀκροατηρίου mihi accumbere integrum esset, et mirificas tuas ὑποθέσεις, et pulcherrimas demonstrationes audirem disceptari et exponi, te interprete ipso! Sed haec in votis: eventus in fatis. In nostra vrbe tria adhucdum aluntur signa peditum: expectamus etiam vnum equitum cornu sive alam in hibernis apud nos mansuram. Faxit divinum Numen, ut malorum et discriminum finem tandem aliquando prospectemus. Rosaceae Crucis Fraternitas de his multùm blaterat: ego Ecclesiam, quae circa extremam aetatem ex ἀνεπωνύμοις constet, nullam agnosco. Sed haec usque huc. Ignosce, Magnifice et doctissime Keplere, meis φληνάφοις, et Vale Pancraticè. Dabam VI. Octobr. Anno 1619.

T. Mag. et Virtutis Admirator Cultorque

M. Hebenstreitt R. mpp.

Viro Nobili Magnifico, Domino Joh. Kepplero, Illustr. Austriac. Statuum Mathematico incomparabili, Domino et fautori plurimum observando. Lenzijs

366v

858. JOHANNES REMUS QUIETANUS AN KEPLER IN LINZ

Wien, 26. Oktober 1619

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 133. Eigenhändig

Clarissime ac Eccellentissime D. Keplere amice Carissime.

133

Accepi libros tuos et persolui in eodem quo posita erant singula pretio. Dominus enim ille Capitaneus propter quotidianos conflictus semper in Castris fuit, obierunt ex nostra parte 20. Milites 24. Oct. ex altera 130. et 80. Captiui ducti; heri ex eadem 2000. plus minus mortui et multi vulnerati alij; ex nostra nondum scitur (30. mortui, 100. vulnerati sunt. Vidi eminus es iſt ein manlich ernſt treffen geweſen), nisi quod multi vulnerati, ipse quoque Generalis noster in parte exteriori brachij sinistri tactus fuit leuiter globo Sclopeti, geſtreift. Fuit heri noctu Viennae

r

per 1 horam. Ecce quid potuerit ☌♄☌♂ in ♊♐. Vt plurimum tetigit populos subjacentes his signis.

Libros tuos omnes habeo praeter Fundamenta Astrologica, Epistolam de Eclipsi, Dissertationem cum nuncio etc. Oppositum responsum Röslino, Supplementum Archimedis; quae omnia valde desidero. Redeo ad nostras diametros: 24 Oct. N. S. hora 9. $\frac{1}{2}$. obseruaui tam per oculum mediante tubo quam per chartam oppositam in eadem inuariabili distantia Lunae dimetientem per transuersum (ut effugerem defectum phasis) non tegere vel aequare circulum Solis, erat Luna in secundo Octante ab Apogaeo Epicycli sui, idem confirmauit mihi dimetiens ☽ 1617. Mense Augusto, ut enim egressus saluetur 1^{H}. o′. $\frac{1}{2}$ non possum transcendere 16′. o″. In latitudine Lunae constanter cum Tychone permaneo, et si tua 4′ quibus utplurimum excedis addo, omnes tuae latitudines visae in 1567. Eclipsi melius consentiunt cum quantitate digitorum; Optica ratio tantum in omnium oculis non valet. Cum Clauio ipse locutus sum super hisce Eclipsibus, igitur non libenter recedo, omnes totales fuerunt; et fuit vir veritatis amans. Credo quod ex diminuta Parallaxi et Eccentricitate ☉ in Marte multi corruent scopuli, nam et Apogaeum ☉ mutabitur, forte etiam in ☿ multa conciliabuntur. Puto etiam quod medius motus ☽ diurnus sit planè inaequalis: scilicet velocior in hemicyclo Austrino quam Boreo propter Eccentricitatem ☉, hinc forte tua semestralis variatio. De Coloniensi obseruatione non est quod me turbet; Domus enim illa per se est valde obscura uti ferè in omnibus. Neapolitanam obseruationem 25000 Pass. in Terra de Lauoro habitam habeo 1605. multum lucis superfuit 2. Dig. circiter si benè recordor, sic Romanas et Viterbienses etc. Quis tibi tuam communicauerit qua uteris in libro de stella noua libenter scirem. Nulli enim Mathematici fide digni habentur ibidem. Inquisiui olim diligenter Polum Viennensem reperi eundem 48. 22′. vel 23′. 22. Oct. alt. ☉ merid. 30°. 38′, ad summum 39′: quem Vogelinus in suo Cometa assumit P. 48. o′. simpliciter, hinc forte tam magna ipsi Parallaxis prouenit. Libenter Card. S. Susannae Bibliothecario Vaticani tua Harmonica mitterem, sed per literas non licet, das opus iſt zu gros, puto autem ipsum illud habiturum à Bibliopola Joan. Andrea Romano, ipse illud vendet $2\frac{1}{2}$ Coronat. hoc est 5. fl. Si haberes thema scilicet horam natalitiam Leopoldi Serenissimi rem mihi gratissimam feceris, ego non habeo. Hisce benè Vale et quam celerrimè rescribe: quia fortè ultra 2. aut 3. hebdomadas non manebimus Viennae. Viennae 26 Oct. 1619.

T. Officiosissimus

Jo. Remus Quietanus

859. KEPLER AN JOHANNES REMUS QUIETANUS IN WIEN

[Linz, Ende Oktober 1619]

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 134–136. Eigenhändiges Konzept
Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 113–115. Abschrift

S. P. D. 134

Nob: Excell^me D. Doctor: quas ad me 4 et 11 Oct: dedistj literas, 15 ejusdem accepj. Triste principium de excessu D. Waggherij, quo mej amantiorem non habuit aula. Perijsse cum ipso puto ipsam Mnemosynen: nam lectissimam cum possideret Bibliothecam in philosophica et Literaria materia, omnes ad unguem materias memoria tenuit. Perijt et Harmonicae meae lector unus, Musicae vocalis et studiosissimus et intelligentissimus. Serenissimo secundum meam methodum ☉ ad □ ♂ hoc anno venit; foelix effectus hujus Sciaticae, si solus. Miror quod ais, nuper te invenisse proportionem corporum coelestium ad distantias, cùm abhinc anno et amplius Lincium transiens mihi de hac inventione dixeris, juberesque quaerere, nam inventurum me pulchram proportionem corporum ☽ ⊕ eorumque Orbium et periodorum: cum ostenderis quantitates diametrorum ♃. ♀. ♂. Telescopio probatas; cùm meas ex libro IV Epitomes produxissem schedas, ex quibus easdem prompsj proximè; praesertim, si quod suspicari me in ijs perscripseram, Solem a Terrâ 3000 Terrae semidiametris removerem. Sed nimirum † secunda tua Epistola nodum mihi solvit: correxistj tuas inventiones; nam duplum ejus quod ego dico, quodque te tunc probare meminj, nunc profers, scilicet pro 3000, planè 6543. Miror quî fiat quod tot sint in hoc numero unitates, quot mihi in Eccentricitate Lunae maximâ, si semidiameter capiat 100000.

Risus tuus curiosum me reddidit. Tune Romae in custodia? in pedore? Dices, ubi huc veneris.

De Cometa rursum Aenigmata: tractatum ais Germanicum a me de Cometa editum, quem videris, Prognostica videre non potuisse. Atqui quod affers, id ex Prognostico est. Fallor an sciolus aliquis recudit Viennae? Obsecro mitte exemplar, si quid editum est extra Prognosticum. Mutas etiam statum: in nuperis claritatem meae scriptionis visus es increpere, nunc obscuritatem exprobras et Theologiam. Temporj mihi redditae sunt tuae: quo ipso momento currebat calamus, quo vos censores meos, plurimi enim etiam hic sunt, ulciscor. Gaudeo non inventum à te, quod in quenquam clarius sit dictum aut invidiosè torquerj possit. Quicquid enim rerum suarum magnates a me obliquè perstringj dolere possint, postquam eventus admonet; idem etiam

eorum adversarij possunt et multo magis; ita enim scripsi deditâ opera.
† De Animalj generis Neutrj alia est responsio, ex qua hoc unum verbum hac vice excerpo, quod quaerentibus dicere possis; neminem eorum, qui dubitant quid velim, sub hoc animalj comprehendj: qui verò monitj verè sunt, id se intellexisse literis ad me scriptis sunt testatj: Errat, 134v quicunque torquet mea verba insolentius: habent enim illa | simplicem et planum sensum, qui, detectis partibus quas perstrinxj, nemini non evidens et obvius est; exceptis quae de Eckardo Italico, qui explicandus † restat; scilicet quod ille non sit in Italia sed trans mare.

Tuas de Cometa observationes in itinere annotatas sic allegavi, ut facile sis excusatus, at nec ulli eorum cedis certitudine, qui domi sedentes et observantes, a me sunt allegatj.

Ad tuam dubitationem an cometa ex maculis extimulandam libellus meus Cometicus faciet. Nam facili opera trajectoriam ego potuissem ordinare in plano per centrum Solis. At vicissim ex Austro ortus transijt Eclipticam, non ergò ex Sole ruit; omnium verò minimè ille annj 1607, quem unâ exhibeo.



Argumentaris de coelestibus ex aequeponderantibus: gaudeo hac tua societate in paradoxo.

In mentione Pareliorum ludos tibi dedi ambiguitate vocis sectio Columnae: non loquor de sectionibus mathematicis Conj (·etsi reverâ figura iridis erat sectio Conj, dicta Hyperbole·) vel Cylindrj, sed de sectione apparentj (·seu concursu·) Columnae seu tractus lucidj per Solis corpus transeuntis, ad Horizontem erectj perpendiculariter (·interdum parallelj·) et iridis eversae.

Sic quae de extremâ orâ ⟫ scripsi, vix ipse relegendo percepj, sed tale est negocium. Argumentatus es arithmeticè seu per regulam Proportionum. Si unum minutum occupans defectus dat semissem horae durationis, duo minuta in defectu dabunt Horam. Hic ego vereri me dixi, ne vitiosa sit argumentatio (·ut verè est in defectu magno·) etiam in defectu parvo, qui est in extrema ora septentrionalj, vel australj.

Rursum me non percepistj de inaequalitate motus diurnj Lunae. Etsi enim omnis inaequalitas motus participat causâ physicâ, ego tamen non loquor de singulari aliquo effectu causae physicae, illo quidem loco, sed de communi illo accidente, quod motus apparens Lunae diurnus, in

longitudine mediâ priorj versantis, prima sui parte est remissior, posteriorj concitatior, quia descendit ☽ ab Apogaeo. At verò cum aspectus in Ephemeride computamus utimur diurno motu quasi per totum diem aequabilj.

Quae subjungis etsi extra oleas, omnibus tamen viribus profliganda mihi sunt, quippe physicae coelesti inimicissima. Nam quod Sol est planetis primarijs, id Terra est Lunae, secundario planetae, nisi quod Sol etiam se immiscet juxta Terram. Terra sua volutione movet Lunam in circulum; omnia igitur eveniunt Lunae, quae caeteris; etiamque amplius aliquid quam caeteris, propter accedentem Solem. Nequaquam igitur carebit Luna parte aequationis physicâ ex variatione ejus distantiae à Terrâ motore suo.

Caput epistolae praecipuum est de mea temporis aequatione. Hic tibi ad institutum tuum non impugnantis, sed adjuvantis oratio conveniebat. Nuspiam non testor me adhuc dubitare, conclusionem differre, donec omnes Eclipses coacervem. Veruntamen etiam argumenta tua sunt excutienda. Primum dum excipis contra retardationem physicam motus telluris, in contrarium priori parietem impingis. Jam enim loquor de aliquo effectu sin'gularj, qui nequit praestarj per aequipollentiam duplicatae Eccentricitatis. Esto tamen, sim locutus de aequationis parte physicâ, non minus impedimur in Luna duplicare Eccentricitatem (·ob umbrae diametros·) quam in planetis, ob parallaxes orbis annuj. Jam dum Eclipsin 1616 objicis, omnino ponderosa et legitima est objectio, seu potius argumentum adjuvans dubitationem meam. Nam si principia Tychonis nullâ aliâ re possunt adjuvari, ut salvis caeteris Eclipsibus hanc reddant tardiorem, omnino suspicio magna erit, vitiosam esse meam temporis aequationem; tantoque illa major, quanto plures harum objectionum concurrerint. Etsi defectum in Braheo cogimur admittere in hac Eclipsi, si non 25 at saltem 15 minutorum; quia etsi remittam auctarium meum 10′, ut veniat momentum initij Vraniburgj H. 1°. 31′. 23″, tu tamen sub eodem meridiano observastj H. 1°. 45′. Maestlinus 3° gr: occidentalior, h. 1°. 33′. Ego $2\frac{1}{2}$ gr: orientalior 1°. 48′, sed correcto visus vitio, 1°. 53′, vel 1°. 55′. omnes consentimus in eo, quod Vraniburgi fuerit H. 1°. 46′ circiter. Nam quod tu paulò post mihi objicis, quasi nitar hac horâ Vraniburgj assignatâ ex calculo, scilicet H. 1°. 21′. exque eo contradictionem mihi nectis, qui Vraniburgum Tubingâ occidentalius faciam; errastj, non perpenso, me hunc calculum fol. 12. Prol. Eph: secundum quid allegare, non simpliciter; allegavi scilicet illum ad comprobationem morae in tenebris observatae Romae.

Cum ex Eclipsj 1617 temporis aequationem meam comprobassem, tu dissolvis argumentum, ostenso me contrarium errorem 10 minu-

torum anteà peccasse propter aequationem Tychonicâ majorem; non igitur stabiliri remedium aequationis temporis ejusdem quantitatis. Primum non ita facile probas in mea aequatione vitium esse potius, quàm in Tychonicâ, deinde neglexisti 2′. 5″ Variationis illo adhuc anno adhibitae, quae excessum aequationis, quem tu incusas, rursum minuunt. Itaque non ultra 5 minuta temporis probares a me errata in aequatione, si maximè vera probares; cùm e contra aequationis meae excessus duplum habeat, minuta 10. Valde interim Astronomiae gratulor, quòd tot jam testimonijs Eclipsium differentia meridianorum Romae et Lincij, tot locis tempora harum Eclipsium confirmata habemus.

Centrales Clavij Eclipses assumpsistj inter fundamenta, quid ni et exprimeres calculo, praesta idem in omnibus, quas inter fundamenta non assumpsistj. Id si tentaveris invenies quod agas. Nam si tam altam assumis Lunam, ut circulus circa Solem anno 1567 relinquatur, illa certè tunc in long: media fuit, Sol etiam in long: mediâ eâque superior, Sol igitur in perigaeo major fiet, Luna in Apogaeo minor; quid ergo fiet Eclipsj 1601. 23 Dec.? anne mihi hoc eripies, quod meis oculis vidj: diametrum ☽ 31 minutorum? Et quid necesse est | hoc sequi, cum pro specie anni 1567 suppetant nobis refractiones Lunares? Ut non dicam de Jessenio, de Neapolitanis, imo non de ijs, quibus non sum locutus, sed de Sacellano Caes: Rudolphj Harm, fratre illius qui nunc est apud Ser^{mum} Leopoldum; hic enim sacellanus tunc erat Neapolj. Itaque videre velim Viterbiensem observationem in eadem, ni fallor, annj 1605 Eclipsj habitam.

De refractionibus Solis in Paralip: ad Vitellionem, seu Astr: p. Opticâ eadem suspicari me dixj quae tu sequeris; diminutâ scilicet Parallaxj ☉ minorem etiam fierj Refractionem ejus et Fixarum Refractionibus aequalem.

Gratam facis mentionem operae mihi navatae: sed cujus me tamen miseret; scio te Aethiopem lavare, nec peto hoc rerum statu, ut cerussatis illis, imò ut tibi ipsi molestus porrò sis. Domino Comiti à Meggau locutus sum hic in transitu: ut loquaris ipsi de studijs meis, deque tuâ, et de Italiae cumprimis expectatione, non repugno; nam ociosae professiones, qualis haec mea videtur periclitantur de gratiâ Regum in his bellorum necessitatibus. At ut importunè apud ipsum instes de pecunijs, id vereor ut offendiculo sit ejus in me, uti spero caeteroqui promptae gratiae.

Quae offers, differunt me cupiditate; quin tu potius ipsam etiam promissionem usque in Alsatiam distulistj?

D. Tengnaglio quaeso author sis, si scripturus est ad me, ne me incendat generalibus querelis vel imperijs; sed ut ad speciem, adque Ca-

pita seu numeros ipsos, qui sanè quam multi sunt in prolegomenis Ephemeridum, descendat. Non equidem fieri potest aliter, quin mea inventa Tychonicis jungam in opere, in quo tam multa restabant: non tamen misceo, quin potius praescripsi legem in Prognostico annj 1617, (·ubi cum Fabricio ago·) ut quicquid Tycho de Luna edidit, id secretum à meis, partem occupet Tabularum. Jam optio Tengnaglio datur, velitne sequi Progymnasmata, an Maginj iterationes. Nam meas transformationes anno 1602 perfectas et Herwardo inscriptas, dignas non judico, quae inserantur: quia nihil de principijs Tychonicis mutant; solummodò aequationes hinc inde pauculis scrupulis variant necessitate Hypotheseon in quas Tychonicam sumpsi transformandam.

D. Abbas huc veniet ad 4 Novembris. Interim scribo quaeso, num patiaris a te peti sermonis exordium, et num illi sis locutus tanquam a me subornatus, an tanquam proprio motu. Gratum mihi, si quicquam aliud, hoc certè fecistj.

Ducatum ad te jussi redire, sed adhaesit cerae. Itaque ubi Exemplar complevero, tuque in Alsatia id praesentaveris Serenissimo, atque ipsius S^{tas} aliquod munus decreverit; de illo tibi et hunc ducatum, et alios duos quos sponsae tuae a me offeras, munus nuptiale, jam nunc proprios do, dico, sancio. Morte Amicorum initium fecistj Epistolae, eâdem finis: Deus meliora: rumorem falsum puto, Mitissimus erat Fabricius.[1]

Alteris literis Diametrj ☽ magnitudinem oppugnas argumento specioso, a tempore incidentiae et emersionis, quod cum meus calculus xhibeat H. 1°. 4′, tu ais inventum 1°. 1′. Meminj inter Sciametrica mea in libro cuj Hipparcho nomen dedi, problemata esse varia de omnibus membris Observatae alicujus Eclipsis; ubi haud multo minus ex unius Eclipsis observatione nitebar deducere demonstrativè, ac Scheinerus ex suo Sole Elliptico. Memini quantum temporis quàm frustrà insumpserim. Problemata quidem pulcherrima sunt, et digna quae non praetermittantur, opus ipsum impervium. Quicquid tu de tubo, de observatorum consensu: jam ante vos Galilaeus in Epistolis, quae publicè habentur, ostendit, quàm ineptus sit tubus ad determinanda discrimina lucis et umbrae in Lunae corpore. Semper ego tibi objicio refractiones aeris terrestris, qui transmissis et intro reflexis Solis radijs diluit umbrae terminos multo lumine; objicio tibi substantiam aetheriam quae tangit umbrae marginem, ipsa collustrata Solis lumine, quae collustrat porrò Lunam appropinquantem sibi. Quibus duabus de causis fit, ut umbra videatur angustior, quam est reverâ. Sed hoc nihil ad emersionis tempus, inquis? Imò verò multum inquam ego. Nam cum penè aequentur umbrae margo dilutissimus refractis radijs, et lucis initium debilissimum, quippe ab exilissimo Solis margine, quam lucem ego Penumbram ap-

pello, quia potissima pars Solis latet post Terram: fit igitur, ut Luna delibatura margine suo, principium lucis, initio teneat dubium observatorem sitne in umbra an in lumine; nec prius discutitur hoc dubium, quàm aliquantula particula Lunae jam fuerit egressa: tunc igitur initium notamus emersionis, nimis scilicet serò. Aut dic tu, qua re notes initium emersionis, nisi aliquantulâ Lunae particulâ jam illuminatâ: nam puncti visio nulla est. Idem de fine dicendum emersionis. Nam minima particula restans in umbrâ nec animadvertitur quantitate, et simul illuminata est radijs secundarijs et refractis; ut nescias, in umbra et refractis, an in debilibus sit radijs; cùm certum sit, debilitatem sensu valdè notabilem esse in vicinia umbrae, licet extra metas umbrae. Igitur serò incipiens et praematurè desinens, aut saltem alterutrum admittens, non mirum si tempus contrahit. Et jam vide quantulum tempus sit, cujus causâ tam multa scribimus? sesqui minutum scilicet in utroque termino? Quis de diametro Lunae fidere velit huic ratiocinationi? Quanto parabiliores, quanto certiores sunt modj alij à me productj in Opticis? Tantj interest, delectum habere inter modos quibus quodlibet paratur. Esto verò, ut diameter ex Emersionis prolixitate sit aestimandâ; quam quia tu $3\frac{1}{2}$ minutis minuis ex observatione, diametrum igitur ☽ 2 minutis facies minorem, restabunt 31′. 22″, Lunae Anom: Eccentrj 140°. 15′, circiter: quantulo major erit in perigaeo? Quàm vicissim parva in apogaeo? Anne meas omnes observationes diametrj Lunae jubebis obmutescere? O utinam tota observatio haberj potuisset; demonstrassem facile, quod
136v emersionj | quod incidentiae detraxit observatio, id accessisse morae in tenebris, quantoque minor fit justo diameter ☽, tanto majorem justo factam diametrum ☽.

860. KEPLER AN HELMHARD JÖRGER IN WIEN

[Linz, 1620]

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 97. Eigenhändiges Fragment

97 Virtutem Horatius Poeta Cubo comparat: qui ut ternas habet dimensiones, sic etiam virtus ad lineamenta cubi trifariam sese porrigit, totiesque in duas velutj partes dividitur. Virtus ex una parte supera considerat, ex alterâ infera: rursumque virtus eadem vel ea quae sunt ante nos respicit, vel ea quae pone, illic scilicet futura, hic praeterita. Virtus denique tota in dextra dividitur et sinistra. Quam diu igitur Ill: G. Tua dextrâ seu secundâ fortunâ est usa, virtutis non nisi dimidium ac vix dimidium sui potuit exserere: restabat u sinistra fortuna locum daret alterj dimidio virtutis, quam totam possides, demonstrandae inque con-

spectum exserendae. Virtutem demonstrasti praecipuam regendis magnis opibus, demonstras nunc etiam carendis. Gratulor illi mentis tuae roborj invicto, de materia hac, sui et excolendj et in apertum proferendj: nec fas esse puto, ut philosophiae cultor super gravi hoc casu virilem animum muliebribus lamentis sibi demulcendum sumat. Vicere, qui tuis inhiabant bonis, casu tuo acerbissimo: Vicisti tu casum ipsum: habeant ipsi aliena, tu propria: Quae tu amisistj, vicissim et à successoribus amittj possunt: quae retines, nec cupient extorquere mali, nec poterit quisquam. Mihi ipsi pretium jacturae tanti patrocinij quod in tuis facultatibus habebam repositum, satis amplum videtur, hujus tuae victoriae gloria . . .

861. VINZENZ BIANCHI AN KEPLER IN LINZ

Venedig, 1. Januar 1620

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 30. Eigenhändig

Perillustris, et Excellentissime Vir.

Quum ex mense Aprilis praeterito ad hodiernam usque diem nullas amplius abs te, cui plurimum ego semper tribui, humanissimas litteras, responsionesque ad dubitatiunculas quasdam nostras acceperim, volo, novo hoc ineunte anno, novas ad te epistolas tradere. Quae quidem tibi non modò immortalem tuorum erga me officiorum, singularisque tuae virtutis memoriam significabunt meam, sed felicissimum hunc quoque novum annum, et alios mille augurabuntur. Pro diebus igitur annos, et pro annis secula habeas. Quoniam verò additum, quem vides, libellum, hunc nostra excudi desideravit Respublica, existimavi uno, † eodemque tempore te ante alios Germanos illius participem facere. Tametsi enim à nobis, ut morem Patriae gereremus, Italico sermone conscriptus est, diversaque à Mathematicorum nobilissimis studijs tractat; quum tamen ad te mittatur, qui maximè in omni genere doctrinae es versatus, nihil refert, uno eum, vel alio idiomate, et unâ, vel aliâ facultate extare. Munusculum libenter accipe: et dantis animum, non rei datae exiguitatem specta. Quod mihi sanè tantò gratius fuerit, quantò magis tibi, ac si totius Germaniae Apollini, hoc nostrum opusculum fuisse oblatum, persuaseris. Amicis autem tuis studiosissimi tui alterius amici votum si ostendes, maiora mea erga te officia videbuntur. Vale. Venetijs, Kal. Januar. MDCXX.

Excellentiae Tuae Officiosissimus

Comes Vincentius Blancus

30* Perillustri, ac Excellentissimo Viro, Domino Domino Joanni Keplero, Mathematico Caesareo. Pragae uel ubi reperitur.
Lynntz

862. KEPLER AN VINZENZ BIANCHI IN VENEDIG

Linz, 13. Januar 1620

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 31. Eigenhändiges Konzept

31 Salutem et foelix auspicium ineuntis anni vicissim precor.

Illustrissime Comes. Ab ijs literis, quas Pr: Id. Martij anni 1619 scripsisti, primas nunc accipio Cal: Jan: anni 1620 currentis signatas. Cum enim mercator ille Venetus Schoper dictus, ejusdem Mercatoris Welsensis negocia Venetijs gerat, cujus negocia Lincij gerit Pergheimerus: plenus ego admirationis super tuo silentio, quotidie ferè accessi rogatum, nunquid Venetijs acceperit literarum. Jamque convenit inter nos, scriberemus ad Schoperum, rogantes de rebus Ill^{ae} C^{is} T^{ae} quonam essent illae loco. Nunc fasciculum istum non Pergheimerus, sed tabellarius Salisburgensis Welsium attulit deditque tabellario alij Lincium currenti et mercedem cursoribus publicis solvendam à me exegit. Nisi fallunt me istae circumstantiae repudiat mercator Welsensis haec internuncia: forte quia per Schopperum ipsi negocium dedisti, numerandi pecunias pro libris: nam acceperis libros nec ne, adhucdum incertus sum, literaeque, quibus id proculdubio significasti, fraude talium πλεονέκτων interciderunt. Itaque ratus occasione utendum, eadem viâ è vestigio rescribere volui, ut scires, quid ageretur. Quod si rescripseris occasionem ostende, quâ transmittam libros I. II. Harmonicorum cum figuris aeneis pauculis, et titulo generali, et si vis, totum exemplar aliud melioris papyri, quod Nonis demum Januarijs per supplementa Francofurtensia integratum mihi est. Edidi et Ephemerida in annum 1620. et tractatum triplicem de Cometis, librum in Italiâ vix vendendum, quia salvo apparentias Cometae per ejus trajectum aequabilem rectilineum in aethere, et per motum Telluris circa Solem. Si tamen petis, aut mittam adjunctum caeteris, aut exemplum Augustâ poteris habere; nam ibi est impressus.

Stupendae eruditionis tuae documentum luculentissimum, strenae loco transmissum accipio grato animo, inque thesauris habebo rei literariae; sed et idoneis in hac provinciâ patronis meis ostendam, si prius ipse pellegero. Etsi linguarum exoticarum peritus minimè sum; vene-

ror tamen omnia antiquitatis documenta, inque eruendis ijs interdum et ipse laboro. Vale Ill^{e} D^{e}. Dabam Lincij 13 Jan: 1620.

I. C. T. Observantissimus

J. Kepler

863. NIKOLAUS VICKE AN KEPLER IN LINZ

Rapse, 31. Januar 1620

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 364. Eigenhändig

Nobilis atque clarissime Vir amice obseruande. 364

Salutem cum faelici, noui anni auspicio, faeliciori progressu, faelicissimo exitu precor, et ex animo precor.

Ternas, spacio duorum Mensium ad te dedi literas, ad nullas responsum accepi, aut dubito ad manus tuas peruenisse, aut suspicor, te memoriam mei deposuisse, aut occasionem scribendi, tibi fuisse ereptam. Vt autem reipsa videas, me te amare, et amicitiam tuam magnifacere, hanc opportunam et certam occasionem negligere noluj, intellecturus quo modo cum tuis valeas. Praesentium lator meo nomine pecuniam expendet pro tuis Ephemeridibus. Amicè igitur rogo ut illum ad Typographum remittas, et efficias ut pro mea pecunia Ephemerides tuas anni 1617. 1619. 1620. vna cùm alijs tuis scriptis, si quae à te, spacio quadriennij publicata sint, habeam.

In praefatione Prognostici tui facis mentionem Tabularum Rudolphearum, quod nimirum fermè ad finem perductae sint. Gaudeo et gratulor tibi ex animo. Vtinam lucem viderent, et ad meas quoque manus peruenirent. Sed cum absque dubio non tam cito lucem sint visurae, pro nostra amicitia te rogo, ut mihi modum communicare uelis, per quem motui Planetarum in Ephemeridibus Stadij aut Leouitij posito, aut addere, aut demere possim, ut certum motum iuxta Tychonis et tuas obseruationes habeam. Feceris mihi rem gratissimam et omnibus modis demerendam. Quibus te valere optimè cupio. Raptim Rapse die vlt. Jan. Anno 1620. Quo omnia in peius ruent et 1260 dies Apocalipticj ad finem tendunt.

T. T.

Nicolaus à Vicken

Nobilissimo atque Clarissimo Viro Domino Joannj Keplero, S. C. M. ordinumque Austriae Supra Anisam Mathematico dignissimo etc. amico Certissimo 364v

864. JANUS GRINGALLETUS AN KEPLER IN LINZ

Brünn, 4. Februar 1620

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 353. Eigenhändig

353 S. P.

Clarissime et Excellentissime Vir, Decreveram quidem prima qualibet occasione ad te uberius de itinere nostro et ijs quae acciderunt scribere: sed cùm tabellarius ex inopinato mittatur, jam supersedebo: Illud tantum dicam quod et frigidissimum et gelidissimum tempus fuerit, aërque Hungaricus non usquequaque sanus: foeliciter Domini Legati functi sunt sua legatione, Confoederatioque jam conclusa est; ulterius tamen dilatabitur et confirmabitur ad proximum mensem † Maij. Princeps Gabriel die 20. Januarij profectus est Posonio cum toto exercitu suo constante circiter sex hominum millibus, ipse aegrotus: quo die et nos, post bidui moram, profecti sumus cum Comite de Hohenloë hora noctis undecima propter occultas quasdam causas: inde venimus in Moraviam in urbem Brin, in qua jam per decem dies commoramur. Hodie expectatur adventus Regis Bohemiae, qui homagium à Moravis accepturus est. Die Veneris praeterita, quae fuit 31. Januarij, hora nona vespertina obijt Generalis Bernhardus de Saldern, maximo cum omnium luctu. De urbe Niclesburg hoc spargitur, captam urbem, arcem arctè premi, capitaneumque arcis occisum, obsessos de redditionis conditionibus tractare, petere ut sibi liceat cum novem carris onustis et sarcinis exire; quod obsidentes concedere nolunt, praedam enim ibi suam Dampetrus habet. Polonus cum Turca et Moscovita pacem sanxit, eo consilio ut Ferdinando opitulari possit, metusque magnus est ne irruat in Silesiam. Occultè audivi nos in Transylvaniam profecturos ad Principem Gabriel, de quo tamen nihil adhuc certi habeo. Ne otiosus essem in hac peregrinatione, mecum assumpsi exemplar Tabulae Logarithmorum ad rotundos, ex qua jam absolvi Tabulam Proindicum ☿, et incoepi trium superiorum Planetarum Proindices eadem methodo supputare. Generosis meis discipulis officia mea, et Domino Fischero plurimam salutem meo nomine defer. Vale quàm optimè cum uxore liberisque tuis. Brunâ Moravorum 4. Februarij 1620.

Tui studiosissimus et addictissimus

Janus Gringalletus

353v Clarissimo et Excellentissimo Viro Domino Joanni Kepplero, Ordd. Austriae Superioris Mathematico, Domino fautori meo semper colendo. Lintzium

865. JOHANN BAPTIST HEBENSTREIT AN KEPLER IN LINZ

[Ulm], 1. Februar [1620] (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 391. Eigenhändig

Nobilis, Clarissime Vir, Domine et Fautor plurimùm colende. Nescio 391
utrum Cartelius quidam, vir sanè eruditus, et humanitate sin- †
gularj, meas tibj reddiderit: Per equidem invitus amicos molestiâ illâ
afficio, quam interdum ipsis afferunt ingratj et impudentes aeruscatores.
Cartelius tamen alius videbatur, quemque consilio juvares dignissimus.
Sed quid narrem tibi? Hic habes Gigantem meum, quomodo enim aliter
appellem chartas istas, qui ex Peripato cum crassis fumis non dubitarunt
ire oppugnatum ispam Jovis sedem? Sed bene acceptus sum à quodam
nupero Doctore Habrechto, qui ita enervavit nostra, ut jam velut
Enceladus sub Aetna mihi jacere videar. Librum, in quo etiam tua
dignitas tangitur, si haberem mancupi, mitterem: sed duo duntaxat
scio apud nos esse exemplaria, ipse possessor neutrius, et inspector
solùm usurarius vnius simpliciter et bona fide, ἄνευ ὑποθετικῆς ἤγε προσ-
ωπικῆς μάχης exposuj veterem sententiam, Mathematicorum aeque atque
sceleris alicujus mihi conscius. Hoc enim sibj vota volunt mea, tecum
esse, te venerari Dictatorem. Quid enim ab isto fastu Habrechtiano
facis mihi accedat? ♂, nullo instrumento adjutus, solo στοχασμῷ, sine
collatione vicinorum astrorum, aspectu prolixissimae monstri caudae
commotus, exclamavi, Alemanis, imò Europaeis minitarj, quod soleat:
non poteram ergo, si Arcturus fuit, aut ut alius putat, Spica ♍, huma-
niùs moneri? Haec de Habrechto. Plura, si tempus ferret nunc; aliâs †
verò, ubj feret. Jamdiu tua eximij promissi nuncia ad valvas nostrates
fixa haeret papyrus. Vtinam Alfonsus aliquis essem! Sed obsecro, quid
tu de Faulhabero? Si scripta dignaris inspicere hominis, propediem
habeas faxo. De Ephemeride tua te amo. Scripsi, si bene memini de
Fastis tuis Germanicis: quorum imposterum sed in tempore, asses ter-
nos quaternosve mihi mittes, meo periculo. En tibj tandem rationes
nostras! Proximè, ubj voles, et aliud quid petes; aut istuc ipsum, aut
praesentariam mittam pecuniam, et modò possem, Cor illud meum,
quod expectorare non dubitarem, si tuae ἀκροάσεως fieri possem parti-
ceps. Sed, quid si fata aliquid velint? Velint, modò εὐκαίρως. Quasi verò
Deus ἀκαίρως agat! Sed haec inter gemitus tussientium liberûm. Tu
clarissime Vir, bono Reipublicae charissimae vale. Dabam Kl. Febr.
St. Vet.

T. Dignit. et Excell. deditiss.

Hebenstreittus

39 III Viro Nobilj et Magnifico, Domino Joh. Keplero, Mathematico Caesareo, et Incl. Austriae Procer. dignissimo Domino et
40 fautorj venerando. Ad Lenzios

866. JANUS GRINGALLETUS AN KEPLER IN LINZ

Brünn, 15. Februar 1620

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 354. Eigenhändig

354

S. P.

Venissent, Clarissime Vir, literae tuae unâ die, aut quinque etiam horis citius, poterant de meliori nota commendari negotia tua apud
† Regiam majestatem et Legatos Silesiacos: redditae sunt die 14. Februarij hora 4. vespertina, postridie discessus DD. Silesitarum, et quinque horis post abitum Regis: Dolui certè amissam tam egregiam occasionem; non destiti tamen inquirere de aliâ quapiam: Itaque post communicatas illas inclusas copias Illustri et Generoso meo, nec non D. Giengero, nactus sum occasionem illas mittendi Olmutium per eum ip-
10 sum tabellarium qui eas mihi reddiderat, quem Giengerus aliis de causis Olmutium versus cum literis ad Regem expedivit: easque commendavi cuidam meo conterraneo et cognato mihi familiarissimo et amicissimo, qui est in servitijs et comitatu Illustrissimi et Generosissimi D. D. Wenceslai Wilhelmi de Rupach supremi Bohemiae Cancellarij et Camerarij, qui eas certo tradet iis quibus opus est. Generosus meus post lectas illas copias hoc responsi dedit, Silesitas quidem pollicitos esse quaedam Caesaris debita persolvere, inter quae si hoc tuum repertum fuerit, certò tibi solutum iri: non enim omnia Caesaris debita solvere promiserunt: addebat et hoc, velle se authorem tibi esse de suscipiendo itinere
20 Vratislaviam, idque quàm citissimè, ut possis ibi tum Regiae Majestati, tum Ordinibus Silesiae tuas res commendare: cùm enim quamplurimis officiarijs regis notus sis, non dubitat quin cum fructu bono illud iter faceres: posset et ipse te per literas commendare apud eos qui tum ipsi tum tibi favent. Tuum igitur erit de his cogitare. Amisimus in hac nostra peregrinatione Brunae D. Balthasarum Kesselboden, septem oppidorum Austriae superioris legatum: qui cùm febri Hungaricâ correptus esset, post quindecim dierum decubitum obiit die Mercurij 12. Februarij, et sepultus fuit sequenti die. Plurimi alij in comitatu nostro non semper bene habuerunt. Sarcephalum illum, ad quem Ephemerida mit-
30 tis, nemo hic novit. Paramus reditum ad crastinam diem quae erit dies Solis 16. hujus; quam viam ingressuri simus nescio, sed tamen peri-

culosissimam metuo, Deus det meliora. Non datur nunc occasio scribendi Posonium, sed primam quamcunque non negligam. Vive et vale foelix et incolumis cum uxore liberisque tuis. Brunâ 15. Februarij 1620.

Tui studiosissimus, et ad omnia officia paratissimus

Janus Gringalletus

867. WILHELM SCHICKARD AN KEPLER IN LINZ

Tübingen, 19. Februar 1620 (a. St.)

Pulkowo, Sternwarte, Kepler-Mss. Bd. XI, Bl. 220. Eigenhändig

Plurimam salutem et paratissima officia. 220

Litteras tuas, Vir celeberrime, Domine Fautor plurimùm colende, vnà cum observatione postremae Eclipseωs et libello quodam Arabico, accepj: sed illius observationis descriptum Exemplar, tunc in summa Tabellarij festinatione, et domesticis quibusdam meis occupatiunculis, Argentinam mittere nequivj. Hactenus verò per ocium descripsj, et Mercatorj cuidam illuc deferendas dudum tradidj, quod ante triduum vel quatriduum demum factum esse puto. Interim expecto responsum Domini Berneggerj, quod porrò ad te quoque mittam. Ipsum Autographum Domino Maestlino communicavj, qui pro more suo rem indies procrastinat, nec dum, quamvis vrgentj et assiduè interpellantj, quicquam respondit. Instabo tamen vlterius, et quid sentiat, proximâ occasione referam. Arabicum libellum cuidam N. Reichardo, in Illustrj Collegio hîc degentj, et eius linguae satis perito concredidj, qui nondum reddidit, sed quasdam pagellas se versurum promisit, quas vnà cum libello tibj transmittam. Nil Astronomicj inesse dicit, sed plurimùm Magiae et exorcismorum. Redeo ad observationes. Illas si Maestlino extorquere possibile est, ad te perferrj curabo. Meae nullae sunt. quanquam enim hoc fine montem Arcis conscenderam, et organis instructus huic rej advigilaram, confluebant tamen tot passim studiosj, et me (qui domj vix tres coelj vlnas possideo·) in publico loco observaturum, importunis suis interpellationibus impediebant, adeò vt illorum pertaesus, addo et frigoris impatiens, omnem hanc curam Maestlino eiusque filio reliquerim, quos sciebam domj suae, sine obstaculo, proinde longè commodius, et procul dubio quoque accuratius huic rej vacare. Plura nunc non habeo. Hisce vos Austriacos protectionj Dej Zebaoth devote commendo. Vale Vir Clarissime, Decus Mathematum notissimum, et diu vale Calculo tuo novo. 19. Febr. 1620. Tubingae.

P. D. T. officiosissimus

W. Schickhardt

220v Clarissimo et Excellentissimo Viro Joannj Keplero, Mathematico Nobilj apud Austriacos supranisanos etc. Domino et Fautorj meo plurimum honorando. Lintz

868. NIKOLAUS VICKE AN KEPLER IN LINZ

Horn, 29. Februar 1620

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 365–366. Eigenhändig

365 S. P. Nobilissime atque Clarissime Vir amice obseruande.

Ternas ad te dedi literas praesenti et praeterito anno. Ad nullas autem mihi responsum fuit. Vnde suspicor, aut ad manus tuas non peruenisse, aut te memoriam deposuisse mei. Nactus autem per domesticum tuum scribendi occasionem, eam negligere noluj, amicè rogans ut Vickij tui memor, eundem participem facias tuorum scriptorum nimirum, Ephemeridum Annorum 1617. 1619. 1620. Librorum item Harmonicorum et Cometicj, de quibus domesticus tuus mihi narrauit: Ad dominum Doctorem Georgium Eberlinum Medicum Austriae inferioris scripta cum consignatione, quantum pro ijs exoluendum, mittas, et tibi bona fide precium remittetur. Vtinam Tabulae Rudolphinae uel Ephemerides tuae (·quarum fecisti mentionem·) lucem propediem viderent; sed dubito an Visurae sint vnquam lucem. Tempora enim instantia uel tertium seculum spiritus Sanctj, quod prae foribus est, impedient omnia: quâ de re Prophetas Danielem: Esaiam: Jeremiam: et caeteros, praecipuè Diuj Joannis Apostoli Apocalypsin consulas, et mirabilia scituque digna inuenies. Caeteroquin studia mea indefessa tibi deferens, optimam à Deo valetudinem precor et ex animo precor. Vale et amantem te redama. Dabantur Hornae die vlti. Feb. 1620.

T. T.

Nicolaus à Vicken
Vranopolita

366v Nobilissimo atque Clarissimo Viro Domino Joanni Keplero S. C. Maiestatis ordinumque Austriae supra Anisam Mathematico dignissimo etc. amico suo certissimo.

3) suscipor

869. WILHELM SCHICKARD AN MATTHIAS BERNEGGER IN STRASSBURG

Tübingen, 20. Februar 1620 (a. St.)

Original unbekannt. Erster Druck: Epistolae W. Schickarti et M. Berneggeri mutuae, Straßburg 1673, S. 3–5

S. Pl. et officia Paratissima.

Clarissime et Excellentissime Vir. Mitto D. V. recentis Eclipseωs ☽, à Domino Kepplero, Amico meo honorando, Lintziis habitae, exemplar hoc, ab Amanuensi meo, malâ quidem picturâ, sed meliori fide descriptum: Quod ut V. D. cum suis observatis haud gravatim conferat, et porro quoque ad D. D. Johannem Remum Quietanum, Serenissimi Leopoldi Med. et Mathemat. illius copias transmittat, idem Kepplerus, et ego ipsius nomine obnixè rogamus. Metuit ille ex hac Eclipsi quandam Rudolphini sui calculi ruinam. Quod invitus audio! sed forte errorculus aliquis in assumptarum stellarum locis latet: aut sin illa sunt justa (id quod ex protocollo Tychonico, sibi ab haeredibus concredito, facilè et solus omnium optimè dijudicabit) data fortassis non sunt sufficientia, nec satis ad tàm subtilis rei inquisitionem accurata. Quid enim hoc est? Constituere ☽ Rectum ad certas fixas? Nescitur adhucdum praecisus situs, quandoquidem omnia semicircumferentiae puncta ad diametri extremitatem sunt recta. Sed caetera, prae aliis curis nondum examinaui. Differo in ociosius tempus. Interim benè valeat V. D. meque sibi benevolè commendatum habeat, atque temerariam, ad ignotum scribendi audaciam, non mihi sed Kepplero roganti, et communibus studiis imputet. Tubingae d. 20. Februar. Anni 1620.



870. CHRISTOPH BESOLD AN KEPLER IN LINZ

[Tübingen], 1./11. März [1620]

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 261–262. Eigenhändig

S. 261

Nobilis et amplissime Vir, adfinis et amice suspiciende! Exemplar Harmonicorum, Academiae nostrae destinatum, Rectori et Senatui pro more exhibui, munusque solemnibus ornavi verbis: sed honorarium obtinui spe praeconceptâ minus (4. nempe qui hîc sunt taleros

imperiales) non quidem meâ culpâ, nec quòd de benevolentiâ nostratium non amplissima quaeque tibi debeas polliceri, sed quia Aerarij nostri ea inopia est, ut sumptibus undiquaque parcere cogamur. Pro exemplari quo me Bibliopola Tampachius donavit, cùm et tuo intuitu factum siet, gratias promeritas ago. Tertium quod Bidembachio destinâras, jam diù est quod Maestlino (et quidem ex tuo jussu) eoque fine dedi, ut operi praeficeret commendatitiam praefationem; sed multis monitionibus id impetrare nequivi. Sanè, ut tibi quid sentiam in aurem dicam: aut invidia et aemulatione laborat, aut non placet ipsi audax
261v tuus, sed ingenuus omnique laude dignus hic conatus. | Exemplar repetere, incivile, nisi tuo praescitu esse judicavi. Nos hic vivimus inter spem pacis, et metum tristissimi belli: in hoc uno felices, quòd non nisi passivè harum calamitatum participes futuri sumus. Res enim in Aulâ agitur à paucis ijsque peregrinis, ut ferunt. Nos rerum quae geruntur ignarissimi omnino sumus: et humili mente expectamus quid ver instans vehet. Deus parcat suis; cuius castigationes, si patienter sustineantur, remedia sunt. Et sanè morbidi nos omnes, imò nil publicè nec privatim sanum est, etiam apud nos: ita ut felicium temporum, nec digni vel pares existamus. Sic valeamus in Deo: cuius misericordiae, omnes eam adpetentes, devoto corde commendo. Salve et Vale

à T. addictissimo

Raptissime $\frac{1}{11}$. Mart. C. B.

262v Nobili et Amplissimo Viro, Domino Johanni Kepplero, S. S. Caesar. Majest. et Inclutorum Austr. Ordin. Mathematico, adfini et fautori meo suspiciendo.

871. MICHAEL MÄSTLIN AN KEPLER IN LINZ

Tübingen, 2. März 1620 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 46–47. Eigenhändig

46 Salutem in Christo plurimam, inprimis protectionem Dominj Dei nostrj, quem ardentissimis votis inuocamus, his periculosissimis temporibus, precor toto pectore. O Deus vota haec habe rata. Amen.

Legi Epistolam tuam ad Dominum M. Wilhelmum Schickhardum, communem nostrum amicum datam. Sed quoties eandem relego, tantò magis magisque inuoluor, adeo vt quod petis, ego nec mihi satisfacere possim, praesertim cum obseruationes in Eclipsi Lunari superioris Anni ad stellas in pede II, nihil certi mihi exhibeant, nisi crassiorem

quendam situm, et platicè obseruatum: cum tamen ea in re certior aliqua distantiarum proportio fuisset determinanda. Angulorum enim maior minorue obliquitas, eaque dubia satis, nihil certi definit, nisi etiam in triangulo inter Lunam et stellas laterum aliqualis proportio indicetur. Idcirco dubitandum etiam mihi, num de ☽ae parallaxi, locoque eius apparenti quaeras, quia is cum stellis non concordare videatur? an de stellarum illarum (· atque inde in vniuersum de omnium stellarum ·) certis locis dubites, quia nonnihil cum ☽ae apparenti loco non conueniant? Verum tandem puto de Stellis esse quaestionem. Ego verò è contrà, non de Stellis, sed de Lunae parallaxi quaerendum existimarem. Ea enim mihi (· vt pace tua dicam ·) non parum suspecta est. Nam si Lunae parallaxis (· in verticali ·) tempore mediae Eclipsis, quando eius distantia à vertice erat 51 gr. circiter, fuit 62′. 10″. oportet vtique Lunae à terra distantiam minorem fuisse quam 44. semidiam. terrae. Sed ista relinquo.

Praedictam Eclipsin ego et filius meus diligentia, qua potuimus, maxima obseruauimus. In principio inuenimus Arcturi altitudinem versus orientem $14\frac{1}{2}$ gr. Sirij ad occasum 22. gr. et quam proximè $\frac{3}{4}$. Sinistri pedis Orionis etiam occid: paulo minus quadrante vltra 21. gr. hoc est quam proximè $21\frac{1}{5}$ vel $21\frac{1}{6}$ gr. Harum Stellarum loca ex Tychone desumpta, indicarunt mihi Ascens. R. M. C. 117°. 42′. (· vno saltem minuto differebant ·) Cumque ex Tychonis numeris esset locus ☉ in medio Eclipsis 29°. 2′. 29″ ♐, motusque horarius verus 2′. 36″. erat eius Asc. R. in principio 268°. 53′. et distantia à Meridie 208°. 49′. In fine Eclipsis Arcturi altitudo fuit $44\frac{1}{2}$ gr. orient. Ergo Asc. R. M. C. 163°. 43′. sed Asc. R. ☉ 269°. 1′. igitur distantia ☉ à merid. 254°. 42′. Et sic initium fuit hor. 1°. $55'\frac{1}{4}$ finis hor. 4°. 58′ $\frac{3}{4}$ post noctis medium. Atque sic tota duratio horarum 3°. $3'\frac{1}{2}$. vel quam proxime hor. 3°. 4′. et dimidia duratio hor. 1°. 32′.



ABC Meridianus
D gradus culminans 23°. 24′ ♌
E locus ☽ verus 29°. 3′ ♊
B Zenith
F polus aequatoris

Tu in principio obseruasti stellam Aldebaran 58. gr. à vertice: sed addis: quasi vnum minutum post principium, etc. Quae verba num de obseruatione, an de horologio Domus Provincialis, quod tum habebat horam secundam, intelligenda sint, incertus sum, alioqui haec stellae à vertice distantia exhibet horam 2°. 16′. post medium noctis. Quod si hoc ipsum fuit principium, sequitur medium eius incidisse in horam 3°. 48′. Quo tempore Asc. R. Med. coeli erat 145°. 46′. et gradus culminans 23°. 24′ ♌. Locus etiam ☽ verus 29°. 3′ ♊. In Schemate hoc

D grad. culminans 23°. 24′ ☊. eius declinatio (·ex Tychonis Tab.·) 13°. 45′. bor. sic declinatio E gradus Lunae est 23°. 31′. Dantur igitur per complementa eorum, arcus DF 76°. 14′. EF 66°. 29′. item latus DE à M. C. ad ☽ 54°. 21′.

Ergo in triangulo DEF datis tribus lateribus, dabitur etiam angulus ad D, per calculum 70°. 44′.

Deinde in triangulo EDB datus nunc est angulus ad D. datur etiam DB distantia gradus culminantis à Zenith 34°. 30′. et DE 54°. 21′. Quod triangulum, quia obliquangulum, ideo per perpendicularem arcum BG, resolutum in duo rectangula, habet in triangulo BGD, datum ad D angulum, et BD latus, cum angulo ad G recto: Ideo dabit calculus latus BG 32°. 19′. et GD 12°. 47′. quod GD ex DE ablatum, relinquit in altero BGE itidem rectangulo, latus GE 41°. 34′. inde dabit calculus, latus BE 50°. 47′. distantiam loci ☽ à vertice, et angulum GEB, sectionis Eclipticae cum verticali, 39°. 14′.

Hoc sectionis Eclipticae cum verticali circulo, angulo cognito, potest facilè parallaxis in verticali resolui in parallaxin longitudinis et latitudinis. Sit enim in triangulo ABC angulus ad A rectus, angulus autem ad B modo inuentus, BC verò sit parallaxis in verticali. Hoc calculo huius rectanguli latera singula pro rectis lineis haberi possunt, propterea quod admodum sunt exigua et à rectis nulla sensibilitate differunt. Igitur angulus ad C fiet complementum eius qui ad B, videlicet 50°. 46′. Igitur laterum proportio non ignorabitur, sed ex BC latere in verticali, dabitur BA parallaxis longitudinis in Ecliptica, et AC parallaxis latitudinis.



[Qui calculus per Logarithmum producitur, etsi videam eum cum veritate consonare; quia tamen eius fundamentum ego hactenus eruere non potui, adeo vt suspicer, Authorem eius datâ operâ pro fundamentali numero posuisse aliquem numerum non rotundum, qui inuestigatu si non impossibilis, attamen longe difficilimus sit: à me non vsurpatur. Indignum enim Mathematico iudico, velle videre alienis oculis, et niti vel pro demonstrationibus vendere velle, quas demonstrationes ipse nescit. Nam ipsum dubium semper esse necesse est, num calculus qui decies, vel centies non fefellit, etiam non aliquando decepturus sit. Ideo ego vtor calculo non, quem demonstratum credo, aut opinor, sed quem demonstratum scio.]

Si ergo parallaxis ☽ sit in verticali BC 62′. 10″. erit parallaxis longitudinis BA 48′. 9″. et latitudinis AC 39′. 19″. Haec longitudinis parallaxis ablata ex loco vero ☽ 29°. 2′. 34″. relinquit locum apparentem 28°.

14′. 25″ ♊. Latitudinem ☽ veram, quam disertè non indicas, ego sic rimatus sum. Cum in Ephemeride ponas semidiametrum ☽ 17′. 1″. et vmbrae 48′. 36″. atque digitos deficientes $10\frac{1}{3}$. ideo digiti $4\frac{1}{3}$. quibus ☽ vltra semidiametrum deficere debebat, aequant 12′. 18″. et tanto interuallo oportuit Lunae centrum in vmbram fuisse ingressum. Quare vera latitudo eius fuit 36′. 18″. bor. At parallaxis latitudinis erat 39′. 19″. Quare apparens latitudo ☽ erat 3′. 1″. austr. Ergo nunc fiat comparatio Lunae cum stellis in pedibus ♊.

Apparens locus ☽	28°. 14′. 25″ ♊	0°. 3′. 1″ austr.	
Prior stella in pede ♊	28. 8. ♊	0. 58. 30 bor.	100
Altera ∗ ibidem	29. 59. ♊	0. 52. 30 bor.	
Hinc distantia apparens	centri ☽ à priore stella	1°. 2′	
	centri ☽ à posteriore stella	1. 44	
	Stellarum à se mutuo	1. 51.	

Hic verò dissimulare non possum. 1. Magnitudinem defectus ego longe aliter obseruaui. Cum enim ea esset maxima, valde exigua portiuncula remansit lucida, quae nimirum vix vnius digiti quadrantem aequabat. Obseruaui ego et filius meus tam per diuersa, et permutata telescopia, quam accurata absque ijs inspectione. Defecisse igitur eam nequaquam dubitamus, digitis 11. cum dodrante ($\cdot 11\frac{3}{4}\cdot$). Hoc argu- 110
mento constat, latitudinem eius veram minorem fuisse quam 36′. 18″. bor.

2. In primis verò nimia illa parallaxis mihi suspecta est quae vt suprà attigi, in distantia ☽ à vertice $50\frac{4}{5}$ gr. postulat distantiam ☽ à terra non integrarum 44. semid. terrae. Nam qualium schemate hoc proximo recta DC est sinus totus, talium anguli BAC 50°. 47′. complementi, hoc est anguli DCA 39°. 13′. foecundus seu tangens metitur rectam DA 81606. partibus, Hypotenusa verò seu secans metitur rec- 120
tam AC 129072. Si ergo parallaxis ☽ tum sit angulus ACB 1°. 2′. 10″. fiet angulus DBC 51°. 49′. et DCB 38°. 11′. Quare foecundus DB 78645. quae DB ablata ex DA, relinquit Terrae semidiametrum BA earundem partium 2961. Sed qualium BA est semidiameter vna, talium AC 129072. emergit semidiametrorum terrae 43°. 35′. Atqui tantam propinquitatem ☽[ae] ad terram, nec Copernicus, nec Tycho admittit, quorum ille omnium proximam in □ facit tantummodò 52°. 17′. hic 52°. 24′. Quod si ergo Lunae distantia praesupponatur maior, fiet etiam parallaxis tantò minor, 130



116) BC 118) BCA 119) DB

atque inde etiam Lunae apparens locus se omnino aliter habebit ad stellas illas fixas duas. Vt, si assumatur parallaxis 48′. quantam Tabulae Prutenicae in ea à vertice distantia suppeditant, emerget in triangulo ABC superiori, parallaxis BA longitudinis 37′. 11″. et latitudinis AC 30′. 22″. Vnde habebitur locus ☽ apparens 28°. 25′. 23″ II. et latitudo apparens 5′. 56″. borea. itemque distantia apparens centri ☽ à priore stella 55′. et à posteriore, vt suprà 1°. 44′. Forsan autem Lunae vera latitudo, quam omnino minorem fuisse iudico ex eo, quod Luna vlterius in vmbram fuit ingressa, similiter aliquid varietatis superinducet.[1]

46v De Eclipsi antecedente in mense Iunio, nihil certi quod scribam habeo. Coelum enim magis nubilum, quam optabam, erat. Hoc solummodo habeo, quod duratio eius fuit septem circiter quadrantum horae, † longè ergo diuturnior, quam Ephemeris promittebat.

Quae in Epistolae tuae ad M. Wilhelmum calce addis, de iudicio meo de noua calculi forma, etc. id ita habet, quemadmodum me respondisse memini: Multa proposuisti per literas, sed Diagramma non fuit appositum. Ego verò ex nudis literis diagramma conficere non potui, nec adhuc possum, ideo iudicium ferre non possum. Vale optimè, Domine honorande, Deus Clementissimus te tuosque hoc turbulentissimo rerum statu (·quem vos nunc sustinetis, nos quotidie etiam expectamus·) conseruet. Coniungamus preces serias. Actum Tubingae. 2. Martij. 1620.

T. A.

M. Michael Maestlin

47v Clarissimo et Excellentissimo Viro, Domino Johannj Keplero, Caesareo Mathematico peritissimo et solertissimo, etc. Domino et amico fideliter honorando.
Lincij Austriae

872. WILHELM SCHICKARD AN KEPLER IN LINZ

[Tübingen], 2. März 1620 (a. St.)

Original unbekannt. Erster Druck: M. G. Hansch, Joannis Keppleri aliorumque Epistolae mutuae, 1718, S. 678

Quae de observationibus vestris, Celeberrime Vir, Domine Fautor officiose colende, Maestlini nostri sententia sit, ipsemet ad te perscribet. Hoc enim fine Mutschelium ad illum misi: proinde ego brevior sum. Tantum hoc dico: data ipsi videri insufficientia ad paral-

laxeos inquisitionem: non enim (ajebat proxime, dum haec per occasionem expiscabar) satis est, dicere, quod faciat Luna rectum angulum ad quasdam fixas; nesciri tamen adhuc situm ejus, quandoquidem omnes situs in semicircumferentia ad extremitates Diametri sint recti. Loquatur plura praesens Schema; quod ad mentem illius appingo: sin aliter probe intellexi. Sed his vulgaribus missis, ad nova et insolita, et miranda me converto, quae apud nos geruntur. Asseruit Idem Maestlinus nuper in promotione quadam Magistrorum publice in plurimorum omnis conditionis hospitum frequentia, illos, quos in Luna putamus esse incolas



Fieri quis posse putaret?

Hominem philosophicae veritatis alias, plus aequo timidum dissimulatorem, eo ingenuae confidentiae progressum, ut, quod paradoxon diu tacite fovit, semel etiam atque iterum in angulo aliquo mussitavit, nunc, abjecto omni isto servili pudore, posthabitis etiam Theologorum praematuris, (ne quid gravius dicam) censuris, in publico tot eruditorum consessu fateri non erubuerit. Macte mi praeceptor! sic itur ad astra. Tu vero quid rides? et placitis tuis, à philosophastrorum nostratium nugis longissime alienis, de hoc etiam vindice, et nunc, quam olim fortiori propugnatore gratularis? Sed vale, Vir Clarissime, et coelos tuos cum bona pace metire. Postridie Cal. Martii 1620.

Arabicum libellum heri repetieram, tibi remissurus: sed domi non offendebatur, cui eum concredidi; excurrit Bebenhusam, Comaediam spectaturus. Hodie si reversus est, denuo inquiram, et, si reddiderit, una cum judicio suo huic schedulae adjungam.

873. KEPLER AN SEBASTIAN TENGNAGEL IN WIEN

Linz, 20. März 1620

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 9737[a], Bl. 16–17. Eigenhändig

S. P. D. *16*

Nobilis et Clarissime vir, Amice honorande. Legatis hujus provinciae Viennam descendentibus, mitto in Bibliothecam tres Annj 1619 exacti foetus. Ephemerida quidem dudum misi, at dubito num sit tradita. Et quia non invenio in consignationibus meis, missa esse Ephemeridum Prolegomena; mitto igitur omnes 4 annos. Ignosce si te obruo, anteà habentem.

Nuper ex haereditate cujusdam nactus sum librum Arabicum, qui mihi paenitudinem ingentem excitavit negligentiae meae: valde cuperem Dom: tuâ praesens frui posse, et ab illa instituj. Putabam me characteres ex Scaligero nosse. At nec ille, nec Megiserus (· 1 Decemb: praeteriti annj mortuus·) in Grammatica satisfaciunt. Misissem librum, si et possessio mihi incontroversa esset, nec aemulos eius metuerem latores. Raritas et Bibliotheculae meae inopia me Euclionem faciunt. Describam igitur librum diligenter, ut Tu, qui plurimorum talium copiam habes, vel ex meis descriptionibus cujusmodi liber sit, conjecturam capere, mihique, quod amicè rogo etiam atque etiam, judicij tui copiam per literas facere possis.

Tegumentum videtur ex corio suillo, in forma majoris octavae, colore bruno, formae impressae repraesentant ramos arborum cum fructibus, et fruticum cum rosis. In tribus faciebus primorum foliorum a dextris viles scripturae sunt, rectae et transversae, videntur et novitiae. Prima vox scripturâ minuta est , plura tentare non audeo. In quarta et quinta facie circa medias, duae sunt circulares planities, totae inauratae, magnitudine Thalerj, aurum in uno coloris optimj et saturj, in altero lividiusculum. In auro scripturae gypsatae seu albae. Plana singula quinis circulis diversicoloribus sunt circumdata, quorum extimj laciniosj aurei, opus diligentissimum. Circum figuras totae facies refertae annotationibus rectis et transversis, prima vox in dextro circulo

Jam in sexto et septimo videtur initium esse libri; idque geminum, quippe in utraque facie hujus aperturae est picta veluti turris multis cum ornamentis floridis, multo cum auro; sub tectis, seu triangulis, in summo apice cristatis, sequuntur parallelogramma caerulea rubris limbis, in caeruleo rhombj totj aurej cùm scriptura gypsata, in singulis diversâ. Sequitur scriptura reliqua sub parallelogrammis, cujus prima
161 linea in utraque facie est ad un'um apicem eadem. Omnia folia limbos suos quaternos habent inauratos, omnes ferè lineae punctis aureis magnitudine lentis, sunt distinctae, novenae in unâ facie lineae. Interdum ad marginem aliquid viliorj scriptura annotatur: crebro in margine occurrit vox , sic fol. 42. 49. 77. 85, semper aurea. In folio 20 et alibj vox , quam nescio an rectè legam Elguph ponitur sub illa priorj in area caerulea, quae auro diversicolore et rosis in circuli formam coronatur. In folij tricesimj calce sequitur parallelogrammum rubrum in quo area ovalis aurea cum albis scripturis. Fol. 52 totus margo impletur annotationibus sursum deorsum et perobliquum, versus exteriora scilicet. Interdum ut fol. 46. 54. 62. 77. 82. 90 videntur nova initia; cum linea initialibus et finalibus verbis aureis scripta et supra infraque lineis vel limbis aureis septa est, fol. 56. 67. 71. 81. 85. 88 etiam tota unius lineae

area aurea est, et scriptura in eâ gypsata. Fol. 73 usque in 87 omnes margines plenj sunt annotationibus continuis, in directum supra infra et ad latus eleganter, minutè tamen scriptis. Tunc fol. 87 rubris lineis triangularj forma deorsum tractis videtur finis indicarj, etsi subjunguntur annotationes charactere minusculo etiam in area. Sed in capite fol. 88 novum est initium, fol. 90 desinunt limbj aurej, locus tamen inter textum et annotationes limbis faciendis relictus est. Et sequitur tandem fol. 94 scriptura illa magnis characteribus, qui expressi diligenter, invenies insertam inter Harmonicorum typos aeneos: de qua peculiariter insto, rogitans, ut discipulum decet, uti D. Tua scripturam illam latinis literis exprimat, et quid significet, subjungat, praesertim verò quid sibi velint subjecti characteres minusculi, an literae sint, et ubi inserendae, quod etiam de duobus superpositis rogatum volo ط et ى . Fol. 95 rursum incipiunt limbj aurej et desinunt fol. 98, ubique plurimum est annotationum. Rursum incipiunt aurej limbj fol. 100: per folia 5, sed crebro occurrunt in area binae lineae transversae aureae, incidentes lineam, quasi brevia essent capita, reliqua 5 folia usque ad finem confuse scripta sunt, sine lineis.

Desinam ineptire, ut initium tu facias erudiendj. Mitto denique etiam opusculum Venetj Protonotarij, quod lectum rogo D. Majero qui tradet † restituas. Vale. Scripsi Lincij die aequinoctij anno 1620.

N. Ex: T. Colens

Jo: Keplerus
Mathematicus patrono orbus

Nobili et excellentissimo viro D. N. Tengnagel, Sacrae Caes: Majestatis Bibliothecario, Domino meo observando. Wien

874. PETER CRÜGER AN PHILIPP MÜLLER IN LEIPZIG

Danzig, 17. April 1620 (a. St.)

Paris, Bibl. de l'Observatoire, 89, 9. B. 24. Eigenhändig

. . .

Iam ad Kepplerum. Opus eius de Marte oppidò requirit hominem ab omni alia cogitatione liberum nec id uno die sed integro anno, donec apprehendi per omnia possit. Ausim dicere, Virum studiosissimè obscuritati et perplexitati dedisse operam. Composuit ipse tabulas, sed non addidit. Maginus et ipse ex hoc Opere tabulas ♂ construxit, suoque Ephemeridum Supplemento inseruit. Quod Kepplerus scribit, Maginum

istas tabulas supputasse rectiùs quam alii, forsan motus est calculo et verbis Magini, cum pag. 17. editionis Francofurt. inquit: Hic noster computus consentit cum observatione, sed ex suis tabulis Kepplerus supputavit ♂tem in 17° 44′ 19″ ♋. Vnde conjicio meas esse fortassis exactiores. . . . Harmoniam Mundi Kepplerianam nondum attentè pervolvi. Videtur hoc Opus aequè obscurum ac Martiale. Optas me tibi viciniorem: item ego te mihi. Solus hic sum qui ista tractat, nec semper sed horis tantum à praxi Geometrica (quae Astronomiam in me sustentat) vacuis. Libri huius Autoris Cometici ad stabiliendum motum Cometarum rectilineum ingeniosissimè sunt conscripti. Sed tamen huic motui Cometarum subscribere non possum. . . .

875. KEPLER AN DEN SENAT VON AUGSBURG

Linz, 30. April 1620

Augsburg, Staats- und Stadtbibliothek, Akten d. Stadtbibl. betr. 1578–1799, No. 65. Abschrift

Edle, Veſte, Hochgeachtete, Ernveſte, Fürſichtige vnd Hochweiſe Großgunſtige Herrn: E. V. W. vnd Gunſt ſind meine arme Dienſte jederzeit bevor.

Demnach Ich von dieſer Zeit hero, alß E. V. W. vnd Gunſten mittels etliche nach Prag an den Kay: Hoff abgeordnete mich alda khennen gelehrnet vnd mir zue mehrmahlen nach geſtalt Ihrer verrichtungen vnd Aemptern Großgünſtige Befürderung ertzaiget, in meiner Astronomischen profession dartzue Ich von Beyden Jungſt abgeleibten Kayſern beſtellt wardt, die ſachen vmb ein guetes weiter gebracht, dann vnſern Vorfahrern bekhandt geweſt, in maßen auß meinem neuligſt in Truckh verfertigten Werkh Harmonice Mundi gnuegſamer augenſchein fürhanden: Dahero zue hoffen, das ſolches ein Werckh ſeyn werde, das auff die Nachkhommen gebracht vnd perpetuirt werdten ſolle: Inmittels aber vnd an jetzo auß Gottes Verhengnus ſchwere Khriegsläufften eingefallen, vnd noch mehrere für der Thür, durch welche nicht allein alle gewerbe gehindert vnd das Bücher khauffen bey manchem privato eingeſtellet wird, ſondern auch die authores, scribenten, vnd dero gantze Werkh, vnangeſehen ſie in Truckh gebracht, in gefahr ſtehen, ſonderlich wann es dergleichen Materien ſeind die ſonſten nit Jedermans verſtand oder erluſtigung bequemlich: alß habe ich vmb der Ehre Gottes willen, die durch entdekhung ſeiner Werkhe in meinem Buch gefürdert wird für guet geachtet, von demſelben Werkh ein Exemplar auff Schreibpapier bey E. V. W. vnd Gunſt, alß in deren fürnembeſten vnd Elteſten des H. Römiſchen Reichs Stätten einer Bibliotec vnterzuebringen vnd gleichſam zue deponirn. Diß vmb ſo viel deſto mehr weil es am Tag, daß E. V. W. vnd Gunſten ſich vmb guete khünſten hochrümlich annehmen, mit hochgelehrten Leuthen ſich vor-

ſehen, vnd ſonderlich dieſer Zeit ſolche haben, die da zue ableſung vnd vrtheylung dieſes Werkhs neben andern ſehr wenigen wol qualificiert ſind.

Gelangt hierauff an E. V. W. vnd Gunſten mein vnterdenſtlich Bitten, die wollen diß mein wolgemaint fürhaben mit hohen Gunſten erkhennen, vnd dem hiermit vnterdenſtlich praesentierten Exemplar eine ſtell in dero Bibliotec vergünnen, auch dero gelehrten anbefehlen, das ſie vber verbeſſerung vnd erweiterung der ſo anſehnlichen Materien mir Ihr guetachten erthailen wöllen. Das gereicht zur Ehre Gottes deß ſchöpffers, zue mehrer deſſen erkhentnuß auß dem Buch der Natur, zue Beſſerung deß menſchlichen lebens, zue vermehrung ſehnlicher Begierd der Harmonien in dem gemeinen Weſen bey jetziger ſchmertzlich vbelkhlingenten dissonantz. Vnd entlich auch zue E. V. W. vnd Gunſten gebührlichen ruhm zue deſſen erweiterung Ich mich jederzeit danckhbarlich gefliſſen zue ſeyn ſchuldig erkhenne.

Hiemit E. V. W. vnd Günſten zue dem vnvberwindlichen ſchutz des Allmechtigen Herrens der Heerſchaaren vnd denſelben nebens mich zue hohen Günſten vnterdenſtlich Einbefehlend. Datum Linz den 30. Aprilis Anno 1620.

E. V. W. vnd Gunſten vnterdenſt gefliſſner Weiland beyder Röm: Kay: May: Rudolphi vnd Matthiä vnd jetzo noch dero Löblichen Landſchafften in Oeſterreich ob der Enß Mathematicus

Johann Kepler

Denen Edlen vnnd Geſtrengen auch Ehrnveſten Fürſichtigen vnd Wolweiſen Herren Stattpflegern, Burgermeiſtern vnd Rath der vralten Key: freyen Reichs Statt Augspurg. Meinen Großgunſtigen Herrn.

Kanzleivermerk: Soll den Herrn Baumaiſtern vnd verordneten Herrn über die Bibliothec fürgehalten werden. Decretum in Senatu Secretiori 14. Maji A. 1620.

876. KEPLER AN DEN SENAT VON REGENSBURG

Linz, 30. April 1620

Regensburg, Kreisbibliothek, Ratisb. Civ. 571, S. 79–82. Eigenhändige Unterschrift

Edle, Veſſte, Hochgeachtete, Ehrnveſte, Fürſichtige vnd Hochweiſe 79
Großgünſtige Herren. E. V. W. vnd Günſten ſeind meine arme Dienſt iederzeit bevor.

Demnach ich von dieſer Zeit hero, als E. V. W. vnd Günſten mittels etliche nach Praag an den Key: Hoff abgeordnete oder ſonſten bey denen Bediente mich alda wie auch hernacher Anno 1614 auff dem Reichstag khennen gelernet, vnd mir zue mehrmahlen Großgünſtig zuegeſprochen, in meiner Astronomischen profession, datzue ich von beyden Jüngſt abgeleibten Keyſern beſtellet ward, die ſachen vmb ein

guetes weiter gebracht, dann vnſern vorfahrern bekhand geweſt, in maſſen aus mei-
nem neuligſt in Truckh verfertigten werckh Harmonice Mundi gnuegſamer augen-
ſchein fürhanden: Dahero zu hoffen, daß ſolches ein werkh ſeyn werde, das auff die
nachkhommen gebracht vnd perpetuirt werden ſolle: in mittels aber vnd anietzo aus
Gottes verhengnus ſchwere Khriegsläuffte eingefallen, vnd noch mehrere für der
thür, durch welche nicht allein alle gewerbe gehindert, vnd das Bücher khauffen bey
manchem privato eingeſtellet wird, ſondern auch die authores, scribenten, vnd dero
gantze werckhe: vnangeſehen ſie in Truckh gebracht, in gefahr ſtehen, ſonderlich wann es
dergleichen Materien ſeind, die ſonſten nit iedermans verſtand oder erluſtigung be-
quemlich: alß habe ich vmb der Ehre Gottes willen, die durch entdekhung ſeiner
80 werkh[1] in meinem Buech gefürdert wird, für guet geachtet, von demſelben werkh
ein exemplar auff ſchreibpapier bey E. V. W. vnd Günſten, als in einer anſehlichen
vhralten des H. Römiſchen Reichs Statt Bibliotec vnter zue bringen vnd gleichſam
zue deponirn. Diß vmb ſo viel deſto mehr, weil es am tag, daß E. V. W. vnd Gün-
ſten ſich vmb guete Khünſten hochrüemlich annehmen, mit hochgelehrten leuthen ſich
verſehen, vnd ſonderlich dieſer Zeit ſolche haben, die da zue ableſung vnd vrtheylung
dieſes werckhs neben andern ſehr wenigen nit übel qualificirt ſeind.

Gelangt hierauff an E. V. W. vnd Günſten mein vnterdenſtlich bitten, die wollen
diß mein wolgemeint fürhaben mit hohen Günſten erkhennen, vnd dem hiermit
vnterdenſtlich praesentierten Exemplar eine ſtell in dero Bibliotec vergünnen, auch
dero gelehrten anbefehlen, daß ſie über verbeſſerung vnd erweiterung der ſo anſeh-
lichen Materien mier Ihre guetachten erthailen wöllen. Daß gereicht zur Ehre Gottes
des ſchöpffers, zue mehrern deſſen erkhentnus aus dem Buch der natur, zue Beſſerung
des menſchlichen lebens, zue vermehrung ſehnlicher Begierd der Harmonien im ge-
meinen weſen, bey ietziger ſchmertzlich vbel khlingenten dissonanz, vnd entlich auch
zue E. V. W. vnd Günſten gebürlichem ruehm, zue deſſen erweiterung ich mich ieder-
81 zeit danckhbarlich gefliſſen[1] zue ſeyn ſchuldig erkhenne. Hiermit E. V. W. vnd Gün-
ſten zue dem vnvberwindlichen ſchutz des Allmechtigen Herrens der Heerſchaaren,
vnd denſelben nebens mich zue hohen Günſten vnterdenſtlich einbefehlend. Datum
Linz den 30. Aprilis. Anno 1620.

E. V. W. vnd Günſten vnterdenſtlich gefliſſener, weiland bayder
40 Röm: Kayſ: Mtt: Rudolphi vnd Matthiae, vnd ietzo noch dero Löb-
lichen Landtſchafft in Öſſterreich ob der Enns Mathematicus

Johan Keppler

82 Denen Edlen Veſten Hochgeachten, auch Ehrnveſten
Fürſichtigen vnd wolweißen Herrn Statt Camme-
rern Burgermaiſtern vnd Rath des H. Römiſchen
Reichs Statt Regenspurg: Meinen Großgunſti-
gen Herrn.

† *Kanzleivermerk:* Den 22 Julij 6 goldgulden verehrung bewilligt.

877. KEPLER AN DEN SENAT VON NÜRNBERG

[1620]

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 156. Eigenhändiges Konzept

Edle Veſte Hochgeachte, auch Ehrveſte Fürſichtige vnd Hochweiſe, 156
Großgünſtige Herren, E. V. W. vnd Gunſten ſeind mein hochbefliſſene arme Dienſte bevor.

Es ſeind verſchinen 4 Januarij alberaitt acht vnd Neüntzig Jahr verfloſſen, das mein Vrahn Sebald Kepner ſeinen geburtsbrieff von einem Er: Rath zu Nürnberg empfangen, in wöllichem Jme ſeines Vatters Bruder Hainrich Kepner auch burger zu Nürnberg, neben andern Zeügen, diſe Kundſchafft gibt, daß er von Sebald Kepnern, Buchbinder, der eine lange Zeitt in Nürnberg in guettem leimuth heüslich vnd häbig geſeſſen etc. ehlich geporen. Mit wölchem Geburtsbrieff ermelter † mein vrehn nacher Weil der Statt gezogen, alda mein Ehn Sebald, mein Vatter Hainrich, vnd Ich geporen, hernacher im fürſtenthum Würtemberg erzogen, vnd nach Volführung meiner Studien zu einer Löb: Landt: des Hörtzogthumbs Steür Dienſten, entlich aber Anno 1600, von Kay: Rudolff, auff anhalten des Weitberümbten Tychonis Brahe nacher dem Kay: hoff beruffen worden: in maſſen Ich alda auch von etlichen auß E. V. W. vnd G. mittel, vnd andern dero bedienten mit ſondern gunſten bin erkant auch durch deroſelben vnderhandlung mir einer auß E. V. W. vnd G: stipendiaten, Namens Odontius auff ein Jahrlang zu einem gehülffen überlaſſen worden. Wan Ich dan alda in meiner Astronomiſchen Profession, wölche von E. Statt Nürnberg je vnd alweg hochgehalten vnd befürdert worden: ſonderlich aber in des Nicolaj Copernicj mainung, deſſen Opus Revolutionum vor 77 Jahren zu Nürnberg erſtmahlen gedruckht worden, vermittelſt baider Kay: Rudolphj vnd Matthiae auch letzlich diſer einer Löbl: Landt. in Öſt. ob der Ens vnderhaltung die ſachen ...

878. JOHANN BAPTIST HEBENSTREIT AN KEPLER IN LINZ

[Ulm], 7. Mai 1620 (a. St.)

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10702, Bl. 367–368. Eigenhändig

S. à Servatore. 367

Nobilis Clarissime Vir, Domine et fautor plurimùm observande: Accepi post priores illas tuas, aetatem sic satis passas, etiam alteras, de parente mandata ferentes, recentiores. Harmonica tantùm non exosculatus adoravj. Quanquam enim φιλὸν illud ingenij mei agnoscam, quamque infeliciter in Mathesi nihil – agam deplorem, ὁδηγῷ nimirum

indigus dextro, comique: spero tamen futurum, ut divinae illae μελέται tuae καὶ θεωρίαι rubiginem mei intellectus indies magis magisque extergant. Age disce, quid fecerim: (rerum tamen ne palpum putes esse,
10 sed candidj affectus qualecunque quantumvis οὐκ ἰσόῤῥοπον tuae virtuti, δεῖγμα) Exemplar curavj elegantiùs compingi: extrema foliorum inaurari: inseri etiam lemniscos sericos candido nigroque tinctu: quibus coloribus Vlmanorum clypej deformantur: obtulj mox cum literis tuis
† Consuli, qui ad clavum, Domino Joh. Craftio: commendavi, (heu! rem ignotam insubidus orator:) Recepit benignè. obtulit postero die frequenti Senatuj. Is decernit, meae censurae atque item Conrectoris (heu iterum atque iterum! itane Princeps Mathematicorum stet arbitris lixis et calonibus?) volumen esse committendum: judiciumque de eo nostrum scripto exponendum. tum futurum, ut et de digna ἀντιδόσει curam
20 ipse suscipiat. Quid putas autem hîc nos facturos? Coelum sanè in praesidium ipsum vocabimus, et praeter τὰ συστατικὰ nihil conabimur. Die ☽^{ac} autem ἂν θεὸς ἐπιτρέπῃ, te tuamque dignitatem misellj nos λέξει nostra depictam Magistratuj repraesentabimus, sperantes, tibj non grave futurum, si cùm magnus sis, minutulj te pisces in vasto Matheseως Oceano ambulantem, adnatantes nos suspiciamus. Vtinam autem deinde Harmonicis tuis pulcerrimis pulcrè quoque συναρμόζοιεν nostrorum studia et liberalitas! Quicquid id fuerit, nostris partibus tuâ absentis praesentis caussâ haud sumus defuturi. atque adeò te pro eo ac par est rogo, ut, quid quantumve tibi nostri largiti fuerint, me clam ne habeas.
30 De meis paucula. Ego mihi, dum crabrones Faulhabericos excitavi, adversariam constituj nae non nisi vitae exitu terminandam. Ita furunt, ita clamitant, ita calumniantur ζάβολοι, ἐγγαστρίμυθοι, Magi, Cabalistae, et totum illud Scarabaeorum genus, natio ad stringendum, mordendum, pungendum, enicandum πεφυκυῖα: ad veritatis verò dextrum Examen nunquam ne ingratijs quidem compellenda. Editum nuper est scriptum, in quo rideor, quod patrocinium pro meo Pseudo ♂ tuum expectans à
367v te desertus fuerim. O improbos mores! quasi ego non expressè[1] de plano, et ingenuè fassus sim et professus, me Peripateticorum sententiam super Cometa expressurum? quasi verò unquam cubitum jactarim, velut per-
40 purgatae Matheseως peritiâ et usu instructior? cùm nihil aequè doleat, quàm quod in vastissima illa Philosophiae Parte tam malè me eductum sciam. Hic scilicet fructus est arboris illius Cabalisticae, quam curant Faulhaberus, et Medicus quidam Carniolanus ob oris foetorem (puta maledicentiam) omnibus exosus, propterea etiam Augustam hinc migraturus, etiam ibi aspidem repraesentaturus. Sed haec mallem coràm, si sorsve Deusve ferret, et tempora haec permitterent, domusque meae rationes. Ego nescio quid de hac aetate pronunciare debeam, nisi fortè

illud Danielicum respiciam saxum, propediem omnia mundi regna in pulverem redacturum. De stupendis duorum Paedotribarum Marpurgi carcere clausorum dogmatis et paradoxis fortè inaudisti. Conflatam adorant chimaeram ex Theophrasto, Weigelio, quos tantum non pro Divis habent: Anabaptistica, Schwencofeldica, Munzerica, Chiliastica nusquam non comparent. Hoc scilicet τοῦ ψεύδους πατὴρ quaerit, postremum calcaneo Christi morsum infligere. Et parum abest quin Tubingam inter et Giessam fribusculi nonnihil intercedat pro Christi Omnipraesentia. Sed quid haec ad te? Quasi verò dum coelestia rimaris, quae scis aut peritura, aut mutationem ἄῤῥητον subitura, non etiam alterum illud coelestium πραγμάτων genus frequentiùs ruminare te credam? Intueor omninò hanc aetatem, confero cum superioribus seculis, sive jam θεολογῶ, sive ἱστορῶ, sive τεχνολογῶ. Idem, et longè quidem absolutius te facere istuc, non persuasum habeam? Sed abrumpo scriptionem. Venerandae matri tuae, quae teste laudato à te cupone, Vlmae nondum fuit, quidni, ubi venerit, de mea tenuitate commodem? Miror tamen, quod scribis malle te eandem tecum, quam cum alijs in Vyrtungis periclitari. Cum nemo securiùs vivat, quàm tui conterranej. exemplum cepi in nupera ad Tubinganos excursione. Sed faxit Deus, ut ne Amyclarum fortunâ puniti, post plagas demum emendari cupiamus. De Ibero non essem solicitissimus: modò nostrates adversorum machinas non magis cantarent, quàm cavere discerent. Sed plura chartis dare tutum non est. Commendo nos omnes divinae protectioni, inprimis etiam afflictam nunc ὄντως Austriam, et quà diffusa est cunque Christi Ecclesiam. Vive et Vale, meum sidus! Vtinam ℘ aliqua laeto nos nodo colliget! Dabam VII. Maij, Anno vltimae τῆς τοῦ θεοῦ ἀνοχῆς καὶ μακροθυμίας MDCXX.

T. D. et exc. obnoxius

M. Hebenstreitt R.

Nugas hasce poëticas, de amicis olim-Academicis affectum meum intimantes, mitto filiolis. Si quos habes, tuis conscribillandas. Filiae autem Νυμφῶνα, et tibi γαμβρὸν precor ex animi sententia obtingere. 368

Viro nobilj Excellentissimo Domino Johannj Kaepplero, Mathematico Austriaco celebratissimo Domino et fautorj religiosè observando. Lentijs Istrj 368v

879. SEBASTIAN TENGNAGEL AN KEPLER IN LINZ

Wien, 18. Mai 1620

Wien, Nationalbibliothek, Cod. 10703, Bl. 98–99. Eigenhändig

98 Nobilissime, Clarissime, et Eruditissime Domine Keplere. Elaborata illa et exquisita ingenij tui monimenta, quibus me ac Bibliothecam meam munificè ornas, rectè atque ordine à Domino Maiero mihi fuêre reddita, Harmonica videlicet tua, Cometographia, ac Ephemeridum libri, quibus sanè, licet horum studiorum consecraneus haud sim, mirificè afficior, ijsque, veluti intersititia quadam occupatione, ocium iucundissimè oblecto meum. Insunt enim et ijs nonnulla, quae ad genium meum apprimè faciunt, et tragicas horum discidiorum calamitates graphicè delineant, vt omittam reliqua, quae ex abstrusiori philosophiâ, et interiore Mathesi, dîas in luminis oras felicitèr eruis, in quibus, si quid ego video conijcioque, ingenij iudicijque laude, nostris ferè Germanis, quod praefiscinè dixerim, palmam haud immeritò praeripis. Cui et doctior orbis Europaei consensus, et peruulgata eruditiorum monumentis, hoc aeuo, fama L. M. elogium suffragiumque suum adijcit. In quo abiungo, et reliquis tuis lucubrationibus iam affectis, an confectis, vt summa felicitèr manus imponatur, vires Herculanas, valetudinem athleticam, et prolixam profusamque, quod caput est, Maecenatum benignitatem, Tibi annare et perennare voueo.

Acutum illud Comitis Vincentij Blanchi scriptum, sed ab Orientalium linguarum eruditiore lineâ plerumque exerrans, summa cum voluptate legi. Affert enim varias coniecturas explicandis hisce characteribus, vt ita dicam, hieroglyphicis, sed, quantum ego assequi videor, ingenij acumini potius, quàm veritatis normae consentaneas. Mihi enim in hoc antiquitatum recondito studio, prisca illa formula placet: Non liquet.

Arabicus ille liber, quem variè laborioseque depingis, quo titulo sit insigniendus, ne Oedipus quidem fortean coniecerit. Excussis nihilominus multifarijs tuis notis, si quid coniecturâ augurari possum, existimo esse capita quaedam ex Alcorano deprompta, aut Enchiridia precum, quae cottidie in synagogis suis recitare, et aurato floridoque opere variè illustrare Muhammedani solent. Si copia inspiciendi libelli, consopitis hisce exitiosis motibus, fieri mihi posset, certiora quaedam afferrem. Interim contenti simus hac diuinatione. Hisce Te, Vir Clarissime, valere ac saluere plurimum iubeo, et vt subinde eruditis tuis opusculis Bibliotheculam meam augeas mactesque, vnicè rogo. Praeproperè, Viennae Austriorum XVIII Maij: Anno M. DC. XX.

T. Clariss. Dignit. Addictissimus

Sebast. Tengnagel

I. V. D. et Caes. Biblioth.

Nobil. Clarissimo atque Eruditissimo Viro, 99v
Domino Ioanni Keplero, Sac. Caes. Maie- 40
statis Mathematico etc. Domino atque
Amico suo obseruando. Lintzium

880. KEPLER AN JOHANN FRIEDRICH VON WÜRTTEMBERG

[Linz, Frühjahr 1620]

Stuttgart, Landesbibliothek, Cod. Jur. fol. 211, Bl. 16–20. Eigenhändig

Durchleüchtiger Hochgeporner, Gnädiger Herr vnd Landsfürſt. E. Fürſtl: 16
Gnaden ſeind mein Vnderthänigkhaitt vnd armes Gebett zu Gott bevor. Gnediger Fürſt vnd Herr, Es iſt meiner lieben Mutter Katharina Keplerin Wittib, E. F. Gn: Vnderthonin zu Löwenberg Hochbeſchwärliche Rechtführung nunmehr in ſo langen verzug vnd verwirrung gerathen, das Ich nichts höhers zu fürchten hab, dan das nit etwa der Richter, vnd consequenter auch E. F. Gn. als Landsfürſt ſelber, durch vnſers gegenthails liſtige Renckhe, von dem aigentlichen scopo auff frembde terminos verlaittet werden. Will derohalben ein beyläuffige ſummariſche Widerholung des gantzen Verlauffs, zu fürpringung folgender meiner vnderthänigen supplication vnvmbgenglich ſein.

Anno 1614 hatt mein liebe Mutter mit groſſem Hertzenlaid erfahren müeſſen, das ſie in der Statt Löwenberg hin vnd wider durch die Reinoldin als beclagten Gegenthail verſchraiet worden, als ob Sie ein Zauberin wär vnd Ir Reinoldin einen böſen Trunckh beygebracht, durch wölchen ſie in ein vnhailſame Hauptkranckhaitt gefallen: deſthalben mein Mutter Sy durch vilfaltiges ernſtlichs Verweiſen abmahnen laſſen.

Anno 1615 hatt die beclagte, mit Zueziehung Ires Manns vnd Bruders, des Kreütle von Tübingen, der des Vogts zu Löwenberg gar gutter freünd vnd Outzbruder iſt, meine Mutter bey jetzbeſagtem E. F. Gn: Vogt, diſer That halben angeben, ſie fürfordern laſſen, vnd alda vorm Vogt ein ſollichen vnchriſtlichen process mit Ir fürgenommen, das mein Mutter, vnd Ire in Würtemberg anweſende Kinder nit | vnder- 20 16v
laſſen könden, ſolliche atrocissimas injurias ad animum zu revocirn vnd die injurianten vor dem Statgericht zu Löwenberg zu beklagen. Es hetten zwar die injuriae, Irer qualitet nach, ſonderlich propter consequentiam villeicht gar criminaliter angezogen werden khönden: es hatt aber meiner Mutter, als E. F. Gn: Vnderthonin, Ires Verſtands, vnd nach der Orten gewonhaitt, mehr nit dan civilis actio gepüren wöllen.

Nach angefangnem Rechten hatt man auff Gegenthails ſeitten (·der mit den fürnemiſten zu Löwenberg verwant·) allerhand Vergleich fürgeſchlagen, wölches zuerweiſen: es hetten ſich auch mein Mutter vnd Geſchwiſterige gern chriſtlich behandlen laſſen: Es iſt aber durch diſe diffamation das Junge Statt Volckh wider mein Mutter, als ein altes vngeſtaltes vnd deſthalben verdrießliches Weib, ſo voller Argwohns wor- 30
den, das Ir in alle Wege, zu Vorkommung künfftiger vnverſchulter Gefahr eine Zeügen-

verhör zu erweiſung Ires biß anno 1614 zu Löwenberg erhaltenen gutten leimuts, vnd zu ergründung des Vrſprungs diſer vnverſchulten verleimbdung höchſt vonnöthen geweſt.

Vnter deß man nu durch das gantze 1616te Jahr auff die Zeügenverhör gedrungen, hatt ſich vnder andern auch ein aberglaubiſche Segenſprecherin vnd Kopffmeſſerin, Namens des Schinders Burga, ſo vom Almoſen lebt, vnd der beclagten Reinholdin täglichs brott im hauß (· mag wol ſein, das ſie die mit Irem Kopffmeſſen auff den wohn gebracht, als ſey es Ir zutrincken geben worden ·) meiner Mutter aber Schuldnerin von etlichen Jaren hero geweſt, auffwiglen laſſen, wölche meine Mutter, als die Niemanden vil ſchenckhen khönden oder wöllen, anſtatt der eingeforderten ſchuld, mit noch mehrern 17 Verleümbdungen zubezahlen vermaint, fürgebend, als ob mein | Mutter Ir ein Kind erlähmet, wölches ſie mit aberglaubiſchen ſachen, vnd alſo mit dem Teüffel bezeügen hatt wöllen. Daran aber ſie nit vergnügt, ſondern als nechſtes Tags vor der angeſtelten Zeügenverhör, vnder einer Schaar Maidlen, auch diſer Burga Töchterlin meiner Mutter auff offener Straaſſen begegenet, vnd ſich vor derſelben, als einer durch Ire Mutter beſchraiten Zauberin entſetzet, iſt mein Mutter hierauff abermahlen einer beſchedigung diſes Kinds, an wölchem doch lange Zeitt gezweivelt worden, ob Ime das wenigiſte gebreche, bezüchtiget, von der Burga mit bloſſem Meſſer angerennet, vnd darauff durch Gegenthail beim Vogt angehalten vnd ſovil erhalten worden, das er an ſtatt deſſen, das Er der Burga begangnen frevel begehrter maſſen hette ſtraaffen ſollen, vilmehr die ſo lang geſuchte, vnd nechſten Tags hernach angeſtelte Zeügenverhör, in puncto eingeſtelt, hingegen einen hochpraejudicirlichen bericht in E.F.Gn: Cantzley gethon, dadurch thails E. F. Gn: Räthe bewegt, in Deroſelben Namen einen ſollichen Befelch an den Vogt ergehen laſſen, der zwar vnſerm Gegenthail vnd ſeinem Starcken Anhang auß dem Rath zu Löwenberg, nit weniger auch obbeſagtem des Vogts guttem freünd Kreütle, entlichen vnd nach geſtalten ſachen, auch dem Vogt ſelber zu erleüchterung vnd abhelffung Irer beclagung, vnd zu translation des handels in die Cantzeley, meiner Mutter aber zu Höchſter Verſchimpffung vnd gefehrung gedigen haben wurde, wo nit meine geſchwiſterige in betrachtung diſes gar zu Partheylichen processes, vnd eilender verſperrung meiner Mutter hauſes, für rathſam befunden hetten, das Sy Meine Mutter mit beglaittung Ires Sohns, meines Brudern, eine raiſe von Irer Tochter zu Haimaden auß, zu mir nacher Lintz, als Ich lengſt begehrt gehabt, fürnemen, vnd alda meiner Hülff vnd raths pflegen ſolle: wölches, weil es im December des 1616 be- 17v ſchehen, | darauff ein Kelte, vnd meiner 70 Järigen Mutter Kranckhaitten eingefallen, ſich alſo mit Irer Widerkunfft nacher Haimaden, biß in September des 1617ten verweilen müeſſen.

Vnterdeß haben E. F. Gn: auff mein gehorſames supplicirn vilfältige befelche an Vogt ergehen vnd demſelben anbefehlen laſſen, das die fürgenommene Sperr auffgehebt, mein Mutter auch abweſend, zu fortſetzung Ires Burgerlichen Rechtens, vnd erweiſung Irer Vnſchuld zugelaſſen werde. Vnd iſt Sie entlich anno 1618 zu der ſo lang geſuchten, vnd durch Gegenthail auch appellando verhinderten Zeügenverhör ge-

langet, Hatt integritatem famae biß auff den Anfang diſer Rechtführung mit gnugſamen, ſonderlich mit vier alter Ehrliebender Gerichts- vnd Rathsperſonen auſſag probirt vnd erwiſen, darneben dargethan, das die beclagte, dero verführten lebens halben mit Ir gar nit zu vergleichen, vnd ſampt Irem Anhang nit den wenigiſten grund Irer Verleimbdung habe, ſondern mit allerlay aberglaubiſchen ſachen vmbgangen, dardurch ſelber bey Ir nit allain diſen falſchen Wohn, ſondern vnzweivel auch Ire Kranckhait verurſacht.

Es wäre nu Zeitt geweſt, das der Richter einen Richterlichen gerechten ſententz geſprochen hette, deſſen ſich Gegenthail nit zuerfreüen gehabt haben wurde. Wie hette aber die Beclagte diſem Irem Vnhail füeglicher entgehen ſollen, als durch attentierung einer Neuen criminal action, in deren Sy auß einer Beclagten zur Klägerin werden, vnd alſo das Jenige was Ires beduncken vnd Wunſches, E. F. Gn: als Landsfürſten lengſt gepüren wöllen, für ſich ſelber Thails herein bringen, vnd mit einem Wort, (· Irem aignem Berhüemen nach ·) diß Spil der Cantzley in die Hand ſpilen möchte. Wie ſtarckh aber meiner Mutter Advocat ſich gegen diſer Neüerung vnd Abſprung vom Hauptwerckh gewehret, ſo hatt doch Gegenthail ſovil erhalten, das demſelben vermittelſt ſeines | Aids, das er nichts vmb Verlengerung vnd Auffzug willen einwerffen, *18* ſondern allain ſeines Rechtens Notdurfft handlen wölle, ſeine Neüe puncten gerichtlich fürzubringen erlaubt, vnd meiner Mutter dieſelbe anzuhören befohlen worden. Das ſeind nu geweſt 49 die allererſchröcklichiſte vnd ſchendlichiſte Articul, aber von dergleichen Geſchichten, die ſich nit allain auff Gegenthails aigne bezüchtigung des gegebnen verzauberten Truncks nichts geraimet, vnd nur andere perſonen, die ſich nit für Cleger angeben, betroffen; ſondern auch an vnd für ſich ſelbſt, noch vor Gegenthails Zeügenverhörung leichtlich zuerkennen geweſt, das es lautter alte Weibertand, die allererſt nach angefangner Rechtführung herfür- vnd in einen zuvor nie erhöreten Verdacht gezogen, thails erſt lang nach anno 1614 geſchehen ſein ſollen, ins gemain ſamtlich mit einander durch der obvermelten Burga gleiche perſonen, dem Gegenthail zu dienſt auß- vnd zuſamen gefiſchet worden, deſtwegen meiner Mutter Advocat ſie alle nit anderſt, dan für eine cumulationem der geclagten Verleümbdung angenommen, vnd diſe, als ein Neue litem gar nit contestirn wöllen. Vnd ſeind nunmehr im abgelauffnen 1619 Jahr, vber ſolche 49 Articul auch Gegenthails producirte Zeügen verhöret worden: vnder diſer langen Zeitt mein liebe Mutter mit Höchſter Irer Vnglegenhaitt des Außtrags in Würtemberg gegenwürtig erwartet, die Ich ſonſten, alsbald Ich mich zu Lintz recht eingerichtet gehabt, zu mir genommen vnd zu rhue gebracht, ſonderlich aber anno 1617 bey mir behalten oder wider mitt mir nach Lintz geführt haben wolte.

